
¶ Nuptie facte ſunt in chana galilee
Quō in nuptijs carnalibus in chana
galilee celebratis ſpirituales nuptie
deſignantur.
Aīa deſponſatur xp̄o tripliciter.
De triplici tranſmigratōe.
Qualiter opera ſatiſfactionis notan
tur ſex ydrijs.
De quadruplici aque mutatione

Dn̄ica. ij. poſt octauā epiphanie

Sermo.xxviij.

¶ Cū deſcendiſſet ihesus de monte
Gradibꝰ. x. deſcendit xp̄s ꝓpter nos.
Multos ſibi attraxit xp̄s.
Sequentes xp̄m ſunt in multa differētia.
Quatuor notant᷑ in leproſo: que in
quolibet pctōre requiruntur.

Eodem die

Sermo.xxix.

¶ Dn̄e puer meus iacet paraliticus.
Triplicem doctrinā docet nos xp̄us
Poteſtas dn̄i duplex.
Pctōr multū formidare debet dn̄m
Quomodo quis dicatur ludere cum
dyabolo.
Aīa mala triplici torquetur dyabolo
⁊ liberatur triplici medela

Dn̄ica. iij. poſt octauā ep̄hie.

Sermo.xxx.

¶ Dn̄e ſalua nos perimus.
Oraturus dominū ſpecialiter tria al
legabit.

Quid nauis. quid mare. quid peri-
cula maris ſignificet. ⁊ qualiter libe-
remur ab eis.
Voluit nos xp̄us emere precio ma-
gno ꝓpter tria.
Anima fidelis periclitatur in trib9.
Item quando in puppi dicatur xp̄s
dormire.

¶ Eodem die
Sermo.xxxi.

¶ Tollite iugū meum ſuper vos.
Qualiter xpriſtus hoīem reformet.
Triplex eſt iugum
Iugum dn̄i ſuaue eſt ꝓpter ſex.
Item qualis debeat eſſe obediencia
deo placens.
Septem humilitates poſſumus cōſi-
derare in xp̄o: quas etiam diligentiſ-
ſime ſtuduit imitari beat9 franciſc9
Requies anime eſt quadruplex.

¶ Dn̄ica in ſeptuageſima.
Sermo.xxxij.

¶ Circūdederūt me gemit9 mortis.
Temp9 ſeptuageſime quid ſignificet
⁊ quare organa ſuſpendantur. ⁊ vox
gaudij ſponſi et ſponſe et mole ſubti-
centur.
Item de exilio humani generis ⁊ ſex
etatibus.
Tria bona contulerat dominus ade in
ſtatu innocentie inſtitutus.
Item quō per inobedientiam cecide-
rit adam in tria mala.
Multiplici rōne ſine ſatiſfactione do-
minus peccata non dimittit.

¶ Eodem die
Sermo.xxxiij.

¶ Simile eſt regnum celorum hoī
patrifamilias.
Homo ad laborem naſcitur. nec valet
reformari niſi per laborem ⁊ pn̄iam
Triplex eſt hic noſter labor.
In curſu notantur quinq̄ que perfe-
cto viro conueniunt.
Stadium eſt vita preſens in qua nō
remiſſe: ſed velociter poſt xpriſtum
currere debemus.

¶ In ſexageſima
Sermo.xxxiiij.

¶ Exijt qui ſeiat ſeminare ſemen ſuū
Feruido predicatori quid deus pro-
mittat.
Itez de miſterio numeri ſexagenarij
⁊ quibus operat.
Eccleſia quare clamet ad dominum
ter exurge.
Tria notantur ipſo dn̄o iheſu ad no-
ſtram doctrinam.
Multi ſeminauerunt in terra noſtra
Semen. i. verbū dei quō depereat

¶ Eodem die
Sermo.xxxv.

¶ Exijt qui ſeiat ſeminare ſemen ſuū
Notabilis diſtinctio ſeminatoris. ſe-
minis. ⁊ terre.
Penitens qualiter dicatur ſeminator
⁊ vnde exire debeat ut metat fructuz
vite eterne.
Semen noſtrum quid ſit.
Que ſint partes bonorum operum.
Ubi ſit ſeminandum

¶ Dn̄ica in quinquageſima.
Sermo.xxxvi.

¶ Ecce aſcendimus iheroſolimam.
Item de miſterio quinquageſime cū
notabili diſcurſu.
Illata ſunt domino quinq̄ que pre-
uaricatori ade debebantur
Cupidoꝝ ſcelera ſunt quatuor.
Xp̄s quō illudat̄ a. iiij. gn̄ib9 ſupboꝝ
Conſpuitur xpriſtus a luxurioſis. oc-
ciditur aūt a quolibet peccatore.

In die cinerum.
Sermo.xxxvij.

¶ Cõuertimini ad me in toto corde veſtro

Ad quem.qualiter.in quibus.⁊ quare ɔuerti debeamus.

Ad compunctionem ſcindi deb; cor ꝓpter tria.

Ad ɔpaſſionem ſcinditur cor duob9 modis.

Eodem die
Sermo.xxxviij.

¶ In domo pulueris puluere vos aſpergite.

De corporis vilitate ⁊ iugi eius recordatione.

Corpori non eſt innitendum.

Bona temporalia manib9 pauperũ in futurã vitam premittere debem9.

Dom9 eterna in tribus ɔmendatur.

Quare cineres fideliũ capitibus imponantur.

Eodem die
Sermo.xxxix.

¶ Tu aũt cũ ieiunas vnge caput tuũ

Medicus aiarum noſtrarum xp̃s triplicem nobis medicinã apponit.

De virtute ieiunij.orõis ⁊ elemoſine.

Item de quintuplici vnctione

Multiplici aqua abluitur ɔſcientia

Dñica in quadrageſima
Sermo.xl.

¶ Hortamur vos ne in vacuũ gratiã dei recipiatis.

Item de milicia xp̃iana.

Item de bonis naturalibus nobis a dño collatis in ipſa creatõe.

Itẽ de libero arbitrio hoi collato

Totũ ſpacium preſentis vite eſt tempus penitentie.

Eodem die
Sermo.xli.

¶ Ductus eſt iheſus in deſertum

Itẽ de miſterio nũeri q̈dragenarij.

Ieiuniũ xp̃i ad tria nos inſtruit.

Spontaneũ ſe obtulit xp̃s ad omnia que ſuſtinuit.

Ieiunauit xp̃s tribus de cauſis.⁊ totidem de cauſis eſuriuit.

Temptatus fuit xp̃s tripliciter

Sabbato quatuor tempoꝝ
Sermo.xlij.

¶ Aſſumpſit iheſus petꝝ. iacobũ ⁊c̃.

Quõ hõ venic̃ valeat ad pñe fructũ

Luctandũ eſt nobis ɔtra quatuor

Triplex lumẽ aie penitẽti infundit̃.

De emolimento qd̃ penitẽs ɔſequit̃

Penitentiũ duplex eſt tranſfiguratõ gratie.ſ.⁊ glorie.

Commendat̃ veſtis a quatuor

Dñica ſecunda in.xl.
Sermo.xliij.

¶ Miſerere mei dñe fili dauid

Qd̃ pctõr ſuffragio ſcẽ eccleſie liberatur cũ pulchra ſimilitudie mulieris chananee que etiã i multis ɔmẽdat̃

Quatuor modis clamem9 ad deũ

Item de actib9 dyaboli.

In.xl.dominica tercia
Sermo.xliiij.

¶ Erat iheſus eijciens demoniũ.

Quibus armis triumphem9 de inimicis noſtris.

Effectus xp̃i ⁊ dyaboli multũ ſunt contrarij.

Triplicem aurem requirit domin9 ad verbum ſuum.

Triplex eſt ianua vite.

Septem impediunt ɔfeſſionem.

Eodem die. Sermo.xlv.

¶ Cũ immund9 ſpũs exierit ab hoie

Malign9 ſpũs dr̃ immũd9 ꝓpt̃ tria.

Quibus cogatur immundus ſpiritꝰ
exire ab homine
Viri perfecti dicuntur aridi prop-
ter quatuor.
Boni quatuor modis temptantur.
Quomõ inquietat quis diabolum.
De ſeptem ſpiritibꝰ.i.nequicijs que
in peccati recidiuatione cõmitantur

Domica. Letare Sermo.xlvi

¶ Letare iheruſalem ⁊ conuentum
facite omnes.
Quatuor ſunt bona eccleſie trium-
phantis
Vnitatis amatores quatuor panibꝰ
dominus reficit.
De multiplici triſticia circa peccatuꝫ
conſiderata.
Humanitas ⁊ diuinitas criſti ſunt v-
bera conſolationis noſtre

Eodem die
Sermo. xlvij.

¶ Eſt puer vnus hic qui.
Effectus penitencie quis ſit
In quinqꝫ panibus ordaceis notan-
tur quinqꝫ ad veram penitenciaꝫ ne-
ceſſaria.
In ↄfeſſione dici debent etiam circũ-
ſtancie peccatum aggrauantes
Triplici cuſtodia cuſtodiendũ ẽ cor.

Dominica in paſſione
Sermo.xlviij.

¶ Si quis ſermoné meũ ſuauerit.
Veritatem quidam audire recuſant
propter tria
Verbum dei quomõ audienduꝫ ſit
Detraxerunt iudei xp̃o in quinqꝫ.
Verbũ dei ſeruari dꝫ propter tria.
A triplici morte liberat verbuꝫ dei.
De multiplici morte reproborum.

De eodem. Sermo.xlix.

¶ Duo mala fecit populus meus.
Quare dominus dicatur fons.⁊ q̃-
re aque huis fontis dulces ſint.
De triplici peccato quod foderunt
ſibi peccatores.
Septem effectus luxurie dicuntur
ſeptem leones.

De eodem. Sermo.l.

¶ Domine oẽs qui te derelinquũt.
De tribus generibus hominum cri-
ſtum deſerenciũ.⁊ de penis eorundẽ
Proprium auarorũ elongari a deo.
Vſurarius peior eſt omni peccatore
Quare armetur creatura in vltionẽ
peccatoris.

In die palmarum. Sermo.li

¶ Dicite filie ſyon. ecce rex tuus.⁊c̃
Xp̃m libenter ſuſcipere debemus q̃-
tuor de cauſis.
In titulo criſti triũphali notãt̃ tria.
Datus eſt nobis criſtus ad q̃tuor
Xp̃s veit ad homines ꝓpter q̃tuor.

In cena domini. Sermo.lij.

¶ Conuenientibus vobis in vnum
Item de duplici cena.dei.ſ.⁊ diabo-
li.⁊ cuiuſlibet horum ẽ triplex cena.
Qđ multiplici ablutione indigemꝰ.
Que ſit cã noſtre indeuotionis

In die paraſceues Sermo.liij

¶ Tu ſolus laborem ⁊ dolorem.⁊c̃.
De ſingulari ↄpaſſione filij dei erga
genus humanuꝫ q̃ ſpẽaliter in duo-
bus conſiſtit.
Laborauit dominus quadruplicit̃
Itẽ de multiplici clamore dñi iheſu
Itẽ de triplici dolore criſti

In feſto paſche. Sermo.liiij.

¶ Paſcha noſtrũ immolatus eſt xp̃s
Optime poſt quadrageſimale ieiuni-
um inuitamur ad ↄuiuiũ paſchale.
De epulis paſchalibus preparãdis
⁊ p̃parate qualiter debeant inſumi.

Quatuor exiguntur ab hijs qui vo
lunt epulis refici paſchalibus
Eodem die Sermo.lv.
Cum tranſiſſet ſabbatum .⁊c
Quare mulier fuit nūcia reſurrecti
onis.
Item ꝙ mulieres ſancte imitāde ſūt
nobis in trib9.
Lingue mulierū n̄ de facili domāt
Triplex ſollicitudo ſanctarum muli
erum corpori criſti exhibita triplicē
graciā promeruit
Eodem die Sermo.lvi
Surgēs ihesus mane pria ſabbati
Item de decupla apparitione criſti
poſt ꝙ reſurrexit. ⁊ quid in eis nota
re debeam9
Item quinque de cauſis primo appa
ruit marie magdalene.
Apparitio facta diſcipulis decem in
vnū congregatis dn̄datur in quinque.
Feria ſcd̄a paſche Sermo.lvij
In dieb9 illis ſtans petr9 i medio
plebis
Apparuit dominus diſcipulis eunti
bus in emaus quatuor de cauſis.
Item quare in habitu peregrino eiſ
dem apparuit.
Item de peregrinis diaboli ⁊ dietis
eorundem.
Subtrahit ſe aliquando criſtus vt ā
plius inuocetur.
Feria tercia poſt paſcha
Sermo.lviij
Stetit ihesus i medio diſcipuloꝝ
In medio ſtat domin9 ꝓpter quinque
Quare criſt9 medium ſemper elegit
Qd̄ cibus ſacre ſcripture ſit in modo
⁊ ordie debito ſumēdus ⁊ itelligend9
Triplex eſt pax
Dominica.prima poſt paſcha

Sermo quinquageſimuſnonus.
Cū ſero eſſet die illa vna ſabbatoꝝ
Reſurgens ex mortuis xps quare to
ciens apparuit.
Reſurrectionē criſtus probauit tri
bus argumentis.
Quare per dotem claritatis ⁊ impaſ
ſibilitatis non probauit xps reſurre
ctionem ſuam.
Dominus in corpore ſuo glorifica
to reſeruauit cicatrices ſeptē d̄ cauſis.
Quibus argumentis debeamus ꝓ
bare reſurrectionem noſtrā ſpūalem
Eodem die Sermo .lx.
Infer digitum tuum huc.
Item duplex eſt dubitatio
Exigit a nobis dominus duo.ſcilicet
fidem ⁊ operationē
Quid manus domini in hoc loco ſi
gnificet.
Item de duodecim articulis fidei.
Dominica.ſcd̄a poſt paſcha
Sermo.lxi.
Ego ſum paſtor bonus.
Redemptionis noſtre beneficia pro
ponuntur nobis propter tria
Criſtus quare dicatur paſtor.
Tria maxime ſunt miracula in alta
ris ſacramēto oēm rationē excedēcia
Qd̄ ſacramētū eukariſtie ſit ſummi
amoris.
Septem riuuli bonitatis emanant
nobis a xpo ⁊ ſignant per ſeptem di
es creationis.
Quis ſit mercenarius ⁊ quis lupus
Diabolus dicitur lupus. quoniam
lupi habet in ſe proprietates
Dominica.iij. Sermo.lxij.
Modicū ⁊ iam non videbitis me.
Prenunciat dominus mortē. reſur
reſtionem ⁊ aſcenſionem ſua m

In hac vita ſunt ſeptem que ſunt val de modica ⁊ momentanea.
Via penitentis comparatur orti.
Tempus aſcenſionis quid ſignificet.

Dominica.iiij Sermo.lxiij

Cum venerit paraclitus.⁊c.
Quare ad patrem vadit criſtus.
Triplex eſt ſtatus fidei formate.
Item quale erit opus paracliti

Dominica quinta poſt paſcha
Sermo.lxiiij.

Petite ⁊ accipietis vt gaudium.⁊c.
Tria neceſſaria ſunt vt oratio digne fi at exaudiri ad meritum
In oratione ſeptem ſunt petenda
Quatuor euagari faciunt mentem hominis per delectabilia huius ſeculi
De excellencia orationis

In rogationibus Sermo.lxv.

Petite ⁊ accipietis.querite.⁊c.
Largitas domini patet in ſex.
Item de differencia petendorum.
Modus petendi excedit quatuor modis

Eodem die Sermo.lxvi.

Nunquid obliuiſci pōt mulier.⁊c
Quatuor patitur mater propter fili um ſuum. Et criſtus propter hominem.
De excellēcia amoris criſti erga nos

Ad pluuiam poſtulandum
Sermo.lxvij.

Miſerior ſuper turbam.quia ecce.⁊c
Dominus noſter eſt totus benignus ſumme ſapiens ⁊ ſumme potens.
Qui ſint ſeptem panes quibus indi gemus.
Quare ɔſolationes ſpūales ⁊ ineter ne viſitationes dicantur piſces

In die aſcenſionis domini.
Sermo.lxviij

Sicut aquila prouocat ad volan dum pullos ſuos.
Quare aquila dnmino comparatur
Et qui ſint pulli eius.⁊ qualiter ad volandum prouocet eos
Ad volandum prouocat nos deus tripliciter

Eodem die
Sermo..lxix

Oritur ſol ⁊ occidit.
Criſtus dicitur ſol propter duodecim proprietates ſolares ī ipo ɔſiderātes
Qđ creaturē creatorē ſuū ɔgnouerūt

Eodem die
Sermo.lxx

Viri galilei quid hic ſtatis.
Quatuor gradibus peruenitur ad ſtatum contemplationis
Xp̄s aſcendit ad celū multis de cauſis

Eodem die
Sermo.lxxi.

Recumbentibus vndeci diſcipulis.
Aſcenſionis ſue diem dominus octo adornauit.
Hō dicitur omnis creatura propter tria.

Domīca.poſt aſcenſionem
Sermo.lxxij.

Cum venerit paraclitus.
Spūſſanctus diſcipulis mittendus qualis ſit.a quo mittatur.ad quos ⁊ ad quid
Ex efficiunt alīqué diſcipulū xp̄i.
Nouē ſpecialiter criſto teſtimonium reddiderunt

Eodem die Sermo.lxxiij.

Ante oīa mutuā in vobiſmetipſis.
De q̄ntitate dignitatis ipſius caritatis
Qualiter caritas ſit habenda.
Quis ſit effectus ipſius caritatis de multiplici genere amicorum.

In feſto penthecoſtes.
Sermo.lxxiiij.

¶ De excelſo miſit ignem
Item de excellenſſimo dono quod
miſit ſponſe ſue eccleſie criſtus.
Itē de q̄litate huius doni excellētiſſi
Item de mō miſſionis eiuſdem
Itē de multiplici eruditione domi.

¶ Eodem die
Sermo.lxxv.

¶ Si quis diligit me.
Quare feſtum penthecoſtes prero-
gatiuam obtinet ſingularez.
Quare dicatur feſtum ſanctificatio
nis. ⁊ liberalitatis exultatōis ⁊ amoris.
Septem donis tegitur anima in edi
ficio bonorum operum

Feria ſ.d̄a penthecoſtes.
Sermo.lxxvi.

¶ Sic deus dilexit mundum
De veritate redemptionis qua dan
do filium ſuum pater in diuinis de
manu hoſtili redemit ſeruos.
Cauſa efficiens ⁊ cauſa finalis nr̄e
redemptionis que ſint.
Quomō dilectio dei patris ſit cauſa
efficiens ⁊ commendetur in tribus.

¶ Eodem die
Sermo.lxxvij

¶ O quam bonus ⁊ ſuauis
Item de qualitate ſpūſſancti
Septem ſunt ſuauitates ſpūſſancti

¶ Dominica prima pꝰ pēthecoſtes
Sermo.lxxviij

¶ Deus caritas eſt
Itē duplex ē caritas.ſ.creata ⁊ increa
ta ſiue ſubſtancialis ⁊ accidentalis
Q̄d modis deus dicatur caritas
Duo in nobis purganda ſunt
Multis gradibus aſcenditur ad per
fectionem dilectionis dei.

¶ Eodem die Sermo.lxxix.

¶ homo quidam erat diues.
Multis de cauſis dominus nomē di
uitis ſubticuit. mendicum vero no-
mine ſuo appellat.
In tribus notatur calamitas paupis
In inferno diſtinguuntur quatuor
nomina locorum.
Anima dolet ⁊ patitur tripliciter.

¶ Dominica ſcd̄a. Sermo.lxxx.

¶ homo quidam fecit cenaȝ magnā
Item de dilectione proximi.
Septem cenam magnam efficiunt.
De multiplici vocatione dn̄i ⁊ mul-
tiplici impedimēto n̄ venientium ad
cenam domini

¶ Dominica.iij.
Sermo.lxxxi.

¶ Erant appinquantes ad ihesum.
Iteȝ de benignitate noſtri ſaluatoris
de modo noſtre redemptionis ⁊ de
iuſtificatione peccatoris
Auditꝰ diuini verbi via eſt conuer-
ſionis noſtre.
Itē de lapſu humane trāſgreſſionis.
De notabili deductione mandatorū

¶ Dominica.iiij Sermo.lxxxij

¶ Eſtote miſericordes ſicut patꝰ vr̄.
Itē de duobus generibus armoruȝ
Item de ſeptē miſerationibus domi
ni erga nos.
Que ſint impedimenta miſericordie

¶ Eodem die Sermo.lxxxiij.

¶ Eſtote miſericordes ſicͭ ⁊ pater vr̄
Q̄d circa opera miſericordie quinqȝ
ſint conſideranda.
Quomō aīa noſtra ſit potanda.
Octo ordinant opera miſericordie

¶ Dominica.v. Sermo.lxxxiiij.

¶ Cum turbe irruerunt ad ihesum.
Itē de pulmēto conſolationis diuine
Q̄d auarus rotatur multipliciter.
Quomō trāſeundū ſit rubrū mare.

Eodem die
Sermo.lxxxv.

¶ Preceptor per totã noctem labo
rantes.
Item de labore ⁊ infructuoſitate vi
te ſecularis ⁊ poteſtate diuini ſmõis
Nox peccati quatuor vigiliis diſtin
guitur.
Qđ temporalia nihil ſint.

¶ Dominica.vi. Sermo.lxxxvi
¶ Niſi habundauerit iuſticia vrã.
De altitudine doctrine euangelice.
⁊ qꝫ hũana fragilitas per ſe non poſ
ſit induci in eam.
Qualiter religioſi dicantur phariſei
Que ſint illa tria que nemini cõmũi
cauit deus.
De multiplici occiſione

¶ Dominica.vii Sermo.lxxxvii
¶ Cum turba multa eẽt cũ ihesu
Item de multiplici vocatione genti
lium.⁊ multiplici eiuſdem gentis re
fectione.
Tribus diebus accedit homo ad de
ũ.⁊ totidem noctibus recedit a deo.

¶ Eodem die
Sermo.lxxxviii.
¶ Attendite a falſis prophetis
Qualiter inſtruat nos criſtus cõtra
inſidias hereticorum cum diſtinctio
ne trium hominum generum
hereticorum.falſorum criſtianorũ
qꝫ ⁊ hominum iuſtorum.⁊ quibus
comparentur.
Item de multiplici rapina in deum
⁊ proximum
Itẽ doctrina hereticorũ quomodo
dinoſcitur.

¶ Eodem die
Sermo.lxxxix.
¶ Attendite a falſis prophetis.
Qualiter draco beſtia.⁊ caro pſeudo
prophete dicantur.⁊ quomodo no-
ceant intrinſice
Peccatum quibus comparetur.

¶ Eodem die Sermo .xc.
¶ Omnis arbor que non fecerit fru
ctum bonum.
Quare homo arbori comparatur.⁊
de generibus arborum ⁊ de diuerſi
tate fructuum earundem

¶ Dominica.ix. Sermo.xci.
¶ Homo quidam erat diues.
Qualiter carnem noſtram debeamꝰ
mortificare ⁊ viuere ſpũaliter
Bona nobis collata qualiter ſint di
ſpenſanda
Quis ſit villicus.que eius diuicie.⁊
in quibꝰ ſit recõmendãdꝰ ⁊ imitãdꝰ

¶ Eodem die. Sermo.xcii.
¶ Non ſimus ↄcupiſcentes malorũ
De quinqꝫ temtationibus quarum
tres ſunt carnales.due vero ſpũales.

¶ Dominica.x. Sermo.xciii.
¶ Cũ appinquaret dñs iheruſalem.
De lacrimis dñice paſſionis.⁊ de p̃-
dicatione iudayce deſtructionis.⁊ đ
eliminatione cupiditatis de templo
quorum alterum fuit cauſa alterius
Circa ↄpaſſionem xp̃i notantur tria.
Deſtructõ iheruſalem quid morali
ter ſignificet

¶ Domica.xi. Sermo.xciiii.
¶ Duo hoĩes aſcẽderunt in templũ
Que ſint oranti neceſſaria
Ubi ſit orandum ⁊ qualiter
Item de quinqꝫ gradibus quibꝰ ad
templum aſcendebatur.

¶ Dominica.xii. Sermo.xcv
De tẽptatione hũana.⁊ de reparatio
ne per graciam in preſenti.⁊ de repa
ratione per gloriam in futuro

Decem ſunt que ducunt ad criſtum

¶ Dominica.xiij
Sermo.xcvi.

¶ Beati oculi qui vidēt que vos vi-
deris.
Quomodo preferantur miniſtri no-
ui teſtamenti veteris teſtamenti mi-
niſtris.
Quomodo apoſtoli beatiores ſint re-
gibus ⁊ prophetis
Quid ſit premium accidentale.
Qualiter octo beatitudines dicant̄
quidam gradus

¶ Eodem die
Sermo.xcvij.

¶ Homo quidam deſcendebat
Quadruplex eſt hominum ſtatus
Per peccatuꝫ vadit homo in multa
mala.

¶ Eodem die. Sermo. xcviij

¶ Curam illius habe.⁊ quodcunq̄.
De precepto.conſilio.⁊ promiſſo
Duo ſunt que maxime medelam im-
pediunt.
Triplex eſt talentum minus.ſ.medi-
ocre.⁊ maximum
De indumentis ſacerdotalibus.

¶ Dominica.xiiij. Sermo.xcix.

¶ Cum ingrederetur criſtus quod-
dam caſtellum
De precepto confeſſionis
De humilitate incarnationis filij dī
⁊ curatione hūani generis.⁊ de de-
hortatione ingratitudinis
Quare mundꝰ iſte dicatur caſtelluꝫ

¶ Dominica.xv.. Sermo.C.

¶ Querite primum regnum dei
Triplex ē bonū eternū.ſpūale ſ.⁊ tē-
porale.⁊ de ordine eorundem.
Qualiter abſtrahatur cor noſtrum
a ſollicitudine temporalium

Sapiencia quomodo melior ſit di-
uicijs

¶ Dominica. xvi. Sermo.Ci.

¶ Ibat ihesus in ciuitatem que vo-
catur.Naym
De itinere domini ſaluatoris.vidue
conſolatione. Defuncti ſuſcitatione
⁊ de turbe ammiratione
Peccatrix anima que amittat.

¶ Dominica. xvij. Sermo. Cij.

¶ Cum intraret ihesus domum cu-
iuſdam principis.
De conſeruatione virtutuꝫ ⁊ gracie
⁊ in quibus hec conſeruatio ꝯſiſtat.
De multiplici gracia ⁊ quatuor ſpe-
ciebus auaricie

¶ Dominica.xviij. Sermo.Ciij

¶ Diliges dominum deum tuum
De triplici vnitate eccleſie.
Que ſit materia.q̄ cauſa.⁊ quis mo-
dus dilectionis.
Que ſint cauſe dilectionis dei.

¶ Dominica.xix Sermo.Ciiij.

¶ Aſcendens ihesus in nauiculam.
Triplex eſt pax.⁊ in hac triplici pace
habundauit primus homo.
De trāſfretatione domini de deuoti-
one baiulancium paraliticum ⁊ de
curatione infirmi
Quinqꝫ ſunt leſiones anime.

¶ Dominica .xx. Sermo.C v.

¶ Simile eſt regnum celorum hoī
regi
De celebritate nuptiarum. dapum
nobilitate.⁊ perſonarum diuerſitate
in eiſdem nuptijs.
Quare criſtus in parabolis iudeis
frequenter loquebatur.
De triplici infelicitate.
Infinita ſunt peccatoruꝫ accuſatoēs.

¶ Dominica.xxi. Sermo.C.vi.

¶ Erat quidam regulus cuius fili
us infirmabatur.
Regulus quis ſit. ⁊ quis ſit eiꝰ filiꝰ.
quis locꝰ infirmitatis. quis morbꝰ.
que hora ſeptima in qua ſanatur.
Dominica. xxij. Sermo. Lvij.
¶ Simile eſt regnū celorū hoi regi
De effectu miſericordie dei ⁊ iuſti
cia eius erga peccatorez.
Examinauit nos criſtus de duobꝰ
Quare iniurias dimittere debeamꝰ
Domica. xxiij. Sermo. Lviij.
¶ Abeuntes pharisei conſilium
Conſideratio beneficiorum dei eſt
ſpes noſtre victorie.
Magiſter criſtus quatuor habuit ſco
las
Ad bonum denarium requiruntur
quatuor.
Dominica. xxiiij.
Sermo. Lix.
¶ Loquente ihesu ad turbas.
De coniunctione duorum populo
rum in fide.
Tres mortuos legitur dominus re
ſuſcitaſſe.
Quinqꝫ occurrunt in iuſtificatione
peccatoris
Dominica. xxv
Sermo. Lx
¶ Orate ne fuga veſtra.
Anticriſtus multis nominibus noia
tur
De ſignis precedentibus iudicium
extremum
Hyems quare ſit ineptus ad fugien
dum.

¶ Expliciunt themata ſermonum
cum principalibus punctis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

A

¶ Sermones vie ꝛ veritatis ſuper epiſtolas ꝛ euangelia de tempore per totum annū. eximij ꝛ ſacre theologie doctoris. ordinis ſancti franciſci Luce. clariores ceteris in allegationibus ꝛ membris ſacre ſcripture bene emēdati Incipiunt feliciter.

¶ Incipit prologus.

Narrauerūt mihi iniqui fabulatōes: ſed non ut lex tua dn̄e Pſal. cxviij. Tanta eſt diuine legis excellētia: ut quicquid extra ipſam eſt fabula cenſeatur: eo ꝙ in ea ſola veritas ꝛ vtilitas aīe edocetur: cū in alijs non ſit niſi vanitas ꝛ curioſitas intellectus humani qd̄ ſcire non expedit: vel nō licet auide inquirenti. Eccl. iij. ¶ In ſuperuacuis rebꝰ noli ſcrutari multipliciter. ꝛ in pluribꝰ operibꝰ dei nō eris curioſus. Plurima em̄ ſuper ſenſum hoīs oſtenſa ſunt tibi. multos em̄ ſupplantauit ſuſpicio eoꝝ. ꝛ in vanitate detinuit ſenſus eoꝝ. Seneca. Inueniſſent neccāria ſi non queſiſſent ſuperflua: Unde actu. xix. ¶ Multi ex hijs qui fuerant curioſa ſectati contulerunt libros ꝛ combuſſerūt coram oībus. Precellit aūt ſcientia legis diuine multipliciter. Primo in autoritate: ſiue in cauſa efficiēte. qꝛ a ſpū ſancto inſpirata Unde ij. petri. i. ¶ Nō voluntate humana allata eſt aliqñ ꝓphetia: ſed ſpū ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoīes. Et licȝ ſcientia philoſophi

B

ca ſit a deo i hijs que ſubnixa ſunt veritati. Iuxta illud Roma. i. ¶ Deus em̄ illis reuelauit: nō tñ dicitur inſpirata. qꝛ ſicut ait beatus bernardꝰ Impie mentes contente ſapia que inflat que edificat neſcierūt. Spūs em̄ ſanctus non ſolū illuſtrat ad agnitionem ſed accendit etiam ad amorem. Unde baruch. iij. ¶ Viam diſcipline ignorauerunt: neqȝ commemorati ſunt ſemitas eius. Et nota ꝙ ſicut ait beatꝰ augꝰ. A nobis habuerūt qui vera dixerunt de deo. vnde plato noſtris litteris imbutꝰ fuit per ieremiā. pythagoras ꝙ non extitit ante litteras hebreoꝝ. a cuius poſteris platonē theologiam aſſerunt didiciſſe. Origenes etiam dicit ꝙ philoſophi phīam diuidunt in Moralem. Naturalem. et Speculatiuā. quam diuiſionē habuerunt a ſalomone: qui eis prior fuit. ꝛ tempore ꝛ ſapia. Hanc diuiſionē tradidit in tribus libris ſuis.

Scd̄o precellit in cauſa materiali. qꝛ ſicut ait mgr̄ hugo de ſancto victore Materia ſacre ſcripture ſunt opera reſtaurationis humane. in veteri teſtamento prenunciata. in nouo per xp̄iſtum exhibita. Unde ephe. i. ¶ Propoſuit in eo in diſpenſatōe plenitudinis temporꝝ inſtaurare omīa in xp̄o que in celis ꝛ que in terra ſunt. Xp̄us em̄ ſubiectum eſt ſacre ſcripture. Unde ꝛ de moyſe ait Ioh. v. ¶ De me em̄ ille ſcripſit.

Tercio precellit in cauſa formali que eſt ſpūs ſiue vita viuificans audientes. Unde ioh. vi. ¶ Verba que locutus ſum vobis ſpūs ꝛ vita ſunt. qꝛ ſicut ait augꝰ. Illuīat intellectū ad audiendū ꝛ cognoſcendū quidē quid eſt infra

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

ſe.⁊ ſupra ſe. In ſe.⁊ iuxta ſe. Cognoſ-
cit ſiquidem ſupra ſe deum. ſe in ſe. an-
gelum iuxta ſe. ⁊ quicquid celi ambi-
tu cõtinetur infra ſe. Accendũt quoq;
affectũ ad aliquid appetendũ vel fu-
giendum. amandũ vel odiendum. ut
per odium mundi ⁊ ſui ꝓficiat in a-
morem dei ⁊ ꝓximi. per contemptũ
temporalium ⁊ inferiorꝝ: creſcat in de-
ſiderium eternorꝝ ⁊ ſupernorũ. ⁊ in
hijs conſiſtit vita gratie: que non in a-
lijs ſcientijs reperitur. Seneca. Alie
artes ad ingeniũ tote pertinent. hic
anime negocium agitur. Bernardꝰ.
Multo melior et laudabilior es ſi te
cognoſcis: q̃ ſi te neglecto cognoſceres
curſus ſiderum. vires herbarum. cõ-
plexiones hominum. naturas anima-
liũ. ⁊ haberes omniũ celeſtium ⁊ ter-
reſtrium ſcientiã.

Quarto precellit in cauſa finali que
eſt vita eterna. Unde Joh. xx. ¶ Hec
autem ſcripta ſunt: ut credatis ꝙ ihe-
ſus eſt filius dei. ⁊ ut credentes vitã
habeatis in nomine ipſiꝰ. ⁊ hic eſt vl-
timus finis. De quo Roma. x. ¶ Fi-
nis legis xp̃us eſt ad iuſticiam omni
credenti. Unde augꝰ ¶ Ipſe finis de-
ſideriorꝝ noſtrorꝝ erit. qui ſine fine vi-
debitur. ſine faſtidio amabit᷑. ſine fa-
tigatione laudabitur. Propterea ipſa
ſapiã dicit puer. viij. ¶ Accipite diſci-
plinã meã ⁊ nõ pecuniã. doctrinã ma-
gis q̃ aurꝝ eligite. melior em̃ eſt ſapiã
cunctis opibꝰ precioſiſſimis: ⁊ omne
deſiderabile ei nõ põt cõparari.

Quinto precellit in ꝓfunditate. quia
intellectus humanus nõ valet cõpre-
hendere res diuinas niſi illuminatꝰ
per gratiam. Unde ſapi. ix. ¶ Diffici-
le eſtimabimus que in terra ſunt. et
que in ꝓſpectu ſunt inuenimus cum
labore. que in celis autẽ ſunt quis in-
ueſtigabit. Ariſtotiles in libro de ani-
malibus. Qui volunt loqui de ſubſtã-
tijs celeſtibus: loquunt᷑ cum labore
⁊ difficultate. ⁊ in duobus eſt graui-
tas. Primo. ꝙ nõ cõprehendimus
ex eis niſi paruã noticiam ꝓpter mag-
nitudinem nobilitatis dei. nõ ꝙ non
vicinãtur nobis ſicut illa que generã-
tur ⁊ corrumpũtur. quorꝝ nature ap-
ꝓpinquãt naturis noſtris. Sequitur
in autoritate. Senſum autem tuum
quis ſciuit: niſi tu dederis ſapiam. et
miſeris ſpiritum ſcũm tuũ de altiſſi-
mis. Proinde orat pſalmiſta. ¶ Reue-
la oculos meos ⁊ cõſiderabo mirabi-
lia de lege tua. vbi noſter interpres
ait. Reuelatione opus eſt ut intelliga-
mus ⁊ reuelata facie gloriam dei ſpe-
culemur. pertranſibũt plurimi ⁊ mul-
tiplex erit ſcientia.

Sexto precellit in ſignificatõe. qm̃ a-
bundat in ſenſibꝰ. ita vt in alijs ſcptu-
ris ſole voces ſignificãt. ſꝫ in hac nõ ſo-
lũ voces: ſꝫ etiã res inueniunt᷑ ſignifi-
care. Vox em̃ ſignificat rem. Unde a-
riſto. Voces ſunt note earꝝ q̃ ſunt in
aĩa paſſionũ ⁊ ex hoc gñe ſignificãdi
ſurgit hyſtoria. Itẽ res ſignat rẽ. Un-
p̃. corꝝ. x. Petra erat xp̃s. i. ſignat xp̃m.
Ex hꝫ genẽ ſignificãdi ſurgit triplex
intelligentia. ſ. allegoria. tropologia. a-
nagogia. Prima iux̃ nos. Scd̃a ad
nos. Tercia ſup̃ nos. Per hiſtoriam
quid factũ ſit diſcimꝰ. Per tropolo-
giam quid faciendũ ſit cognoſcimus
Per allegoriã quid per hoc figura-
tũ ſit intelligimꝰ. Per anagogiã inui-
ſibilia dei per ea que facta ſunt intel-
lecta cõſpicimꝰ. Hyſtoria dicitur ab

Incipit Prologus

E

hyſtoron quod eſt geſticulatio. ⁊ the
oron qđ eſt videre: quaſi res geſtalis
viſa. Allegoria dicitur ab allon qđ
eſt alienū ⁊ gogos qđ eſt ducere. qua
ſi aliena ductio. Et fit duobus mo-
dis. ſ. verbis miſticis. ut yſa. vij. ¶ Ec
ce virgo ↄcipiet ⁊c̄. Et factis ut libe
ratio filioꝝ iſrahel de egipto ſignat
liberationem fideliū de inferno.
Tropologia dicitur a tropos qđ eſt
conuerſio. ⁊ logos qđ eſt ſermo: quaſi
ſermo ↄuerſus ad nos. Et fit duobꝰ
modis. Verbis apertis. ut exodi. xx.
Non mechaberis. Et miſticis. ut ec
cleſiaſtes. ix. ¶ Omi tempore ſint veſti
menta tua candida. i. membra corpo
ris per ↄtinentiam munda. Anago
gia dicitur ab ana qđ eſt ſurſuꝫ. ⁊ go
gos quod eſt ducere: quaſi ſurſuꝫ du
cens ad intelligenda celeſtia. ⁊ fit ver
bis apertis. vt Math. v. ¶ Beati mū
do corde. qm̄ ipſi deum videbūt. Et
miſticis. ut apoca. vij. ¶ Hij ſunt qui
venerunt de tribulatōne. ⁊ lauerunt
ſtolas ſuas ⁊c̄.
Septimo precellit in dignitate. qm̄
ipſa eſt regina. alie vero ſcie tanꝗ pe
diſſeque vel ancille. vnde ei famulan-
tur ei tanꝗ ſuperiori. Grammatica i
modo ꝓnunciandi. Rethorica in ra
tione perſuadendi. Dyaletica in ſcien
tia diſputandi. que ſicut ait beatꝰ au
gꝰ. plurimū valet in diſſoluēdis que
ſtionibus ſacre ſcripture. tn̄ ibi cauen
da eſt libido rixandi. ⁊ puerilis que
dam oſtentatio decipiendi. Eccl. xxx
vij. ¶ Qui ſophiſtice loquitur: odi-
bilis eſt. Ariſmetica deſeruit in nu-
mero: qui multipliciter ſacramentat̄
in ipſa. Muſica in ꝓportione tonoꝝ
in ↄcordantia ſiue armonia ſonoꝝ.

F

Geometria in diuiſione. Eius enī eſt
inſpicere que ſit latitudo. longitudo.
ſublimitas. ⁊ ꝓfundum. Ephe. iij.
Aſtronomia in motu planetarum et
curſu ſideꝝ: que omnia in ſe miſticaꝫ
ↄtinent ratōnem: ſi diligentem habe
ant inſpectōnem. Hee ſunt ſeptem pu
elle ſpecioſiſſime: que tradite ſunt ad
cultum ⁊ ornatum regine heſter.
Phiſica quoqꝫ deſeruit ei in conſide
randa rerum natura. Similiter ⁊ iu
ris ſcientia ⁊ moralis doctrina. et ita
patet ꝙ inferior ſapientia ad ſuperio
rem conducit.
Octauo precellit in antiquitate. quia
eterna. prout in libro eternitatis con
tenta. Unde eccleſiaſtici. xxiiij. ¶ Ego
ex ore altiſſimi prodij. primogenita
ante omnem creaturam. quoniam in
de prodijt ad noticiam noſtram. Un
de exo. xxv. ¶ Inſpice ⁊ fac ſcḋm exem
plar quod tibi in monte monſtratuꝫ
eſt prout etiam eſt in apprehenſione
primo monemur ad eam. quia ſicut
dicit damaſcenus. Cognitō eſſendi de
um naturaliter eſt nobis inſita. Ani
ma enim ſicut beatus auguſtinus ait
videt deum in ſe tanꝗ in ymagine.
verumtamē ſicut enim viſus corpore
us non exit in actum ſine luce mate-
riali. ita ⁊ cognitio naturalis non ſuf
ficit per ſe ad cognoſcendum deum ⁊
res diuinas ſine gratia fidei. Unde
eleganter dictum eſt yſa. vij. ¶ Niſi
credideritis non intelligetis. Vel ꝗ
fides eſt ex auditu Roma. x. neccārij
ſunt doctores ſiue narratores diuino
rum eloquioꝝ: qui de fide ⁊ moribꝰ
qui ↄſequunt̄ ad fidem inſtruant au
dientes. Hoc officiū dn̄s ↄmiſit apo
ſtolis math. vlti. ¶ Euntes in mūdū

vniuerſum: predicate euangeliū ꝛc.
Unde ꝛ apoſtolus ait .i. coꝛ. i. ¶ Nō
miſit me xp̄s baptiſare: ſed euāgeliza
re. Ex hoc ſi aduertere quanta ei de
bet ineſſe preeminentia boni operis:
qui miniſteriū ſuſcipit apoſtolice di
gnitatis. ¶ Quinq; namq; predicato
ri ſunt neceſſaria.
Primū eſt ſcientia diuine legis. Un
de eccl. v. ¶ Si eſt intellectus tibi: re
ſponde ꝓximo. ſin autē ſit manus tua
ſuper os tuum: ne capiaris in verbo
indiſciplinato ꝛ confundaris.
Secundū eſt eloq̄ntia decentis enar
rationis. Unde yſai. xxviij. ¶ Poſuit
os meū quaſi gladiū acutum
Tercium eſt vita precipue operatōis
Unde yſa. xl. ¶ Super montē excel
ſum aſcende tu qui euangelizas ſyon.
Gregorius. Illa vox libentꝰ audi o
rum coꝛ penetrat: quā dicentis vita
ↄmendat.
Quartum eſt perfectio etatis. Unde
deutero. xv. ¶ Non arabis in primo
genito bouis. Primogenitū bouis ē
bona operatio infirme etatis: in qua
nō eſt arandum. i. predicationis offi
cium exercendū. q̄ ſicut ait beatꝰ gre
gorius. Arbuſta plantata ſi prius in
terra radicata nō fuerunt manu tac
ta citius areſcunt. pulli auium ſi ante
perfectam etatem volare appetūt: ad
yma cadunt. Conceptas ſoboles femi
ne ſi prius q̄ plene formentur profe
rant: non domos ſed tumulos replēt
Si em̄ ut ait ariſto. generatio filioꝝ
nō eſt ↄueniens niſi poſt tria ſomnia
quid iudicandū eſt de generatōe ſpū
ali que in infinitū nobilioꝛ digni
oꝛ eſt: inquantū ſpūs precellit coꝛpꝰ.
Hinc ipſe dn̄s. xij. anno nō docens: ſ
interrogās inuenitꝰ in templo. Sive
ro obijciatꝰ de ihieremia ꝛ daniele. q̄
ſpūm ꝓphetie receperunt. r̄ndendum
eſt q̄ miracula non ſunt in exemplū
trahenda.
Quintū eſt autoritas mittentis. Un
de roma. x. ¶ Quō predicabunt: niſi
mittantur. Hebꝛe. v. ¶ Nec quiſq̄ ſu
mit honoꝛem: ſed qui vocatur a deo
tanq̄ aaron. De tribꝰ primis. i. eſdꝛe
vij. ¶ Dedit eſdras coꝛ ſuū ut inueſti
garet legem dei ꝛ faceret ꝛ doceret in
ihieruſalē. Sed adhuc quis ydoneꝰ
ꝓpter hoc manet. Iaco. iij. ¶ Nolite
plures ingrati effici fr̄es mei Quare
cū inſufficientiā meā videam. ꝛ impe
riciam recognoſcā ad inſipientiā mi
hi. mādato ſuperioꝛis vrgente: necnō
quoꝛundā fratꝝ deſiderio impellen
te: opuſculū ſermonū dn̄calium co a
ctus annotare. Et licē ſuper hoc mul
toꝝ preclara opera ſint iam edita: di
gnum duxi eoꝝ ſatiſfacere voluntati:
ne viderer ſubterfugere qd̄ poſſē ꝑ
ficere: nō de meo ↄfiſus ingenio: ſed
de gratie celeſtis auxilio. de obie me
rito. de fraterne ſuffragio caritatis.
Suſcipe digne pr̄ totius oꝛdīnis mia
rum miniſtri auditoris tui videlē in
culti operis rudimenta. paterna q; be
niuolentia qd̄ minꝰ eſt ſupple. qd̄ plꝰ
eſt rade. qd̄ hircum come. qd̄ obſcuꝝ
declara. qd̄ vicioſum emenda. ſit opꝰ
per te ſine menda. Obſecro ꝛ lectoꝛē
hꝰ operis ob amoꝛē xp̄i ꝛ glorioſe vir
ginis mr̄is eiꝰ. necnō beati Franciſci
co ꝛfeſſoꝛis. qui affectum noſtꝝ conſi
derans. qui rudibus ꝛ nondū exerci
tatis fratribus ꝓdeſſe volui: beniuo
lum ſe exhibeat. meiq; laboꝛis merce
dem ab eo depoſcite: qui omnis boni

principium eſt ⁊ finis. Cui laus ⁊ glo ria per infinita ſecula. Amen.

Explicit prologus.

Dominica prima aduentus.
Epiſtola Roma. xiij.

Fratres Scientes. quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere Nunc em̄ ꝓpior eſt ſalus noſtra ꝙ cum credidimus. Nox preceſſit. dies aūt appropinquabit. Abijciamus ergo opera tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis. ſicut in die honeſte ambulemꝰ. non in comeſſationibus ⁊ ebrietatibus. nō in cubilibus ⁊ impudicicijs. nō in cōtentione ⁊ emulatōne: ſed induimini dominum iheſum xp̄m.

Euangelium Math. xxi.

In illo tempore. Cū appropinquaret iheſus iheroſolimis ⁊ veniſſ₃ bethfage ad montē oliueti: tunc miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in caſtellū qd̄ contra vos eſt. ⁊ ſtatim inuenietis aſinā alligatam ⁊ pullū cum ea. ſoluite ⁊ adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite ꝙ dn̄s hijs opus h₃. et confeſtim dimittet eos. Hoc aūt totum factū eſt ut adimpleret̄ qd̄ dictū eſt per ꝓphetam dicentē. Dicite filie ſyō Ecce rex tuꝰ venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam ⁊ pullū filiū ſubiugalis. Euntes aūt diſcipuli fecerunt ſicut precepit illis iheſus. Et adduxerunt aſinam ⁊ pullū. ⁊ impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua. ⁊ eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimēta ſua in via Alij aūt ramos cedebāt de arboribꝰ ⁊ ſternebant in via. Turbe autē que precedebant ⁊ que ſequebant̄ clamabant dicentes Oſanna filio dauid. benedictus qui venit in nomine dn̄i.

Sermo primus de aduentu.

Uniuerſe vie domini mia ⁊ veritas. Ps. xxiiij. Qui ꝑplo notificat̄ ſui regis aduentꝰ ſollicite querit de via per quā venturus eſt ut valeat ei obuiare. Ita ⁊ nobis hodie annunciato noſtri regis aduentu: vias eiꝰ in hac auctoritate pſalmiſta declarat cu₃ ait. Uniuerſe vie dn̄i mia ⁊ veritas.
Quadrupler eſt aduentus xp̄i. ⁊ quilibet ſibi habet viam determinatā.
Primus eſt ad redemptōe₃. ⁊ via eiꝰ eſt in mia generali ꝗ ſeptē mias exhibuit humano generi.
Prima eſt. ꝗ dimiſit nobis ꝯmiſſum oēm iniuriam condonando. ⁊ in grām ſuam recipiendo. qd̄ oſtēdit in incarnatione qn̄ naturam noſtrā ſibi vniuit ⁊ quaſi quandā parentelā nobiſcū cōtrarit. Inde eſt ꝙ in natiuitate eiꝰ pacē angeli cecinerūt. Siquidē ante natiuitatē tripler erat diſcordia. ſ. int̄ deum ⁊ hoīem ꝓpter peccatū inobie. Inter angelū ⁊ hoīem ꝓpter impedimentū reſtaurat ōnis angelice. Inter hoīem ⁊ hoīem. ſ. populū iudaycu₃ ⁊ gentilem ꝓpter diuerſitatē culture. Hanc triplicem diſcordiam xp̄s in ſe

remouit. vnde ꝓpter remotõnem pri
me dicit᷑ mediator dei ⁊ hoim. ꝓpter
remotioné ſecunde dicit᷑ rex pacific9
ꝓpter remotõem tercie dicit᷑ lapis an
gularis . ⁊ ob hoc ſacerdos ter oſcula
tur altare in miſſa. ſcꝫ in principio: in
medio. ⁊ in fine.

Secunda eſt. ꝙ dedit ſeipſuꝫ in cibū
qn̄ diſcipulis in cena prebuit ſui cor
poris ⁊ ſanguinis ſacrm̄. Cū em̄ diſcor
des ad amiciciā redeunt: in ſignuꝫ di
miſſi rancoris ſolent inſimul ꝯuiuari
Sed dn̄s noſter fecit qd̄ null9 alius
potuit ꝙ in ſignū excellentiſſime cari
tatis fideles ſuos ſeipſo cibauit. Un
de dicitur puer. ix. ¶ Uenite comedi
te panem meū ⁊ bibite vinum qd̄ mi
ſcui vobis. Item cant. v. ¶ Comedite
amici. bibite ⁊ inebriamini . ꝙ cibus
iſte tantum eſt amicoꝝ. ſcꝫ in caritate
exiſtentium.

Tercia eſt. ꝙ ſoluit debitum. i. penaꝫ
ꝓ culpa originali ꝓ nobis ſatiſfaciēs
deo patri . O quale debitū qd̄ totus
mundus ſoluere nō valebat. Unde a
poca. v. ¶ Nemo poterat in celo neqꝫ
in terra: neqꝫ ſub terra aperire libꝝ.
neqꝫ videre illū. i. implere redemptō
nem humani generis que ab eterno
ſcripta fuit in libro diuine diſpoſitō
nis: niſi per xp̄m ſolū adimpletur. Li
bꝝ ergo ipſe ſolus aperuit. ꝙ sol9 pe
nam crucis ꝓ nobis mortis debitori
bus tulit. Unde dicit in ps̄. ¶ Que
nō rapui tunc exſoluebā quia ſuſtinu
it penam ꝓ raptore adam.

Quarta eſt. ꝙ deſtruxit ⁊ ligauit hu
mani generis inimicū. ſ. ipſuꝫ dyabo
lum. Un̄ abbacuc. vi. ¶ Ante faciē
eius ibit mors. i. dyabolus ligat9 ⁊ vi
ctus. ſicut in triūphis victi ſolent ire

ante victorē. Apoc. xx. ¶ Apprehēdit
draconē ſerpentem antiquū qui ē dy
abolus ⁊ ſathan. ⁊ ligauit euꝫ per an
nos mille. i. vſqꝫ ad tempus antixp̄i.
quia tunc reſumet violentā poteſtatē
⁊ exiet per affluentam malignitateꝫ:
ut mittat populos in erroreꝫ . ⁊ ideo
tunc dicit᷑ ſolui.

Quinta eſt. quia liberauit incarcera
tū. ſ. genus humanū in limbo clauſū
Ibi em̄ ſatelles auar9 quos interime
re gladio culpe nō poterat: perpetuo
includebat. Iſa. xiiij. ¶ Uinctis non
aperuit carcerē. Propter hoc de9 pa
ter ait ad filiū yſa. xlij. ¶ Dedi te in fe
dus populi mei: ut educeres de ꝯclu
ſione vinctū. de domo carceris ſeden
tes in tenebris. Unde ipſe ait iob. xxx
viij. ¶ Nunquid aperte ſunt tibi por
te mortis. ⁊ oſtia tenebroſa vidiſti

Sexta ē. quia patefecit iter ad regnū
in die aſcenſionis aſcēdens cuꝫ multi
tudine ſanctoꝝ. Unde mich. ij. ¶ Aſcē
dit pandēs iter ante eos. ⁊ ob hoc ip
ſe ait Ioh. xiiij. ¶ Uado parare vobis
locum.

Septima ē. ꝗ ne deſolati maneremꝰ
⁊ de abſentia illius conquereremur
miſit nobis paraclitum in priuilegi
um adoptionis. in ꝯſolatione tribula
tōis. in adiutorium infirmitatis. in
pignus eterne ſalutis. De primo gal.
iiij. ¶ Miſit deus ſpūm filij ſui in cor
da veſtra clamanteꝫ abba pater . i. cla
mare nos facientē. abba pater. De ſe
cūdo ioh. xiiij. Rogabo prēm meū ⁊ a
liū paraclituꝫ dabit vobis. De tercio
Ro. viij. ¶ Sp̄s adiuuat infirmitatē
nrāꝫ. De q̄rto. ij. coꝝ. Dedit ſpūs pi
gn9 in cordib9 noſtris . // Scd̄s ad
uentus eſt ad iuſtificationem . ⁊ via

D

eius eſt in mia particulari. ꝙ in eo ſeptem mias exhibet peccatori. Unde pſalm. ¶ Miſericordia eius preueniet me: ut a peccato reſurgam.

Prima eſt. ꝙ gratis preuenit illuiando intellectũ. ⁊ exhortando liberꝫ arbitrium ad bonum.

Secunda eſt. ꝙ penitenté nõ abijcit ſed benigne ſuſcipit. Unde Jhere. iij ¶ Reuertere ad me: ⁊ ego ſuſcipiá te. Gregorius. Perſequitur fugientes. amplectitur reuertentes. ſicut pater ſuſcepit filium ꝓdigum reuertentem ſicut ipſe dñs magdalená ad ſe accedé tem q̃uis phariſeus intra ſe murmuraret.

Tercia eſt. ꝙ omnia peccata dimittit Sicut ait ezech. xviij. ¶ Quacũqꝫ hora peccator ingemuerit oim iniquitatum eius nõ recordabor. Unde dicit augꝰ. Nunq̃ ſanauit aliqué dominꝰ quem non oino liberauit. totũ hominem ſanauit in ſabbato. ꝙ ⁊ corpꝰ ab omni infirmitate. ⁊ aiam ab oi ↄtagione. i. macula peccati.

Quarta eſt. ꝙ virtutem ↄtinendi tribuit. Unde pſa. x. ¶ Putreſcet iuguꝫ ſcꝫ ↄſuetudo peccandi. a facie olei. id eſt a preſentialitate mie dei. Bernardꝰ. Res plane difficilis ⁊ ſoli deo poſſibilis ſuſceptũ ſemel peccati iuguꝫ excutere a ceruicibus.

Quinta eſt. ꝙ flagellis erudit. vnde pſal. ¶ Deus tu ꝓpicius fuiſti illis. ⁊ vltor in omnes adinuentões eoꝝ. vbi dicit expoſitor. Non odij ſed pacis eſt talis vltio. ꝙ flagellat filiuꝫ pater ne pereat. nec ſe iudicem deꝰ exhibet ſed amicũ. zelus dñi exercituũ faciet hoc: dum in virga ⁊ vberibus: iniquitates viſitat ⁊ peccata. Unde apoca. iij

E

¶ Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. Amos. iij. Tantummõ vos cognoui ex omnibus cognitionibꝰ terre. idcirco viſitabo ſuper vos oẽs iniquitates. Sed carnales hoc flagellũ reputant odiuꝫ. ſicut ioab qui ait dauid. ij. Regum. xix. ¶ Diligis odientes te: et odis diligentes te.

Sexta eſt. ꝙ gratiam ꝓmerendi tribuit. Gratia eſt caritas per quaꝫ meremur bona eterna. ſine qua nullum opus bonum eſt meritoriũ. ſicut oſtédit apoſtolus. i. coꝝ. xiij. ¶ Si diſtribuero in cibos pauperꝝ omnes facultates meas. ⁊ ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam. caritatem aũt non habuero: nihil mihi ꝓdeſt.

Septima eſt. ꝙ ſpem obtinendi promiſſa nobis infundit. que eſt ſicut anchora tuta ⁊ firma ↄtra repulſum tribulationis ⁊ vulnerationé infirmitatis. ſicut ait apoſtolus hebre. vi. ut ibi noſtra fixa ſint corda vbi vera ſũt gaudia. Bernardus. Scio eñ cui credidi ⁊ certꝰ ſum ꝙ in caritate nimia adoptauit me. ꝙ verax in ꝓmiſſione. ꝙ potens in exhibitione Licet eñ ei facere q̃d vult. Hic funiculꝰ triplex qui nos ſubleuat: ut attrahat ad ↄſpectuꝫ magni dei.

Tercius aduentus eſt ad gloꝛificatõnem qñ venit in obitu iuſti viri per ſe vel per angelos ad ſuſcipiendá animam eius. ſicut ipſe ait Luce. xij. Beati ſerui illi quos cum venerit dñs inuenerit vigilantes. ut cũ venerit ⁊ pulſauerit: ↄfeſtim aperiant ei. vbi dicit gregorius. Uenit quippe dñs cuꝫ ad iudiciũ ꝓperat. Pulſat vero cũ iaꝫ per egritudinis moleſtias eſſe morté vicinam denũciat. Cui ↄfeſtim aperimꝰ

ſi hunc cū amore ſuſcipimus. Unde ſponſa ait cant. v. ¶ Uox dilecti mei pulſantis. aperi mihi ſponſa mea. Ui a eius eſt in iuſticia particulari. ꝙ ſol uit debitum qđ fecit. Joh. xiiij. Iterū veniam ⁊ aſſumam vos ad meipſum ⁊c̄. ꝙ meritis reddit premiū. Eſt eñ ipſe ꝓcurator: qui in fine operis mercedem operarijs reddit. Math. xx. Felices illi qui merentur tante maieſtatis viſitatione letificari. Tali duce precedente ad gaudia regni deduci. Quibus dicitur pſa. lv. ¶ In leticia egrediemini: ⁊ in pace deducemini. montes ⁊ colles. i. angeli ⁊ alij ſancti cantabūt coram vobis laudem. ſ. ecce ſic benedicetur homo qui timet dn̄m. Unde in vitaſpatꝝ legit̄ ꝙ quidā ſanctus pat̄ in hora ſui obitus aſpicientibꝰ diſcipulis ſubito cepit hilareſcē ⁊ pulcher ⁊ candidus apparere. ⁊ in leta verba ꝓrumpere. Querentibus illis cum quo loqueret̄: ait. Nonne videtis ſanctos patriarchas. Iterū illo loquente eiſdem interrogantibꝰ ait. Nonne videtis ſanctos ꝓphetas. Tercio dixit. ecce venerunt ſancti apoſtoli. Quarto dixit. ecce ꝙ venerunt ſancti angeli. Ultimo dixit. ſurgite ꝙ iheſus venit ⁊ inter hec verba migrauit. Refert etiam beatꝰ gregoriꝰ de tarcilla amica ſua que cum ad diem veniſſet extremum: reſpiciens ſurſum iheſum venientem vidit. ⁊ cū magna aiaduerſione cepit circumſtantibꝰ clamare ⁊ dicere. Recedite recedite. iheſus venit. cum in eum intenderet quē videbat ſancta illa anima carne ſoluta eſt. tantaq; ſubito fragrantia miri odoris ſecuta eſt. ut ipſa ſuauitas cunctis oſtēderet illic autorem ſuauitatis aduenisse.

Ultimus aduentus erit in fine mūdi ad iudicium. ⁊ via eius erit ſimiliter in iuſticia. ꝙ ibi erit iuſticia manifeſta. ⁊ miſericordia occulta: cuȝ in primo aduentu fuerit econuerſo. In primo namq; venit occultus. ſed in ſecundo manifeſtꝰ. In primo venit ſolus: ſed in ſecundo veniet non ſolum cum angelis celi: ſed etiam cum ſenioribꝰ populi. In primo reuocauit peccatores ad ſe. ſed in ſecundo fugabit eos a ſe. In primo venit in humilitate. ſed in ſecundo veniet cuȝ poteſtate magna ⁊ maieſtate. In primo ſiluit. ſed in ſecundo contra peccatores clamabit. Unde pſa. xliij. ¶ Dominus ſicut vir fortis egrediet̄. ſicut preliator ſuſcitabit. celum vociferabit̄ ⁊ clamabit. ¶ Ubi primo precedet ignis. De quo dicit pſalmiſta. ¶ Ignis in conſpectu eius exardeſcet. Ubi dicit gloſa. Ignis ille materialis erit quo comburetur facies mundi huius. et mali comburentur. boni vero purgabuntur.

Ex hac autoritate notandum ꝙ triplex erit actus illius ignis.

Unus circa ſaluandos. quia purgabit eos a peccatis venialibus. ⁊ a mortalibus quibus fuerunt contriti. ut in iudicio appareant purgati.

Alius circa damnādos. quia torquebit ⁊ puniet eos. Iuxta illud Sapientie. v. ¶ Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos ⁊ inflammabit in circuitu inimicos eius. Et quo ad iſtos effectus precedet iudicium.

Tercius erit circa elementa. ꝙ purgabit ⁊ innouabit ea. Unde dicit̄. ij.

h

Petri vltimo. Elementa ignis calo
re ſoluentur. Ubi dicit gloſa Cantuȝ
aſcendet ignis iudicij. quantum aſcē
dit aqua diluuij. ſ. vſqȝ ad ſuperiorē
partem celi aerei. Hec eñ pars indi
gȝ purgatione. ꝙ infecta eſt per pec
catum. ⁊ ideo purgabitur ⁊ innoua
bitur. Unde Apocalipſis. xxi. Uidi
celum nouum ⁊ terram nouam. Yſa
ie. xxx. Ecce lux lune ſicut lux ſolis. ⁊
ſol lucebit ſeptempliciter. ⁊ ita fiet re
ſtauratio in cauſa materiali. ſ. elemen
tis. ⁊ cauſa efficiente. ſ. corporibus ſu
perioribus quorum motu fit gene
ratio ⁊ corruptio. ⁊ cauſa finali. ſ. ho
mine propter quē omnia. ⁊ quo ad
hunc actum ignis ille ſequitur iudi
cium nec ſentient illum electi incor
ruptibiles ⁊ impaſſibiles facti

Scḋo erit vox terribilis que audie
tur a cunctis. Surgite mortui veni
te ad iudicium. Unde Criſoſtomus
Uere magna vox cui omnia obedi
unt elementa. que petras ſcindit. In
feros aperit. vincula mortis diſrum
pit. De profundo abyſſi animas libe
ratas ſuis corporibus aſſignabit.

Iheronimus. Ad vocem tube paue
bit terra cum populis lugubre mun
dus immugiet tribus ad tribuȝ pec
tora ferient. potentiſſimi quondam
reges nudo latere palpabunt. ⁊ illa
erit citatio vltima ⁊ peremptoria

Prima nanqȝ citatio facta eſt per ꝓ
phetas. // Scḋa ꝑ apoſtolos ⁊ apo
ſtolicos viros // Tercia erit iſta per
angelos.

Tercio erit reſurrectio generalis di
ſcreta tamen. ꝙ electi reſurgent glori
oſi ad modum ſolis fulgidi. reprobi

J

vero ignominioſi ⁊ obſcuri. vnd̄ Da
nielis. xij. Euigilabunt iuſti in vitaȝ
eternam. alij in obprobrium ſempit̄
num. ⁊ ipſe dominus. Et procedant
qui bona fecerunt in reſurrectioneȝ
vite. qui vero mala egerunt in reſur
rectionem iudicij.

Quarto apparebit vexilluȝ victorie
triunphalis. De quo. Mathei. xxiiij.
Et tunc apparebit ſignum filij hoīs
ſcȝ crux ſole ſplendidior. ſicut ait Cri
ſoſtomus. Et non erit neceſſitas accu
ſationis cum viderint crucem ⁊ ihe
ſum criſtum habentē in corpore ſuo
teſtimonia paſſionis. Unde zacharie
xij. Aſpicient ad quem crucifixerunt

Quinto deſcendet ipſe dominus ad
locum iudicij. ſ. ſupra montē oliueti.
Unde Aſcendit in celum. ⁊ videbit
eum omnis oculus. ſed boni in diui
nitate ⁊ humanitate. mali tm̄ in hūa
nitate. Illis quoqȝ apparebit blandꝰ
Iſtis iratus. Illi rapientur baiulis
nubibus cum criſto in aera. Iſti ve
lut talpe remanebunt in terra. ⁊ me
rito. ꝙ magis dilexerunt terrena ꝙ̄
celeſtia. Unde dicitur Prouerbiorū
xiiij. Iacebunt mali ante bonos. Ibi
criſtus erit iudex ⁊ aduocatus. apo
ſtoli ⁊ alij perfecti viri aſſeſſores. an
geli teſtes. Demones ⁊ conſciencie ꝓ
prie accuſatores.

Et primo fiet ſubtilis meritoruȝ di
ſcuſſio. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi
manducare. ⁊c̄

Scḋo irrefragabilis probatio cum
ſubiungit. ꝙ̄ diu non feciſtis. ⁊c̄.

Tercio terribilis ſentencie prolatio.
cum concluditur. Ite maledicti. ⁊c̄.

Iob. xxvi. Cū vix paruā ſtillā ſmōis

eius audierimus quis poterit toni
truum magnitudinis eius intueri.
quasi modica stilla fuit cum compre
hensoribus suis ait. Ego sum. ⁊ ceci
derunt retrorsum. Ubi dicit Augu
stinus. Quid iudicaturus faciet qui
iudicandus hoc fecit. quid regnaturus po
terit qui hoc potuit moriturus. O q̄
lis luctus ⁊ vlulatus. quanta confu
sio ⁊ amaritudo erit dampnatis. di-
cent montibus cadite super nos. ⁊ col
libus: operite nos. desiderabunt mo
ri ⁊ mors fugiet ab illis. q̄r mittent̄
in stagnum ignis ⁊ sulphuris vt vrā
tur ⁊ feteant vsq̄ in sempiternū. qui
bus detrusis in supplicium: electi de
ducentur ad regnum. vbi eternus spō
sus transiens ministrabit illis carita-
tem perpetue visionis. ⁊ sic semper e
runt cum deo i eterno gaudio quod
signatum est Iosue. iij. Quando aq̄
superiores ascenderunt ⁊ inferiores
descenderunt in mare mortuum.
Item. Mathei. xxiiij. Duo erunt
in lectō. duo in agro. duo in mola.
vnus assumetur ⁊ alter relinquetur.
q̄r de quolibet statu hominum. s. con
tinencium prelatorum ⁊ coniugato
rum aliqui saluabuntur ⁊ aliqui dā
pnabuntur. Unde. Ozee. xiii. Ipse i
ter fratres diuidet. Scdm hos qua-
tuor aduentus ordinatur officium i
quatuor dominicis de aduentu
In prima dominica representatur
nobis aduentus in fine mundi. vn̄
in euangelio agitur de signis tremen
di iudicij quod maxime in nobis ge
nerat timorem qui est inicium salu-
tis humane. Unde Isaie. xxvi. A fa
cie tua domine concepimus ⁊ partu
riuimus ⁊ peperimus spiritū salutis

In secunda dominica representatur
aduentus in carne. Unde in euange
lio discipuli iohannis querunt a deo
tu es qui venturus es. s. messyas in le
ge promissus: an alium expectamus
In tercia dominica agitur de aduen
tu in morte. Unde in euangelio dici
tur. Parate viam domino. quasi di-
ceret. ecce sponsus venit exite obuiā
In quarta dominica representatur
aduentus in corde. vnde dicitur ibi
Factum est verbum domini ad Io
hannem. ⁊ eodem modo fit per gra
ciam super vnumquemq̄ fidelem. ⁊
q̄r vix est qui graciā domini in se cō
tineat vt nō per aliquod peccatū ali
quando interrumpat Ideo tercia eb
domada vix reperitur perfecta

Eodem die
Sermo secundus

Ecce nomen domini
venit de longinquo ardens
furor eius ⁊ grauis est ad
portandum. labia eius plena sunt in
dignatōne. ⁊ lingua eius quasi ignis
deuorans. Sicut rex venturus in a
liquam ciuitatem facit hoc denunci
ari ciuibus vt digne recipiatur ab e
is. Ita ⁊ dominus noster hodie pre
dicit nobis aduentum suum. vt de-
uote recipiamus eum. Precones re
gis nostri i prophete sunt ⁊ apostoli.
Inter quos vates precipuus Isaias
verba proposita nobis intonans ait.
Ecce nomen domini venit. ⁊c. In
hac autoritate tria nobis notificat d̄
cristo. Primum q̄ ad hec sit remo
tus cum dicit. Ecce nomen domi. ⁊c
Scdo. q̄ venit iratus cum subdit.
Ardens furor eius. ⁊ grauis ad por

B

tandum. Terciū q̄ deceptaturus erit cum reprobis. cum ſubiungit. la bia eius plena ſunt indignatione. et li gua eius quaſi ignis deuorans. Dic ergo. Ecce nomen domini venit. etc. Frequenter hoc aduerbium ecce po nitur vbi agitur d̄ aduentu domini vt diligencius attendatur. et ſumme memorie imprimatur. Nichil enim quod ita formidare debeat cor hu manū. ſicut illud terribile iudicium Unde ſuper illud verbum apoſtoli ij. Corinthioꝝ. v. Omnes nos aſtare oportet ante tribunal criſti. vt recipi at vnuſquiſq̄ prout geſſit in corpore ſiue bonum ſiue malum. Dicit expo ſitor quid erit ratōabilꝰ ſpiritu; ha bēs tam acerbum. q̄ terribilis illa expectatio iudicij. pungit quide; me moria mortis. ſed multomagis com pungor hijs verbis. Iheronimꝰ. Si ue comedo ſiue bibo vel aliđ aliquid facio ſemper videtur illa tuba terri bilis inſonare auribus meis. ſurgite mortui et venite ad iudiciū. Ite; legitur in vitas patrum q̄ quidam pater cuidam fratri querenti ſermo nem edificationis ab eo dixit. vade et fac talem cogitationem tuam qua lem faciunt iniqui qui ſunt in carce re. Illi eñ interrogant. vbi eſt iudex et qui veniet et ex ipſa expectatione pe narum ſuaꝝ torquentur. Sic et cri ſtianus d; ſeipm obligare et dicere. Ve mihi quomō aſtabo ante tribu nal criſti. qualem reddam de meis actibus rationem. ſi ſic ſemper medi tatus fueris ſaluus eris. Nomen do mini đr filius dei. q̄ ex noīe notifica tur homo. ſic per filium pater inno

C

tuit mundo. Vñ ait. Johannis. xv. Pater manifeſtaui nomen tuum. q̄ añ aduentum xp̄i non erat manife ſta diſtinctio perſonarū. Uenit autē de longinquo. i. poſt multa tempora a die aſcenſionis elapſa. dans interi; nobis inducias penitendi. vt reconſi liemur ei ſicut ipſe ait. Luce. xiiij. Quis rex iturus aduerſus alium re gem non ſedens prius computando ſi poſſit cum decem milibus occurrē illi qui cum triginta milibus venit ad ſe. Alioquin adhuc illo longe agē te legationem mittens rogat ea que pacis ſunt. Rex iſte eſt humanus ani mus cui regnum corporis eſt com miſſum. Rex iſte fatuus et infirmus potius regulus eſt cenſendus. Rex a lius omnipotens deus in cuius ma nu ſunt oīm poteſtates et oīm vita r̄ gnorum. Rex autem omittit bellu; aduerſus rege;. quociens animꝰ hu manus diuine voluntati reſiſtit. et ſa luti proprie reluctat. Decē milia cu; quibꝰ obuiat ei ſunt ſubſidia corpo ris vniuerſa. vt pote Iuuentus. Sa nitas et diuicie tp̄ales. quid tñ hec đ cem milia poterunt aduerſus eum qui cū triginta milibꝰ venit. hn̄s po teſtatem q̄ſi geminā. ſ. corpus et aīa; pdere in gehennam. Mittamus pro inde legationem humilis ſupplicati onis. et rogemus ea que ad pace; ſūt Legati ſunt dona manus. Ieiunia. Fletus. Affectus puri. Deuota pre camina iuſti. hij ſunt mittendi faciē placare futuri iudicis. vt fiant tran quille federa pacis. Sapiencie. xij. Bone ſpei feciſti dn̄e filios tuos q̄ niā iducias das locū pn̄e. i. expectas

D

ad penitenciam in multitudine pec
catorum. Sed quidam abutuntur
inducijs iſtis. vnde reprobo dicitur
Job.xxiiij. Dedit ei deus locum pei
tencie ⁊ ille abutitur eo in ſuperbiaȝ
Eccleſiaſtici. viij. Etem quia non pro
fertur cito cõtra malos ſentencia abſ
quia vllo timore filij hominum perpe
trant mala. Legitur in dyalogo bea
ti gregorij. quod quidam diues plenus
vicijs ⁊ peccatis animo ſuperbus.
luxurioſus auarus. cum iaceret in ex
tremis vidit tetros ſpiritus circum
quaqꝫ quocunqꝫ ſe vertebat in lecto
⁊ cum multum timeret. palleſceret ⁊
ſudaret. vocauit filium vt iuuaret eũ
tandem cum illi imminerent vt euȝ
caperent ad infernum. clamauit in
ducias vſqꝫ mane. ⁊ inter hec verba
miſit ſpiritum. Ecce miſer ille quod plu
rima ſpacia noctium ⁊ dierum acci
piens indultas inducias paruipen
dit. ⁊ cum ad iudicium citaretur in
ducias poſtulabat. nec oculos menti.
aperuit: niſi cum finis repentinꝰ ad
uenit. Sequitur Ardens furor eius
⁊ grauis ad portandum. In pri
mo aduentu venit ad modum roris
quia clam deſcendit in vteruȝ virginis
Iſaie.xlv. Rorate celi deſuper. ⁊c̃
Sed in ſecundo venit ad modũ ful
guris. quia terribilis. ſubitus ⁊ manife
ſtus. Unde. Mathei. xxiiij Sicut ful
gur exit ab oriente. ⁊ aparet vſqꝫ in
occidenteȝ. ita erit aduentus filij ho
minis. In primo venit in manſuetu
dine. Sed in ſecundo veniet in furo
re. vnde. Iſaie. xiij. Ecce dies domi
ni veniet crudelis plenus indignati
onis ⁊ ire furoriſqꝫ.

Quatuor future calamitatis indicia

E

hic notantur. ſ. Crudelitas. Indigna
tio. Ira. ⁊ Furor. Dies enĩ ille crude
lis erit. quia pena erit imaniſſima. nec
ſpera bitur de vlla miſericordia.
Plenꝰ erit indignationis. quia tunc di
uina maieſtas ⁊ hominis ifirmitas
innoteſcent vt merito indignet rex
glorie quia tantam iniuriaȝ paſſus eſt
a viliſſimo puluere. Erit vero plenus
ire quando vox illa terribilis audie
tur. Diſcedite a me maledicti in ignẽ
eternum Erit ibi etiam furor per ſe
uerans. quando eũtibus illis in con
fuſionem eternam. nulla ſpes euadẽ
di. Hunc furorem formidabat. pſal
miſta cum diceret. Domine in furo
re tuo arguas me. ⁊c̃. Ubi dicit bea
tus Bernardus. Utinam in me om
nem excellenciaȝ comprimat non ac
cenſus furor. ſed ifuſus amor. vtinã
diſcam non ſuperbire ſed vnctione
potiꝰ quam vltione magna. nec ſimplex
erit ille furor. ſed ⁊ elementa ignis
calore ſoluentur. Eccleſiaſtici. xliij
In conſpectu ardoris eius quis po
terit ſuſtinere. Item conflate con
ſciencie igne propriorum ſcelerum
ſuccendũtur. Iuxta illud pſalmiſta
Pones eum vt clybanum ignis in tẽ
pore vultus tui. Item ſtagnum i
gnis ⁊ ſulphuris aperietur ad deuo
randum eos. Iſaie. xxx. Preparata eſt
ab heri tophet ignis gehenne para
tus ab initio diabolo ⁊ angelis eius.
Paratus eſt autem a deo iuſto iudi
cio. Unde ſequitur a rege prepa
rata profunda. vt nullus inde exire
valeat. ⁊ dilatata vt omẽs in ſe recipi
at. Nutrimenta eius ignis ſunt
ligna multa. ſcilicet prauorum ope
ra. que ſunt fomenta ignis gehenne

⁊ ideo cum illa conſumi non valeant
ſemper ardebunt. Flatus domini. ſcꝫ
indignatio eius ſicut torrens ſulphu
ris ſuccendit eam. ꝙ ibi erit fetor in
tollerabilis. ⁊ ignis inextinguibilis.
Erit ⁊ grauis ad portandum. liben
cius enim ferret peccator ſupra ſe v-
num montem ꝙ illum furorem. vn
de Apocalipſis. vi. Tunc dicent mon
tib9 ⁊ petris: cadite ſupra nos ⁊ ope
rite nos a facie ſedentis in throno
Nec mirū ꝙ ſicut dicitur. ij. Petri. ij
Angeli. ſ. demones cum ſint fortitu
dine ⁊ virtute maiores non portant
id eſt portare non poſſunt aduerſum
te execrabile iudicium quantomagis
homo fragilis ⁊ paſſibil'. Unde Iſa
ie. xxxiij. Quis poterit habitare d' vo
bis cum igne duorante. ecce pena in
tollerabilis. vt totus homo deuoret'
ab igne. ⁊ interſit immune. aut quis
habitabit de vobis cum ardoribus
ſempiternis. ecce pena interminabil'.
Super hoc verbo dicit expoſitor.
Miſera habitatio vbi dolor acerri-
mus ignis deuorans ⁊ nullus termi
nus ardoribus ſempiternis.
Legitur de quodam heremita ꝙ q̄
dam mulier volens temptare eum
venit in ſero ad cellam eius. ⁊ cum ſi
mularet ploratum ⁊ conquereretur
ꝙ eſſet a beſtijs deuoranda. motus il
le pietate recepit eam in cella. ſenciēs
autē ꝙ diabolus inflammabat cor
eius ad luxuriaꝫ dixit ſibiipſi. qui ta
lia faciunt ibunt in ignem eternum
Proba ergo ſi poteris ſuſtinere illuꝫ
⁊ cepit mittere omnes digitos ſigilla
tim in lucerna. Illa hec videns velō
lapis effecta pre timore. Mane factō
venerunt iuuenes cum quibus ipſa
pepigerat de temptatione viri dei.
quibus ille narrauit quod factum
eſſet: oſtendens digitos ſuos combu
ſtos. ⁊ cum crederetur illa dormire
inuenerunt eam mortuam. ſed ipſe
facta oratione ſuſcitauit eam
Sequitur. labia ei9 plena ſunt indi-
gnatione. quando peccata exprobra
uit dicens. Eſuriui ⁊ non dediſtis
mihi manducare. Amos. iij. Leo ru
giens quis non timebit. Iſaie. xliij
Tacui diſſimulando. ſemper ſilui nō
iudicando. paciens fui expectando.
quaſi paciens loquar cum dolore qd̄
in corde habeo effundendo. Specia
liter contra auarum fiet indignatio
propter tria.
Primo propter traſgreſſionem pre
cepti tam facilis tam ſuaui. Iſaie. lvi
ij. Frange eſurienti panem tuum
Unde. Eccleſiaſtici. xxix. Propter
mandatum aſſume pauperem
Scd̄o propter contemptum promiſ
ſi tam magni tam precioſi. Luce. v.
Date ⁊ dabitur vobis. quaſi dicerꝫ
Date pauperi denarium ⁊ dabitur
vobis regnum celorum. Unde qui
dam ſanctus. Amore pauperum vē
didit dominus regnum ſuum. frag
mentum ponit in preciuꝫ. quid cau
ſe excuſare poterit non ementem.
Tercio propter retentiuam boni cō
miſſi quod debuit pauperibus diſ-
penſare. Unde dominus ait. Luce. x
ix. Quare non dediſtis pecuniaꝫ me
ām ad menſuram. Ubi dicitur Pro
uerbiorum. x. Stultus labijs verbe
ratur.
Sequitur. ⁊ lingua eius quaſi ignis
deuorans quando ſentenciam pro
nunciabit dicens. Ite maledicti in

ignem eternum. Rabanus. Si steri
litas in ignē mittitur: rapacitas quid
meretur. ⁊ si iudicium sine misericor
dia fiet ei qui non fecit misericordiā
Quale iudicium fiet ei qui fecit ra
pinam. aut quid recipiet qui aliena
tulit si semper ardebit qui sua non d
dit. Isaie. xxiiij. Formido fouea ⁊ la
queus super te qui es habitator ter
re. Formido iudicis irati. Malachie
iij. Quis stabit ad videndum eum.
Fouea patentis inferni. Isaie. v. Di
latauit infernus animam meam ⁊ a
peruit os suum absq; vllo termino.
Laqueus em̄ supplicij. Mathei. xxij.
Ligatis manibus ⁊ pedibus pro
ijcite eum in tenebras exteriores. ⁊c.
A quibus nos dignetur eripere ihe
sus cristus dominus noster. Amen.

¶ Epistola ad Romanos. xv.
¶ Dominica secunda. Aduentus

FRatres. Quecumq;
scripta sunt ad nostram do
ctrinam scripta sunt. vt per
pacienciam ⁊ consolationem scriptu
rarum spem habeamus. Deus autē
paciencie ⁊ solacij det vobis idipsū
sapere alterutrum scdm̄ ihesum cri
stum vt vnanimes vno ore honori
ficetis deum ⁊ patrē domini nostri
ihesu cristi. ꝓpter quod suscipite inui
cem. sicut ⁊ cristus suscepit vos i ho
norem dei. Dico em̄ xp̄m ihesū mi
nistrum fuisse circumcisionis ꝓpter
veritatem dei ad confirmandas pro
missiones patrum. Gentes autem su
per misericordia honorare deum si
cut scriptū est. propterea confitebor
tibi in gentibus domine. ⁊ nomini
tuo cantabo. Et iterum dicit. Letai
ni gentes cum plebe eius. Et iterū
dicit. Laudate omnes gentes domi
num ⁊ magnificate eum omnes po
puli. Et rursum Isaias ait. Erit ra
dix iesse. ⁊ qui exurget regere gentes
in eum gentes sperabunt. Deus aūt
spei repleat vos omni gaudio ⁊ pace
in credendo vt abundetis in spe ⁊ in
virtute spiritussancti

¶ Euangelium. Luce. xxi

IN illo tempore Dixit ihe
sus discipulis suis. Erunt signa in so
le ⁊ luna ⁊ stellis. ⁊ i terris pressura
gencium pre confusione sonitus ma
ris ⁊ fluctum. arescentibus homini
bus pre timore ⁊ expectatione que
superuenient vniuerso orbi. Nam v
tutes celorum mouebuntur. ⁊ tunc
videbunt filium hominis venientē
in nube cum potestate magna ⁊ ma
iestate. His autem fieri incipientibꝰ
respicite ⁊ leuate capita vestra quo
niam appinquat redemptio vestra.
⁊ dixit illis similitudinem. Videte
ficulneam ⁊ omnes arbores cum ꝓ
ducunt iam ex se fructum. scitis quo
niam prope est estas. Ita ⁊ vos cū
videritis hec fieri. scitote quoniam
prope est regnū dei. Amen dico vo
bis. qꝛ non preteribit generatio hec
donec omnia fiant. Celum ⁊ terra
transibunt. verba autē mea non trā
sibunt.

¶ Dn̄ica scd̄a in aduētu. ¶ Sermo

ERunt signa in sole
⁊ luna ⁊ stellis. In hoc euā
gelio dn̄s incutit peccatori
bus timorem predicendo terribilia
signa iudicij. ⁊ iustos incitat ad amo
rem. ostendēdo appximationē regni

A

Signa iſta erunt in celo.in mari.⁊
in terra. De ſignis celi premittit cuȝ
ait. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtel
lis.ſ.ſigna obſcurationis vt ait. Ma
thei.xxiiij. Sol obſcurabitur ⁊ luna
non dabit lucem ſuam.⁊ ſtelle cadēt
de celo.q̄ obſcurabuntur ac ſi ibi nō
eſſent. Erunt autem ille tenebre ſic
horrēde. vt nec videre quis.nec mo
ueri localiter poſſit Et hoc propter
quatuor. Primo in deſignatiōe
obſcuritatis interioris que erit i ho
minibus illius temporis In quibꝰ
ſol.i. caritas refrigeſcet. Luna.i.fi
des ꝯficiet.⁊ ſtelle.i.alie virtutes pe
nitus euaneſcunt.vt illud videatur i
pletum. Trenorum.i. Egreſſa eſt a
filia ſyon.i.ab anima fideli:omnis ꝺ
cor eiꝰ. Scḋo in ꝺſignatione obſcuri
tatis exterioris.i.tenebrarum infer
nalium .in quibus perpetuo condu
dentur. Iuxta illud. Mathei.xxij.
Mittite eum in tenebras exteriores.
Sapiencie.xvij. Una cathena tene
braruȝ omnes erunt caligati. Hic au
tem loquitur eis lingua elementorū
quia tunc ſilebit lingua predicato
rum

Tercio in ſignum meroris qui erit i
die iudicij.tunc eñ contegent ſplen
dorem vultus ſui veſte lugubri. ſic
in die natiuitatis ſol habuit circuluȝ
aureuȝ in ſignum gaudij.⁊ propter
hoc ſignanter dicit̄ Apocalipſis. vi.
Sol factus eſt quaſi ſaccus cilicius.
Unde Criſoſtomus.i. Patrefamilias
moriente domus eius turbatur:fa
milia plangit.⁊ nigris veſtimentis ſe in
duit.ſic ⁊ hūano genere propter qḋ
facta ſunt omnia circa finem conſti
tuto .perturbatur mundus.celi in tri

B

ſticia lugent.et candore depoſito te
nebris induuntur. ¶ Quarto in ſig
num confuſionis.quia quodāmodo
tegent oculos claritatis ſue ne videāt
homines ſubici cruciatibus qui ſuo
lumine fruebantur.ſicut in paſſione
domini ſol dicitur radios ſuos ſubtrx
iſſe.ne dominum pendentem videreȝ
Unde ſignanter dicit. Iſaias. xxiiij.
Erubeſcet luna et confundetur ſol.
cui conſonat gloſa ſuper. Iohelis.ij.
Sol et luna tenebrati ſunt tāta miſe
rorum ſupplicia videre non poterūt
ſed timebunt.pro claro lumine hor
rendis tenebris operientur

Item fient iſta ſigna,in deſignationē
malorum qui tunc erunt in eccleſia
ſiquidem ſol.id eſt prelati.nec predi
catione.nec virtutum oſtenſione ful
gebunt.ſed in tenebris latitabunt.di
ſcipulis anticriſti publice predicanti
bus et miracula facientibus.ſicut do
minus ait. Mathei. xxiiij. Surgent
pſeudo prophete et dabūt ſigna ma
gna et prodigia.ita vt in erroreȝ in
ducantur ſi fieri poteſt etiam electi.
Luna quoq̄.ſ.ſubditi ſolebant a pre
latis luminari.conuertentur in ſang
uinē.i.ītellectum carnalem.quia de
ſcendent a fide romane eccleſie. Sic
apoſtolus ait.ij.ad Theſſalonicenſes
ij. Ueniet diſceſſio primuȝ ⁊ conuer
tentur ad anticriſtum qui ſe dic̄ de
um.

Quidam deſcendent timore tormen
torū.quia ſicut dicitur Danielis.xij.
Ruent in gladio ⁊ in flamma ⁊ in
captiuitate ⁊ in rapīa.⁊ propter hoc
tradet frater fratrem in morte.⁊ pa
ter filiū.⁊ econuerſo eligētes magis in
bonū deducere dies ſuos q̄p ſub tāta

tribulatione rerum ⁊ corporum per
peti detrimentum ¶ Quidam cupi
ditate terrenoruȝ. q̄ inueniet theſau
ros reconditos. ⁊ precipue loculos ſa
lomonis quos artificioſe ſignauit. ¶
Unde Danielis. viij. In copia reꝝ
occidet plurimos. Judicum. xi. Mul
tiplicabit gloriam ⁊ dabit eis pote
ſtatem in multis. ⁊ terram diuidet
gratuitate. ¶ Quidam deceptione
miraculorum. De quibus. i. ad Theſ
ſalonicenſes. ij. Cuius aduentus ſcd̄ȝ
operationem ſathane in omni virtu
te ⁊ ſignis ⁊ prodigijs mendacibus
q̄ fantaſtica ⁊ ad mendacium trahē
cia. De quibus Apocalipſis. xiij. Fa
ciet ſigna magna vt etiam ignem fa
ciat deſcendere de celo in terram in
īconſpectu hominum. ⁊ ſeducet ī ha
bitantes terram per ſigna que data
ſūt illi facere Stelle quoqȝ. i. religio
ſi qui videbantur in fide fortes. in
firmi ex maxima parte de conuerſa
tione celeſti cadent in terram dimiſ
ſo habitu ad ſeculum redeuntes. Un
de monet dominus. Apocalipſis. xvi
Beatus qui vigilat ⁊ cuſtodit veſti
menta ſua. ⁊c̄. Quod deplorat factū
Johelis. i. Ficum meaȝ decorticauit
De hoc dicit. Danielis. viij. Deiecit
de fortitudine ⁊ de ſtellis ⁊ oculca
uit eas. Similiter. Apocalipſis. xij.
Draco traxit cauda ſua. i. per antixri
ſtum terciam partem ſtellarum celi
ſcȝ tepidos qui non ſunt frigidi per
timorem. neqȝ calidi ꝑ amoreȝ. ⁊ mi
ſit eas in terram. Nam ad litteram
maior erit numerus cadencium ꝙ
ſtancium in tribulatione illa. Unde
zacharie. xiij. Due partes diſperden
tur ⁊ deficiet. ⁊ tercia pars relinque

tur ⁊ ducam terciam partem per ig
nem. ⁊ vram eos ſicut vritur argen
tum. ⁊ probabo eos ſicut probatur
aurum. ⁊ de hijs ait. Danielis. xi
Docti in populo docebūt plurimos
⁊ paulo poſt. vt conflentur ⁊ eligan
tur ⁊ dealbentur
¶ Sequitur videre de ſignis maris.
Mare ſicut dicit Jheronim9 ſuper ō
nes montes quadraginta cubitis ex
altabitur. aquis ſtantibus ⁊ in nulla
parte fluentibus. Deinde tantundeȝ
in abyſſum demergetur. poſtmoduȝ
reuertet̃ in locū ſuū ⁊ oēs belue ma
ris congregabuntur ſuper pelagus
ad modum contendencium mugiē
tes. ⁊ in illa commotōe erit ſicut do
mins ait. Pre confuſione ſonitus ma
ris ⁊ fluctuum. Naum. i. Increpās
mare ⁊ exſiccans illud: ⁊ omnia ad d̄
ſertuȝ deducens eleuatio Elatio ma
ris deſignat extollenciam impiorum
Unde dicitur. Iſaie. lvij. Impij q̄ſi
mare feruens quod quieſcere non
poteſt. quod bene in deceȝ ⁊ quinqȝ
cubitis terminatur. quia eriguntur
contra dominum per tranſgreſſionē
decalogi. Juxta illud Job quindeci
mo. Tetendit aduerſus dn̄m iniqui
tatem ſuam. ⁊c̄. contra eccleſiam que
in quinqȝ patriarchatus conſiſtit. ſcȝ
Romanum. Conſtantinopolitanum
Alexandrinum. Antiocenum. ⁊ Jhe
roſolimitanum De quibus Iſaie. xix
Erunt quinqȝ ciuitates in terra egip
ti loquentes lingua chananea.
Ciuitas ſolis vocabitur vna. ſcȝ Ro
mana eccleſia. cuius fides ad moduȝ
ſolis ſtabilis ⁊ perpetua perſeuerat.
Unde dicit domin9 Luce. viceſimo
ſecundo. ¶ Ego pro te rogaui petre

E

ut non deficiat fides tua. Depreſſio
vero ipſius maris penam denotat ea
rundem. Unde dñs angelis ait apo⸗
ca.xviij ¶ Quantū exaltauit ſe ⁊ in de
licijs fuit: tantum date illi tormenta
⁊ lucem.

¶ Sequit᷑ nunc videre de ſignis terre.
In terra fient terremot⁹ adeo mag⸗
ni.ut pene oīa manufacta ruant. Un
de apoca.xvi. ¶ Terremotus factus
eſt magn⁹ qualis nunq̄ fuit ex quo
hoīes fuerunt ſuper terrā. Iſa.xxiiij.
¶ Confractōe ↄfringetur terra. con
tritōe ↄteretur terra. ↄmotione ↄmo
uebit᷑ terra. vagitatōe agitabitur ter
ra.⁊ hoc in deteſtatōe cupiditatis ho
minū: quaſi nolens cupidos ſuper ſe
amplī⁹ tolerare. Iſa.xxiij. Grauabit
eam iniquitas ſua. Item oēs lapides
etiā parui ſcindent᷑ ⁊ ad inuicem col
lidentur. Iuxta illud. Non relinque
tur lapis ſuper lapidē qui nō deſtru
atur.⁊ hoc in redargutōne obſtinati
cordis qḋ noluit ↄteri de peccatis.
Eccī.iij. ¶ Cor durꝫ male habebit in
nouiſſimo. ¶ Item oīa ligna ſiluarū
⁊ olera herbarū ſanguineum rorem
fluent. ſicut ſibilla predixit. Verſus.
Iudicij ſignū tellus ſudore madeſcit.
Iohelis ¶ Dabo ſigna ⁊ ꝓdigia in ce
lo ⁊ in terra. ſanguinem ⁊ ignem ⁊ va
porem fumi.⁊ hoc ad confuſionem
humane verecundie: que ſuper ſeipſa
noluit flere. Luce.xxiij ¶ Filie iheru
ſalem ⁊c̄. ¶ Item omnes montes et
colles in puluerem redigent᷑. Unde
pſal. ¶ Montes ſicut cera fluxerunt a
facīe dnī.⁊ hoc in offenſionē huma
ne ſuperbie: que cū nihil ſit tantā ma
ieſtatem niſa eſt irritare. Eccleſiaſt.x.
¶ Quid ſuperbis terra ⁊ cinis.

F

Item volatilia oīa auolabunt in cam
pis.⁊ hoc ad confuſionem hoīm qui
cū ſint prelati rōne vix aut nunq̄ tra
ctatū faciunt de ſalute aīe ſue. Ihere.
viij. ¶ Attendi ⁊ nemo qḋ bonuꝫ eſt
loquitur. Item fere de montib⁹ deſ
cendentes cum hominib⁹ manebūt
⁊ nulli nocebunt.⁊ hoc in deteſtatio
nem oppreſſorꝫ. qui pauperes violen
ter affligunt. De quibus conquerit᷑
dominus ¶ Qui deuorant plebē me
am ſicut eſcam panis. Eccleſiaſti.xiij
¶ Venatō leonis onager in heremo
ſic paſcua diuitū ſunt pauperes.
Item ibunt hoīes huc ⁊ illuc ut amē
tes. et pre timore areſcentes. Et hoc
eſt quod dominus ait ¶ Areſcētibus
hominibus pre timore. et expectati⸗
one que ſuperuenient vniuerſo or⸗
bi. De hijs vltimis ſignis dicitur eze
chielis.xxxviij. ¶ Commouebūtur a
facie piſces maris. et volucres celi. et
beſtie agri. et omne reptile quod mo
uetur ſuper humum. cūctiqꝫ homi⸗
nes qui ſunt ſuper faciem terre. Nec
mirum ſi humana fragilitas mouea
tur. nam virtutes celorum. id eſt an⸗
geli commouebūtur. Unde criſoſto
mus. Si rex terrenus ꝓceſſurus ali
quam expeditionem mandat in po⸗
pulo: dignitates omnes mouētur. et
exercitus excitatur. tota ciuitas feruit
Quanto magis rege celeſti exſurgen
te iudicare viuos ⁊ mortuos virtutes
angelice commouētur. terribiles mi
niſtri terribiliorem dominum prece
dentes. pro candelabris fulgura vi⸗
ua precedent ⁊ pro tubis horenda to
nitrua. nec reſiſtendi virtus. nec fugi
endi facultas. nec penitentie locus.
nec ſatiſfactionis temp⁹ ex anguſtia

omnium rerūz:nihil remanet niſi lu
ctus. Unde dominus ait Math.xxii
ij. ¶ Et tunc plangent omnes tribus
terre.ſcilicet peccatores: qui plus ter
rena ꝙ celeſtia dilexerunt. Criſoſto/
mus. Plangent iudei. plangent gen/
tiles. plangent xpriſtiani qui magis
dilexerunt mundum ꝙ xpriſtum.
Mouebuntur autem angeli non ſolū
locali defenſione: ſed etiam ammira/
tione maieſtatis diuine. ⁊ ex compaſ/
ſione infirmitatis humane. ⁊ quodā
naturali horrore: videntes ſub ſe re/
probos cruciari. Unde dicitur Job
xxvi. ¶ Columne celi contremiſcunt:
⁊ pauebunt aduentum eius. Ubi di
cit auguſtinus. Quid faciet virgula
deſerti: vbi timore concutitur cedrꝰ
paradiſi. Et tunc videbunt filiuz ho
minis venientem in nube triplici. in
glorificata carne cum angelorum et
ſanctorum multitudine. ⁊ quia huiu
lis nubibus deſcendet in aere Scdm
illud actuuz primo ¶ Sic veniet quē
admodum vidiſtis eum euntez in ce
lum. Pſalmiſta ¶ Cognoſcetur domi
nus iuditia faciens. vbi addit beatꝰ
bernardus. qui nunc ignoratur iniu
riam patiens. cum poteſtate magna
ad puniendum reprobos. ⁊ maieſta
te: ad remunerandum electos. Dein
de ad amorem incitat. ⁊ ad deuotio/
nem inuitat electos cum ait. Hijs au
tem fieri incipientibus. ſcilicet terre
motibus. confuſione ſonitus maris ⁊
fluctuum. ſignis in ſole ⁊ luna ⁊ ſtel/
lis. reſpicite et leuate capita veſtra. id
eſt intentionem ⁊ conſiderationem ad
quietem. ⁊ ad remunerationem eter
nitatis. quod facit pſalmiſta in intro
itu miſſe dicens. Ad te domine leua/
ui animam meam. Uult ergo domi
nus ut nullo modo huic ſeculo con/
formemur. nec nobis ymaginem hu
ius beſtie imprimamus. Immo ut
conuerſatione teſtimonium perhibe
amus de illo: quoniam opera eiꝰ ma
la ſunt. Proinde monet ut dimitta/
mus capita in proſperis: ne vanitatis
aura nos rapiat Leuemus autem in
aduerſis: ne nos torrentis vnda ſub/
mergat: vel trahat. Cete namqȝ gran
dia ludunt in tempeſtate. ⁊ nos dole
mus in tribulatione. Cauſa gaudij
oſtenditur cum poſtea ſubinfertur.
Quoniam appropinquat redemptio
veſtra. ſcilicet reformatio corporum
vt ſicut fuerunt ſocia paſſionis. ita fe
licitatis ⁊ conſolationis. Unde dicit
apoſtolus philippenſ. iij. ¶ Saluato
rem expectamus dominum noſtruz
ihesum qui reformabit corpꝰ humi
litatis noſtre per mortem in vermes
⁊ puluerem deformatum configura
tum corpori claritatis ſue. id eſt aſſi/
milans illi in claritate. quaz oſtendit
in tranſfiguratione. vbi dicit beatus
bernardus. Requieſce in hac ſpe ca/
ro miſera: qui propter animam venit
pro te quoqȝ venturus eſt. qui refor
mauit illam. tui quoqȝ non obliuiſca
tur in finem Rogemus igitur domi
num noſtrum ⁊c.

¶ Dominica tercia aduentus.

Epiſtola Prima ad Corinthi
os quarto.

FRatres·ſic nos exiſti
met homo ut miniſtros xp̄i
⁊ diſpenſatores miniſterioꝝ.
hic iā quęritur inter diſpenſatores
ut fidelis quis inueniatur. Mihi au
tem ꝓ minimo eſt ut a vobis iudicer
aut ab humano die. Sed neq̄ meip
ſum iudico. nihil enī̄ mihi ↄſcius ſū.
ſed nō in hoc iuſtificatus ſum . Qui
aūt iudicat me dominꝰ eſt. Jtaq̄ no
lite ante tempꝰ iudicare : quoadusq̄
veniat dñ̄s:qui ⁊ illuminabit abſcon
dita tenebrarum. ⁊ manifeſtabit cōſi
lia cordium. ⁊ tunc laus erit vnicuiq̄
a deo.

¶ Euangelium ⸗ Math.xi.

IN illo tēpore· Cum
audiſſet iohannes in vincu
lis opera xp̄i mittens duos
de diſcipulis ſuis : ait illi. Tu es qui
venturus es: an alium expectamus.
Et reſpondens iheſus ait illis. Eun
tes renunciate iohanni que audiſtis
⁊ vidiſtis. Ceci vident. claudi ambu
lant. leproſi mundantur. ſurdi audi
unt. mortui reſurgunt. pauperes euā
gelizantur. Et beatus eſt qui nō fue
rit ſcandalizatus in me. Jllis autē ab
euntibus cepit iheſus dicere ad tur
bas de iohanne. Quid exiſtis in deſ
tum videre: arundinem vento agita
tam. Sed quid exiſtis videre: homi
nem mollibus veſtitū. Ecce qui mol
libus veſtiuntur in domibus regum
ſunt. Sed quid exiſtis videre ꝓphetā
Etiam dico vobis ⁊ plꝰ q̄ prophetā.
hic eſt enī̄ de quo ſcriptum eſt. Ecce
ego mitto angelum meum ante faci
em tuam: qui preparabit viam tuam
ante te.

⸗ Eodem die.

¶ Sermo quartus de euangelio.

CVm audiſſet iohānes
in vinculis opera xp̄i. Jtem
in hoc euangelio iohēs ge
rit formam hoīs penitentis Et notā
tur in ipſo duo. ſtatus ⁊ actus. Statꝰ
ꝗ in carcere. ⁊ in vinculis erat. Actꝰ
triplex. Audiuit enī̄. miſit. ⁊ interro
gauit. Sic ⁊ penitens eſt in carcere
corporis. Corpus enī̄ quod ante pec
catum erat palaciū glorie: poſt pecca
tum cepit eſſe carcer miſerie. Vñ iob
vij. ¶ Nunquid ſurdus ego ſum per
ſuperbiam. aut cecus per auariciam.
ꝗ circumdediſti me carcere. Jn hoc
carcere ligauit deus hoīem poſt pec
catū vinculis penalitatū. que ſunt ſep
tem. ſ. Fames. Sitis. Frigus. Calor.
Labor. Dolor. ⁊ Mors. A quibꝰ iu
ſtus diſſolui cupit ⁊ eſſe cū xp̄o. So
lutus aūt dicit. Diſrupiſti dñ̄e vincu
la mea ⁊c̄. Eccl.iiij. ¶ De carcere ca
thenisq̄ interdū quis egreditᷣ ad reg
nū. Ligauit aūt ſibi hoīem deus tan
q̄ ſeruū fugitiuū: ne de cetero fuge
ret. Job.xiij. ¶ Poſuiſti in neruo. id
eſt in cippo pedē meū. Jtem tanq̄ fu
rioſum ne ſibi manꝰ iniiceret. Sapi.
xvi ¶ Hō per maliciā. ſ. ſuperbiam oc
cidit aīam ſuam. Jtem tanq̄ hoſtē
rebellantē: ut eū ſibi ſubiiceret Job.x
ix. ¶ Sic me habuit quaſi hoſtē ſuū.
Vnde humiliatꝰ ait. Jntroeat in cō
ſpectu tuo gemitꝰ ↄpeditoꝝ. Hec vin
cula iuſtꝰ humilitᷣ patitur expectās

B

ut a deo ſoluat᷑. Sicut apoſtolꝰ qui
dicebat.i.coꝝ.iiij.¶ Uſqꝫ in hanc ho
ram eſurimus ⁊ ſitimus ⁊ nudi ſumꝰ
eo peccatoꝛ ſeipſum feſtinat ſoluere:
quaſi manū dei poſſit effugere: dum
famem expellit per crapulam. ſitim
per ebꝛietatē. frigus indumentoꝛuꝫ
multitudine. caloꝛeꝫ veſtium tenuita
te. laboꝛem ocioſitate. doloꝛē delicijs
moꝛtem medicinaꝝ iuuamine. Sed
dicit᷑ Ihere.xxviij. ¶ Cathenas lig
neas ↄtriuiſtis. ⁊ faciam ꝓ eis cathe
nas ferreas. qꝛ qui ſic ſe ſoluerit hijs
vinculis: ligabunt᷑ eternis in carcere
infernali. vbi eſt fames nō habitura
cibū. Iob.xviij. ¶ Attenuet᷑ fame ro
bur eius. Sitis nō habitura potum
Iob. Exardeſcet ↄtra eū ſitis. Frigꝰ
niuis intolerabile. Iob.vi. ¶ Qui ti
met pꝛuinā: irruet ſuper euꝫ nix. Ar
doꝛ ignis inextinguibilis. Iob.xx.
¶ Deuorabit eū ignis qui nō ſuccen
ditur. Labor ſine requie. Pſal. ¶ La
borabit ineternū ⁊ viuet adhuc in fi
nem. Dolor ſine mitigatōe. Iſa.xiij.
¶ Toꝛtōnes ⁊ dolores tenebunt eos.
Toꝛtōnes ſunt ꝓprie ventris. dolores
alioꝝ membroꝝ. qꝛ oīa flagicia ex vē
tre ſumunt originē ⁊ per cetera mem
bra facinora perpetrant᷑. Mors ſine
fine. Apoca.xx. ¶ Beatus qui hꝫ ꝑ
tem in reſurrectōne prima. in hijs ſe
cunda mors nō habet poteſtatē.

Nunc videnduꝫ eſt de actibus peni
tentis.

Primus actus ipſius eſt opera xpri
ſti audire. Opera xpi dicuntur que e
git miſterio humanitatis aſſumpte.
Et ſunt ſpecialiter duo. ſ. opꝰ redem
ptionis. ⁊ opus retributōis. Quorū
primū eſt generatiuū ſpei. Alterū ve

C

ro timoris. Ex ↄſideratōe primi ↄci
pit penitens deuotionem. ex conſide
ratōe ſecundi ↄpunctionem. ⁊ ſic int᷑
hos duos effectus quaſi inter duas
molas indeſinēter molitur: ne ingra
tus appareat vel ſecurus. Deutero.xx
iiij. ¶ Non accipies loco pignoꝛis ſu
perioꝛem ⁊ inferioꝛem molā.

Secundus actus eſt ad xpm diſcipu
los mittere. Duo diſcipuli ſunt o
peratio ⁊ oꝛō. ¶ Primum ſignatur
per altar᷑ holocauſtoꝝ in quo macta
bantur aīalia. i. motus carnales. ⁊ ali
a vicia. vtpote ſuperbia mactatur per
humilitatē. ⁊ auaricia per elemoſina
rum largitionē. luxuria per caſtitatē
Secundū ſignatur per altare incenſi
in quo adolebat᷑ thimiama. ſ. deuota
ſuſpiria. ⁊ ſancta deſideria. Primuꝫ
altare erat in atrio ⁊ opertum erat ex
ere. qꝛ operatio fit in exterioꝛibus. et
ſemper eam ſequi debet ſonus ↄfeſſi
onis. qꝛ multipliciter ↄtingit peccare
in operabilibus. Iob.ix. ¶ Verebar
oīa opera mea ⁊c. Altare alterū erat
in ſanctuario. ⁊ opertū erat auro pu
riſſimo. qꝛ oꝛō fit in intimis coꝛdis. ⁊
ſepe comitat᷑ eam dulcedo cōtempla
tionis. ex vtroqꝫ odoꝛ ſuauiſſimꝰ ſur
git ad deum. Ps. ¶ Holocauſta me
dullata offerā tibi. i. opera pinguedi
ne caritatis refecta. cum incenſo arie
tum. i. cum oꝛōne quaꝫ nobis apoſto
li tradiderunt. ſicut ipſi a dn̄o accepe
runt. hoc ad xpm mittimus qn̄ ſibi
de ea voce offerimꝰ.

Tercius actus penitentis eſt. interro
gare vtꝝ ipſe ſit ad eū venturus. an a
lius in articulo moꝛtis. qd̄ eſt formi
dare ne nō ſit miſericoꝛdia dignus: ſꝫ
pena. Unde ezech.ix. ¶ Neſcit homo

verum amore dignus ſit an odio. q̄ꝛ ignorat ad quem finem deueniat. Item quia ſicut ait gregorius. Sepe cauſa eſt damnationis quod putatur perfectio virtutis. Unde puerbioꝝ xiiij. ¶ Eſt via que videt̄ homini iuſta. nouiſſima aūt illius deducunt ad inferos. Xp̄s aūt ſic reſpondet reducendo ad mentem eius opera gratie ut ex illoꝝ ꝯſideratōne ſperare valeat bona glorie

¶ Primū eſt illuminatio intellectꝰ per fidem: cū ait. Ceci vident. Fides em̄ primo aperit oculū ſiniſtꝝ cum facit ꝯſiderare mala ſua. ⁊ oſtendit ei eterna ſupplicia. ſicut ezechie qui dicebat yſa. xxxviij. ¶ Uadā ad portas inferi Secundo aperit oculum dextꝝ cum facit hoīem ꝯſiderare diuinam largitatem. ⁊ oſtendit ei beatitudinē. Sicut dauid qui dicebat ¶ Qn̄ veniam ⁊ apparebo ante faciem dei

¶ Secundū eſt expeditio affectus per caritatem cū dicit. claudi ambulant. Duo pedes aīe ſunt affectus placendi deo. ⁊ pficiendi ꝓximo. Quidam tamen claudicāt pede ſiniſtro: qui volunt deo v .care: non aūt ꝓximo miniſtrare. Quidam aūt econuerſo. ⁊ illi claudicant dextro. Qui vero nec deo nec ꝓximo intendere curant: vtroq̄ꝫ pede claudicant. ⁊ illud dicitur. iij. regū. xviij. Uſqꝫquo claudicatis in duas partes. Talis erat miphiboſeth. d̄ quo habetur. ij. Regū. iiij. q̄ꝛ cecidit de gremio nutricis. ⁊ claudꝰ effectꝰ eſt. ⁊ ſignat peccatorem q̄ui cadit a caritate.

¶ Terciū eſt mundatio peccatoꝝ per lacrimaꝝ effuſionem cū ait. leproſi mūdantur. qd̄ ſignatum eſt. iiij. Regū. v

in naaman ſyro: qui ſepties lotus eſt in iordane. ⁊ curatꝰ fuit a lepra Septem em̄ ſunt cauſe quare peccator debet lacrimas fundere.

¶ Primo ꝑpter patris offenſionē. Unde malach. i. ¶ Si pater ego ſum vbi eſt honor meus. ſi dn̄s ego ſum: vbi ē timor meus.

¶ Secundo ꝑpter angeloꝝ ꝯfuſionem Unde yſa. xxiij. ¶ Angeli pacis amare flebūnt.

¶ Tercio ꝑpter demonū irriſionē. Unde treno. i. ¶ Uiderunt eam hoſtes ⁊ deriſerunt ſabbatū eis.

¶ Quarto ꝑpter anime ꝓſtitutionem. Unde yſa. lvij. ¶ Juxta me diſcooperuiſti te. ſuſcepiſti adulterē.

¶ Quinto ꝑpter peccati vilitatem. vnde Ihere. ij. ¶ Quā vilis facta es tu: iterans vias tuas.

¶ Sexto ꝑpter oīm bonoꝝ amiſſionē. Unde treno. i. ¶ Egreſſa eſt a filia ſion oīs decor eius.

¶ Septimo ꝑpter eterni mali incurſionem. Tren̄. i. ¶ Dedit me dn̄s in manu de qua nō potero ſurgere.

¶ Quartū eſt patefactio auriū per preceptoꝝ adimpletōnem cum dicit. ſurdi audiunt. ut aperiat ſiniſtrā ad clamorē pauperis. Prouer. xx. Qui obturat aurem ad clamorē pauperis ⁊c̄. Dextram ad auditū predicationis. Prouer. xxviij ¶ Qui declinat aurē ſuam ne audiat legem: orō eius erit execrabilis

¶ Quintū eſt reſurrectō mortuoꝝ per ꝯtemplatōem cū ait. mortui reſurgūt Primo em̄ ſurgit hō ad actionē.

¶ Scd̄o reſurgit ad ꝯtemplatōem. vnde yſa. xxvi. Expergiſcimini ⁊ laudate qui habitatis in puluere. q̄ꝛ ros lucis

F

ros tuus. Et nota ꝙ eſt ros lucis ⁊
lux roꝛis. Ros ſine luce: ⁊ lux ſine
roꝛe. Ros lucis eſt cum de cognitio
ne veritatis dulcedo quedam ſuauita
tis erumpit. Lux roꝛis eſt cū de ſua-
uitate mentis ſerenatur oculus rōis.
Ros ſine luce eſt cū mens afficit᷑ ad
deuotionē ſed non illuiatur ad cogni
tionem. De quo deutero. vlti. ¶ Celi
caligabunt roꝛe. Lux ſine roꝛe eſt co
gnitio ſine affectione. De quo Joſue
xv. ¶ Terrā auſtralem ⁊ arentē dedi
ſti mihi: iunge ⁊ irriguum. Hec ſunt
quinqꝫ opera mie dei. que ꝯſiderata:
fiduciam tribuuntꝗ penitenti.

¶ Dominica quarta.
Epiſtola Philippen. iiij.

FRatres. Gaudete in
dn̄o ſemper. Iterū dico gau
dete. Modeſtia veſtra nota
ſit oībus hoībus. Dominus em̄ ꝓpe
eſt. Nihil ſolliciti ſitis: ſed in oī oꝛōne
⁊ obſecratione cū gratiarū actione. pe
titiones veſtre innoteſcant apud deū.
Et pax dei que exſuperat omnē ſen
ſum cuſtodiat coꝛda veſtra ⁊ intelligē
tias veſtras in xp̄o ihesu dn̄o noſtro.

¶ Euangelium Joh̄. primo.

IN illo tempore. Mi
ſerūt iudei ab iheroſolimis
ſacerdotes ⁊ leuitas ad iohā
nem ut interrogarent eū: tu quis es.
Et ꝯfeſſus eſt ⁊ nō negauit. ⁊ ꝯfeſſus
eſt. ꝙ non ſum ego xp̄s Et interroga
uerunt eū. Quid ergo. Helias es tu.
Et dixit. Non ſum. Propheta es tu.

A

Et reſpondit. Nō. Dixerunt ergo ei
Quis es tu ut rn̄ſum dem⁹ hiis qui
miſerūt nos. quid dicis de teipſo. Ait
Ego vox clamantis in deſerto. dirigi
te viam dn̄o. ſicut dixit yſayas ꝓpheta.
Et q̇ miſſi fuerāt erāt ex phariſeis. ⁊
interrogauerūt eū ⁊ dixerūt ei. quid
ergo baptiſas ſi non es xp̄s: neqꝫ heli
as. neqꝫ ꝓpheta. Rn̄dit eis iohannes
dicens. Ego baptizo in aqua. medi⁹
aūt veſtrū ſtetit quem vos neſcitis Ip
ſe eſt qui poſt me ventur⁹ eſt: qui an-
te me fact⁹ eſt. cuius nō ſum dignus
ut ſoluam coꝛrigiā calciamenti eius.
Hec in bethania facta ſunt trans ioꝛ
danem vbi erat iohēs baptizans.

Eodem die.

¶ Sermo. v. de euangelio.

EGo vox clamātis in
deſerto. Sicut ex euangelio
pꝫ triplex opinio erat de be
ato iohāne in turba. Quidam em̄ pu
tabant eum xp̄um. id eſt meſſiam in
lege ꝓmiſſum ante baptiſmum. ꝙ de
illo pꝛedixerat yſa. lij. ¶ Iſte aſperget
gentes multas ⁊c̄. Alij putabant eum
eſſe heliam ꝓpter nimiam abſtinenti
am ⁊ ſolitariam vitam. ⁊ aſperrimam
increpationem. Alij dicebant heliſeū
reſuſcitatum pꝛopter virtutem ſpiri-
tus quam in eo cernebant. Unde mi
ſerunt ad eum legiſperitos: ut ab ip̄o
quererent vtrū eſſet xpiſtus. vel he
lias. vel pꝛopheta. id eſt heliʒe⁹. quē
anthonomatice vocabant pꝛophetā.
quia duplex ſpiritus helie fuerat in
eo. Et nō dicunt. es tu vnus pꝛophe
tarum. ſed ſolummodo es tu ꝓpheta.

B

quibus tamen nullum predictorꝫ ſe eſſe diceret. certificari volentes addūt Quis es tu ne abſqꝫ certitudine redeamus ad eos qui miſerūt nos. Quid dicis de teipſo. quia audiuimus te aſſerētem de xpo multa: ſed de teipſo nulla Ad hoc poterat reſpondere. Ego ſuʒ homo. vel ego ſum iohannes vel ego ſum filius zacharie. ſed noluit in ſe cōſiderare humanam naturā vel ꝓpriam ſubſtantiam ſiue generationē carnalē. Immo hec oīa tranſeundo fateturꝫ in ſe ſolam abundantiaʒ gratie: que omni premineret creature dicens. Ego vox clamantis in deſerto ꝛc. quaſi diceret. Ego ſum vox xpi clamantis in me manētis in deſerto. ⁊ quid clamātis. hoc ſcilicet. dirigite viam domino id eſt parate vos ut deus veniat ad vos In quibus verbis declarat de ſe quatuor. ſcilicet Dignitatem. Officium. Locum. ⁊ Utilitatem. Dignitatē declarat: oſtendendo quid ſit. ibi. Ego ſum vox. Officiū oſtendendo cuius ſit. ibi. clamantis. Locum oſtendendo vbi clamet. ibi. In deſerto. Utilitatem oſtendendo quid clamet. ibi. Dirigite viam domino.

¶ Primo ergo quid ſit oſtendit cuʒ dicit. Ego ſum vox. Vox eſt ad notandum. quia ſicut ait criſoſtomus. Nihil erat in eo quod ad penitentiam non vocaret. Math. iij. Ipſe aūt iohannes habebat veſtimentuʒ de pilis cameli ꝛc. verſus. Antra cubile pili. toga. zona iohānis ouina Pellis. potus aque. melqꝫ locuſta cibus. Unde vere dicitur vox Totum enī qđ fuit in ipſo fuit predicatio. ſicut quicquid eſt vocis eſt vox. Nota quod naturalia inſtrumenta vocis ſunt quinqꝫ. ſcꝫ anhelitus

C

pulmonis. concauitas gutturis plectrum lingue. dentes. ⁊ labia Unde ⁊ vox deſcribitur Vox eſt ſonus ab ore animalis platus naturalibus inſtrumentis formatus. que omnia ſpecialiter in beato iohanne baptiſta fuerunt.

¶ In anhelitu pulmonis. quia aereʒ attrahit ⁊ emittit ſignatur gratia ſpiritus ſancti quaʒ in vtero matris attraxit ⁊ emiſit: cum aliis nunciauit. Unde pſalmiſta ¶ Os meum aperui ⁊ attraxi ſpiritum.

¶ In concauitate gutturis ſignatur virtus humilitatis: que in eo maxima fuit. Cum enim talis eſſet ut xpus credi poſſit ſi vellet. reſpondit iudeis querētibus. ſe nō eſſe ſufficientem ad ſoluēdum corrigiaʒ calciamēti eius. quod eſt vltimum ſeruicium ad minimos pertinens. ⁊ hoc deſignatur in concauitate altaris. exo. xxvij.

¶ In plectro lingue ſignatur officium predicationis. Primus enī penitentiam predicauit. ⁊ regnum celorum pmiſit. Unde ⁊ dominus merito peruerſi populi predicationem ſubtrahens ait ezech. iij. ¶ Linguam tuam adherere faciam palato tuo

¶ In dentibus mordaces viciorum increpationes ſignantur. ut illud. Genimina viperarum ꝛc.

¶ In labiis blande ammonitiōes. ut illud. ¶ Qui habet duas tunicas. i. ſuperflua: det nō habenti.

¶ Secundo oſtendit cuius ſit cum ait. Ego vox clamantis. id eſt ego ſum vox ad verbum.

Quatuor autem ſunt habitudines vocis ad verbum.

¶ Prima eſt. quia conformatur verbo aliter eſſet inconueniens. Sic ⁊ iohēs

xpriſti conformationez ſuſcepit. quia ſanctificatus in vtero matris. Hec cõformitas eſt ſimilitudo virtutuȝ que fuerunt in xp̃o. Ad quam nos hortatur apoſtolus Coloſenſ. iij. ¶ Induite nouum hoiem ↄformantes vos ei ſicut veſtimentũ corpori.

Secunda eſt. q͞r naturaliter precedit verbũ. Prius em̃ vox auditur: ꝙ intellectus mentis percipiatur. Sic et iohannes preceſſit xpriſtum naſcẽdo. predicando. baptiſando. moriendo. ⁊ ad limbum deſcendendo. Unde Luce. ij. ¶ Preibis ante faciem dñi parare vias eius.

Tercia eſt. quia vox baiulat verbũ ad aures auditorum quaſi vehiculum. ⁊ interpretatur ipſum. Sic ⁊ iohannes manifeſtauit ipſum xpriſtum iudeis. non ſolum abſenti teſtimonium perhibendo: ſed etiam preſentem indice demonſtrando. Unde ait Joh. Ut manifeſtaret̃ iſrahel ꝓpterea ego veni in aqua baptiſare.

Quarta eſt. quia tranſit in nihilum: remanente verbo. Sic iohãnes poſt ꝙ excitauit auditum iudeoruȝ ad recipiendum xpriſtum: deſijt baptiſare ⁊ predicare: manente baptiſmo ⁊ predicatione xpriſti. Unde merito comparatur lucerne que extinguitur orto ſole. Johis. vi. ¶ Ipſe erat lucerna ardens ⁊ lucens. Ubi nota ꝙ ait. vox clamantis: nõ loquentis. non predicãtis: ut maiorem effectum exprimat. Clamat autem verbum in voce. id eſt xpriſtus in iohanne. iudex in precone ut genus humanum reddat attentum ad id qđ poſtea clamabit per ſe.

Primo namq̄ clamauit in paradiſo. nec fuit qui reſponderet. Unde Job xxx. ¶ Seruum meum clamaui ⁊ nõ reſpondit mihi. Propter hoc ſecũdo clamare venit in mundum. ut homo proprie factorem cognoſceret. et ad ipſum rediret. Unde dicitur yſa. xxx. ¶ Aures tue audient verbum poſt tergum monentis. ſed quia non audit monentem: audiet ⁊ punientem. quando vltimo clamabit in iudicio. Unde ait yſayas. xxviij. ¶ In loquela labij. ⁊ lingua altera loquar ad populum iſtum.

Sed notandũ ꝙ clamor fit quinq̄ de cauſis. Aut enim fit ad auerſos. Aut ad remotos. Aut ad ſurdos. Aut ad dormientes. Aut propter indignationem. Genus autem humanum auerſum fuit a deo. Unde dicitur zacharie. vij. ¶ Auerterunt ſcapulam ⁊ aurem ſuã aggrauauerunt ne audirent. ⁊ cor ſuum poſuerũt ut adamãtem ne audirent legem ⁊c̃.

Item valde remotuȝ erat. quia in regionem diſſimilitudinis abierat. Unde dicitur yſaie. xlvi ¶ Audite me duro corde qui longe eſtis a iuſticia Item ſurdum erat. Unde dicit̃ yſa. xlij ¶ Surdi audite.

Item dormiebat in morte. Unde voce magna clamauit quando lazarum ſuſcitauit. Eccleſiaſti. xxij. ¶ Qui narrat verbum non audienti quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno Item indignatõnem dei merebatur Unde dicitur yſaye. xxx. ¶ Labia eiꝰ repleta ſunt indignatione. Indignatio enim proprie eſt quando aliqua potens perſona iniuriam patitur ab exiguo ⁊ infirmo.

F

Tercio oſtendit vbi clamat cum ait. In deſerto.i.in hoc mundo a dei gr̄a derelicto. Et nota ꝙ mundus.i. mundi amatores deſertum dicunt̄. propter tria. Primo.ꝙ non habitantur a deo per graciam. Unde plebi iudeorum dicitur. Iſaie.xvij. Eris deſerta.ꝙ oblita es dei ſaluatoris tui ꝛ fortis adiutoris tui n̄ es recordata. Ozee.ix. Ve eis cū receſſero.ꝛc̄. Scd̄o propter ciborum penuriam. Unde dicunt diſcipuli domino. Mathei.xv. Unde nobis in deſerto panes. Non eñ inuenitur ibi frumentum diuini ſermonis. vinum cōpunctionis.oleum compaſſionis De quibus. Geneſis.xxvij. Det tibi deꝰ habundanciam frumenti vini ꝛ olei Item zacharie.ix. Quid bonum eſt ꝛ quid pulchruz niſi fructus electorum ꝛ vinum germinans virgines. ꝙ penitencia de meretrice virginem facit.

Tercio ꝑ venatorum animalium copiam. De quibus. Deuteronomij viij. Eductor tuus fui in ſolitudine magna atq̨ terribili in qua erat ſerpens flatū adducens.ſ.ſuperbia q̄ audurit omnia bona. Unde. Geneſis xli. Spice tenues ꝛ percuſſe vredie ꝛ ſcorpio qui blandus eſt in facie.ſꝫ cauda pungit occulte.ſ. luxuria que in principio videtur dulcis.ſed in fine ſentitur amara. Prouerbiorum. quinto. Nouiſſima illius amara q̄ſi abſinthium propter amaritudinem conſcieucie.ꝛ acuta quaſi gladius biceps propter dampnationem corporis ꝛ anime.dipſas que ꝛ ſtellio vel ſitula dicitur.ꝙ quem momorderit ſiti perit.ſ.auaricia que nunq̄ reple

G

tur pecunia. De hijs tribus.i. Joh. ij. Omne quod eſt in mundo concupiſcencia carnis eſt.ꝛ concupiſcencia oculorum ꝛ ſuperbia vite. Latet etiam in hoc deſerto beſtia ſeua dyabolus que cunctos deuorat peccatores Unde. Ozee.ij. Ponam eum in ſaltū ꝛ comedent eum beſtie agri

Quarto oſtendit quid clamet cuz ad dit. Dirigite viam domini. Uia fides eſt qua deus ad hominem venit ꝛ homo in deum tendit. Unde. Auguſtinus. Uenit homo ad deum credendo.obediendo.intuendo. capiendo. Deus venit ad hominem.ſubueniendo.illuminando.implendo. Hec via. Primo debet mundari per temperanciam.quia per ſordidam viam non graditur. Unde Pſalmiſta. Deus meus impolluta via eius. Unde beatus. Auguſtinus. Non venit in homines deus niſi viam fidei mundent anteq̄ veniat.

Scd̄o debet equari per fortitudinē vt illata mala vnanimiter tollerent̄ Prouerbiorum.xij. Fortitudo ſimplicis via domini.quia cum quis illata mala tollerat propter deum.deus venit exhibendo ſe ſibi ſocium.ꝛ conferendo auxilium. Unde pſalmiſta ait. Cum ipſo ſum in tribulatione eripiā eū.ꝛc̄. Ecce tria bona. Dat eñ auxiliū de tribulatione. eripit a temtatōe glorificat in reſurrectione q̄ſi eñ valliccioſa eſt via eleuari i proſperis.deprimi in aduerſis.ꝛ ꝑ illaz n̄ graditur deus de quo dicit.pſ̄. Sine iniquitate cucurri ꝛ direxi.ſ.alios ad currendum. Iſaie.lvij. veniat pax requieſcat in cubili ſuo qui ambulauit in directione ſua.

Tercio debet dirigi per iuſticiam q̄
eſt quaſi regula mentis humane. vt
via regia incedamus. non declinan-
tes ad dexteram ſiue ad ſiniſtram.
Ad dexteram declinat qui male vti-
tur proprijs. vel auare retinendo vł
male expendendo. Contra primum.
Jacobi. v. Agite nunc diuites. plo-
rate vlulantes in miſerijs veſtris q̄
aduenient vobis. diuicie veſtre pu-
treſcent. ⁊c̄. Bernardus. Utinam ſa-
peres ⁊ intelligeres miſer qui ⁊ the-
ſauro pecunie theſaurum vis parit̄
cumulari. Contra ſcd̄m. Luce. xiiij.
Cum facis prandium vel cenam no-
li vocare amicos neqꝫ fratres tuos.
neqꝫ cognatos. neqꝫ vicinos tuos di-
uites. ⁊c̄. Unde in vitas patrum le-
gitur ꝙ quidaꝫ de fratribus cui di-
miſſa erat hereditas. interrogauit ab-
batem quid facturus eſſet ex ea. cui
reſpondit. quid dicam tibi frater. ſi
dixero da eam in eccleſiam. clerici ſi-
bi ex ea faciunt conuiuia. Si autem
dixero. da eam parentibus tuis non
eſt tibi merces. Si autem dixero da
eam pauperibus: ſecurus eris Unde
Pſalmiſta. Diſperſit dedit pauperibꝰ
iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi
Bernardus. Bona recompenſatio
iuſticie pro pecunia qn̄ pro eo quod
teneri non poterat reſtitutum eſt ei
quod feliciter manet ineternum. me-
lius em̄ eſt incomparabiliter iuſticia
q̄ꝫ pecunia q̄ꝫ illa ditat ⁊ replet. hec a-
nimam ad ſiniſtram declinat. qui nō
contentus proprijs iuſtat alienis vel
per vſuram vel per rapinaꝫ. vel per
violenciam vel per fraudem. Cōtra
quod Abacuck. ij. Ue em̄ illi qui mł-
tiplicat non ſua vſquequo aggrauat
contra ſe denſum lutum. Denſum lu-
tum aggrauare. eſt terrena lucra cū
pondere peccati cumulare. Auguſti-
nus. Si in ignem mittitur qui non
dedit propria. vbi putas mittendus
eſt qui inuaſit aliena. Per hec diuer-
ticula non graditur deus qui dicit.
Prouerbiorum. viij. In vijs iuſtici-
e ambulabo

Quarto dꝫ ornari per prudenciam.
Prouerbiorū. iij. Uie eius vie pul-
chre. Inde eſt ꝙ in ſolempnitatibus
templa manufacta ornantur. vt ma-
gnus ſacerdos cum proceſſione introe-
at. Ita ⁊ tu adorna mentis thalamū
vt eternus ſacerdos introeat ad te cū
plenitudine graciarum.

Has quatuor preparationes facimꝰ
in quatuor dominicis de aduentu.
vt in die natiuitatis accipiamus do-
minum cum honore. In prima
dn̄ica via fit munda per temperanci-
am ſicut apoſtolus ait. Non in com-
meſſationibus. i. luxurioſis cōuiuijs
⁊ ebrietatibus. ſ. immoderatis pota-
tionibus. non in cubilibus. ſ. in pigri-
cia. ⁊ impudicicijs. i. in luxuria
In ſcd̄a fit equa per fortitudinem.
vn̄ hortamur in epiſtola vt per paci-
enciā ⁊ cōſolationem ſcripturarum
ſpeꝫ habeamus

Quinto q̄ꝫ grauiora ꝓpter deuꝫ per-
tulit tanto ſpes in deum ſolidior ſur-
git. In tercia. ſ. in hac dn̄ica fit re-
cta propter iuſticiaꝫ. ſicut in euange-
lio ammonetur. Juſticia vero parit
gaudium. ſicut ait. pſalmiſta. Gaude-
te iuſti in dn̄o. ⁊ ob hoc ad gaudiuꝫ
in epiſtola prouocamur In quar-
ta dn̄ica fit ornata per prudenciam
ꝓpter quod nominamur in epiſtola

A

miniſtri dei. vt de ornatu ſimus ſol
liciti. ⁊ ſic digne ſuſcipimus natiuita
tem criſti.

Eodem die
Sermo ſextus.

PReparа te o iſrabel
in occurſuȝ domini dei tui.
Amos. iiij. In hijs verbis
nos hortatur propheta ad ſuſcipien
dam regis noſtri natiuitatem. Vnd̄
in eccleſia eiſdem verbis adhortans
in inuitatorio ait Ecce venit rex oc-
curramus obuiam ſaluatori noſtro.
Et primo oſtendit collata beneficia
cum dicit. O iſrabel. Scd̄o horta
tur ad repetenda ſeruicia. cum ſubiū
git. Prepara te in occurſum dn̄i. ⁊c.
Beneficia iſta ſunt duo. Cognitiōis
⁊ amoris. quod in hoc nomine iſra-
hel deſignatur. Interpretatur enim
vir videns deum. vel directus cum
deo. videmus nanqꝫ ⁊ cognoſcimus
deum in preſenti per fidem. quāuis
per ſpeculum ⁊ in enigmate. ſed i fu
turo videbimus eum per ſpeciem. ſ.
facie ad faciem. non parum contuliſ
ſe videtur. ꝙ intellectum noſtrum il
luminauit. ſeipſum nobis manifeſta
uit. non fecit taliter omni nationi
Tria nobis manifeſtauit in ſe. ſ. ma-
gnitudinem potencie in rerum crea
tionem. maieſtatem ſapiencie in earū
dem diſpoſitionem. habundanciam
benignitatis ⁊ miſericordie In natu
ram humanitatis aſſumpte. Ibi ap-
paruit benignitas ⁊ humāitas ſalua
toris noſtri dei. Iudeis innotuerat
omnipotencia. in magnitudine ſigno
rum ⁊ prodigiorum per nomen eiꝰ
Philoſophis innotuit ſapiencia i ſpe

B

culatione mundanorum. ꝙ ſicut dici
tur. Eccleſiaſtici. iij Mundum tradi
dit diſputationi eorum. Sed ſolis
criſtianis innotuit benignitas miſeri
cordie in aſſumptione humane natu
re. Hanc non cognſcit iudeus. nec in
telligit philoſophus. ſed ſolummō
criſtianus. ⁊ ob hoc merito dicitur
iſrahel. i. vir videns deum. vel dire
ctus cum deo. Dirigimur autē cuȝ
deo per caritatem. ipſe tn̄ prior dile
xit nos. vt ad diligendum ſe prouo-
caret nos. Vnde Bernardus habe
o dilectionis dulcedinis pignꝰ ſpiri
tum. ſ. habeo teſtem fidelem ihesum
⁊ hunc crucifixum. O geminum di-
uini amoris argumentum erga nos
criſtus moritur ⁊ meretur amari.
Spiritus afficit ⁊ facit mori Ille fa
cit vt ametur iſte vt ametur ab illo.
igitur caritatꝭ occaſio ab iſto affectō
Quanta confuſio dei filium ingra-
tis oculis carnem morientem quod
quidem facile contingit ſi ſpūs deſit
paruȝ ne tibi dediſſe videtur. quod
affectum noſtrum ſic accendit. ꝙ ſe
ipſum nobis tam amicum fecit. Si
quis non amat dn̄m nr̄m ihesuȝ cri
ſtū ſit anathēa. maranatha. dic̄ apo-
ſtolꝰ. i. Corith. vltio. maranatha. i. ꝙ
dominus venit. ⁊ eſt ſenſus. qui non
amat xp̄m ſit excōmunicatus ⁊ aduē
tum eius vt ſeparetur ab eo. ⁊ a triū
phanti eccleſia ſeparatiōe perpetua.
Amandus eſt autem maxime ꝓpter
tria. ſ. ꝓpter creationem. recreatiōem.
⁊ glorificationem. Primo ꝓpter
creationem. ꝙ dedit nobis corpus ⁊
ſenſum cum miniſtrat cibū quo ſubſi
ſtat. ſolem vt videat. aerem vnde ſpi
rare valeat. Dedit quoqꝫ animam

cum viribus.ſ.potenciam diſcernen
di inter bonum ⁊ malum.appetitum
boni ⁊ odium mali.
¶ Scdo propter recreationem.quia d
dit nobis filium ſuum. quid maiꝰ
vel melius dari nobis potuit. Unde
Jacobi.iij Sic deus dilexit mūdū
vt filium ſuum vnigenitum daret.
Dedit autem illū nobis ad quatuor
vt nos illuminaret deo iuſtificaret
a peccato.ſanctificaret ab immūdici
a.redimeret a diabolo. Unde.i.Co-
rinthiorum.i. Qui factus eſt nobis
a deo. Sapiencia. iuſticia. ſanctifica
tio ⁊ redemptio. Ecce qualit̄ nobis
omnia cum illo donauit.⁊ de pleni-
tudine eius accepimus vniuerſi.cecꝰ
lucem.peccator iuſtificationem. im
mundus ſanctificationem. captiuus
redemptionem
¶ Tercio propter glorificationem. qꝛ
videbimus.diligemus.laudabimus
eum. Unde Pſalmiſta. Ad videndū
in bonitate electorum tuorum. Ad
letandum.ꝛc. Ibi fulgebunt corpo
ra ſicut ſol. Unde Auguſtinus. Qua
lis erit tunc ſplendor animaruꝫ quā
do claritatem ſolis habebit corporuꝫ
lux. Beneficia creationionis ſen
tit iudeus ⁊ paganus. Sed benefici
a redemptionis ⁊ glorificationis ſo
lummodo criſtianus.⁊ ideo non eſt
mirum ſi ſagittis incuciatur.vulne-
ret̄ amore.vt qui plus accipit plꝰ
diligat. In hoc cum deo dirigimur
vt eum qui nos plus q̄p ſe dilexit plꝰ
q̄p nos ipſos diligamus.⁊ tante dile
ctionis ⁊ dignationis vicem animo
quo poſſumus rependamus. Canti-
corum.i. Recti diligunt te..⁊ ideo
merito dicimur iſrabel.i.directi cuꝫ
deo.
¶ Sequitur videre qualia obſequia
pro tantis beneficijs rependere de
beamus.quod oſtendit propheta di
cens. Prepara te in occurſum domi
ni dei tui.ꝛc. Ad duo nos monet
ſcꝫ ad preparationem ⁊ ad obuiatio-
nem. Debemus nos preparare.
quia venit in domum noſtram
Debemus obuiare ei quia ſtat ad ia
nuam. Preparari autem debemus
ad tria.ſ.ad mundiciam.ornatum.⁊
ad compoſitionem. vt mundemꝰ do
mum.ornemus ⁊ thalamum. prop
am familiam componamus
¶ Primo autem debes mundare do-
mum cordis a ſordibus peccatorum
quod fetat quaſi ſtabulum demonū
orans cum pſalmiſta. Cor mundum
creauit in me deus.ꝛc. Ad hoc vero
adhibendum eſt foſſorium doloris
vt frangas glebas inueterate conſue
tudinis. Ozee.x. Confringet ſulcos
Jacob.i.dolor de peccatis qui ſuppla̅
tat oia vicia. Deinde adhibe ventila
brū ꝯfeſſionis. vt reicias de conſcien
cia fetorem ois abhoiationis. Pſal
bo virtutis ſue. id eſt ſolo imperio ⁊
ſine labore. Nam cum omnia ſint ex
nihilo cito redigerentur in nihilum
niſi virtute diuina conſeruarentur.
Portat autem tribus modis / Pri
mo in eſſe conſeruando Scd̄o mo
tus eorum gubernando ⁊ dirigēdo.
Tercio naturam ex eis propagando
Sunt enim tria genera operum dei
ſcz Creationis Diſpoſitionis. ⁊ Orna
tus. Opere creationis creauit omnia
in materia. vñ Eccleſiaſtici. xviij.
¶ Qui viuit ineternum creauit om
nia ſimul. Opere diſtinctionis diſtin
xit alementa ſpeciebus ⁊ formis ſuis
Opere ornatus ornauit omnia ani-
malia. Quantum ad primum opus
conſeruat omnia in eſſe. Quantū ad
ſcd̄m gubernat ⁊ dirigit motus eoꝝ
Quantum ad tercium conſeruat ea
que ſunt ſibi inuicem ſuccedencia ꝓ
pagando. Unde Sapiencie. xi
Quo mō poſſet aliquid permanere
niſi tu voluiſſes. Propter hoc fact9
eſt pugil noſter. Unde Judicum. vi
¶ Uade in hac fortitudine tua ⁊ li
berabis iſrahel. Pſalmiſta ¶ Feciſti
iudicium meum. ⁊ cauſam meam. q̄
in campo dyaboluz proſtrauit ⁊ cau
ſam hominis iuſtam eſſe probauit.
Sexto ꝯmendat euz a mundicia. cū
ait. Purgationem peccatorū faciens
Quis peccata melius tolleret q̄ ille
in quem non cadit peccatū. Jſte ſine
dubio me lauare poteſt quem ꝯſtat
immundum non eſſe. Mundicia eius
pz in tribus // Primo q̄ nullis ſor
dibus inquinari pt. ſic nec radi9 ſol
ſordib9 corporeis. vñ Sapiēcie. vij

¶ Nihil inquantum in illam incur
rit. // Scđo. ꝙ ipſe ſolus peccatum
deſtruit tanꝙ ſuum. vñ Jſaie. xliij
¶ Ego ſuȝ qui deleo iniquitates tu
as. quaſi diceret nõ aliꝰ // Tercio. ꝙ
habitationem inmundam refugit
Unde Sapiencie. i. ¶ Jn maliuolaȝ
animam non intrabit ſapiencia. nec
habitabit ĩ corđ ſubdito peccato. Et
ideo valde peccat inmundus. qui ſa
cramentũ mundicie preſumit recipe
re. Propter graciam mundicie veit
nobis miniſtrare. Unde ait Mathei
xx. ¶ Non veni miniſtrari. ſed mini
ſtrare. Miniſtrat autem nobis tanꝙ
ſuis conuiuis // Primo aquã ↄpun
ctionis in ablutione manuũ ideſt o-
perum noſtrorũ. vt ait. Ezechielis
xxxvi. ¶ Effundam ſuper vos aq̃m
mundam ⁊ mundabimini ab omni
bus inquinamẽtis veſtris ¶ Scđo
apponit nobis panem in menſa alta-
ris De quo ait Johannis. v. ¶ Si
quis manducauerit ex hoc pane vi-
uet ineternum. // Tercio miniſtrat
nobis delicias eterne iocunditatis
Vñ Luce. ij. ¶ Tranſiens miniſtra
bit illis // Septimo ↄmendat eum
ab honore. cum dicit. Sedet ad dex
teram maieſtatis in excelſis. i. in poti
oribus bonis. Auguſtinus Membra
vnigeniti perducit pater ad angelo
rum equalitatem. carnem vero vni-
geniti ſui ſuper excellenciã cuiuſlibȝ
angeli. cum ſit vna pſona carnis ⁊
verbi. Vñ pſalmiſta. ¶ Gloria ⁊ ho
nore coronaſti eũ dñe. Gloria coro-
natus eſt in reſurrectione propter
glorioſe reſurrectionis acceleratiõe
honore in aſcenſione ꝓpter equalita-
tis potencie delectationem Propter
hanc gloriam ⁊ honorem factus eſt
rex ⁊ dominus noſter. Magnũ gau-
dium debemus habere ꝙ tanto do
mino ſeruimus cui ſeruire regnare
eſt. vñ in iudicio velut enumeratas
vocabit fideles ſuos ad regnuȝ. Ma
thei. xxv. ¶ Venite benedicti patris
mei. ⁊c̃.

¶ Ad Tytum Jn gallicantu.

Kariſſime Apparuit
gracia dei ſaluatoris noſtri
omnibus hominibus eru-
diens nos vt abnegantes impietateȝ
⁊ ſecularia deſideria ſobrie ⁊ iuſte ⁊
pie viuamus in hoc ſeculo. expectan
tes beatam ſpem ⁊ aduentum glorie
magni dei ⁊ ſaluatoris nr̃i iheſu xp̃i
qui dedit ſemetipſum pro nobis. vt
nos redimeret ab omni iniquitate ⁊
mundaret ſibi populum acceptabilẽ
ſectarorem bonorum operum. Hec
loquere ⁊ hortare ĩ xp̃o iheſu domi
no noſtro

¶ Euangelium Luce. ij.

In illo tempore exiit edictũ
a ceſare auguſto. vt deſcriberetꝰ vni-
uerſus orbis. Hec deſcriptio prima
facta eſt a preſide ſyrie cyrino. // Et
ibant omnes vt profiterentꝰ ſinguli
in ciuitatem ſuã. Aſcendit auteȝ ⁊ io
ſeph a galilea de ciuitate Nazareth ĩ
iudeam ciuitatem dauid que vocatꝰ
Bethleem. eo ꝙ eſſet de domo ⁊ fa
milia dauid. vt profiteretur cuȝ ma
ria deſponſata ſibi vxore pregnante.
Factũ eſt aũt cũ eſſent ibi. impleti
ſunt dies vt pareret ⁊ peperit fili-
um ſuum primogenitum. ¶ Et

A

pannis eum inuoluit ⁊ reclinauit e
um in preſepio. quia non erat ei loc9
in diuerſorio. Et paſtores erant in
regione eadem vigilantes ⁊ cuſtodi
entes vigilias noctis ſuper gregem
ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit
iuxta illos. ⁊ claritas dei circumful-
ſit illos. ⁊ timuerunt timore magno
Et dixit illis angelus Nolite timere
Ecce enim euangeliſo vobis gaudi
um magnum quod erit omni popu-
lo. ꝙ natus eſt vobis hodie ſaluator
qui eſt criſtus dominus in ciuitate
dauid. ⁊ hoc vobis ſignum Inuenie
tis infantem pannis inuolutū ⁊ poſi
tum in preſepio. ⁊ ſubito facta eſt cū
āgelo multitudo milicie celeſtis lau
dancium deum ⁊ dicencium Gloria
in altiſſimis deo. ⁊ i terra pax homi
nibus bone voluntatis.

De euangelio.
Sermo duodecimus

Exiit edictum a ceſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. In hoc
euangelio intendit nobis declarare
euangeliſta tempus ⁊ locum domi
nice natiuitatis. Tempus declarat a
tribus. Primo a perſona principis
rei publice. ꝙ nat9 eſt tempore octa
uiani auguſti. xlij. anno i mperij ei9
⁊ hoc propter conueniencia m rei. vt
per vniuerſalem iuriſdictionem au
guſti deſignaretur vniuerſale domi
nium criſti. vn̄ pſalmiſta Domina
bitur a mare vſqȝ ad mare. ⁊c. Item
ſicut ille auxit romanam reȝ publicā
Sic ⁊ criſtus eccleſiam. Specialiter

B

autem quatuor augmentauit eccle
Primo graciam diuini amoris. De
quo Luce. xxij. Ignem veni mitte
re in terram
Scd̄o veritatem dominice cognitio
nis. De qua Yſaie. xl. Repleta eſt
terra ſciencia domini ſicut aqua ma
ris operientis ⁊ comparatur aque
ſalſe. ꝙ ſenſualitatem amarificat. vn̄
Apocalipſis. x. Accipe libruȝ ⁊ de
uora illuȝ. ⁊ facies amaricari vētreȝ
tuum. Primo ſiquidem notus erat
tm̄ in iudea deus Nunc autem ſicut
ait Malachie. i. A ſolis ortu vſqȝ ad
occaſū magnū nomen eius in gētib9
Tercio meritum bone operationis
quod influit membris a capite. De
quo Coloceſes. i. Adimpleo ea q̄
deſunt paſſionuȝ criſti in carne mea
Ubi dicit. Bernhardus. Quod ex
me mihi deeſt vſurpo mihi de viſce
rib9 domini. qm̄ miſericordia afflu
unt. nec deſunt foramina per que ef
fluant. foderunt enim manus eius
⁊ pedes eius. latuſqȝ lancea forane-
runt. Per has rimas licet mihi ſuge
re mel de petra. oleumqȝ de ſaxo du
riſſimo
Quarto premiuȝ eterne beatitudis
De quo Jacobi. i. Uidebitis celos
aſcendere ⁊ deſcendere ſupra filios
hominum. Aſcendunt delectatiois
experiencia. Deſcendunt ſubiectiois
reuerencia. Hoc enim eſt humani ge
neris excellencia ſingularis ꝙ homo
videt hominem ſuper omnes ange
lorum ordines exaltatum.
Scd̄o declarat tempus a negocō rei
geſte. ꝙ natus eſt tempore deſcriptō
nis. Miſit enim. Auguſtus pre
ſides per vniuerſas regiones. que

C

omnes de ſingulis ciuitatibus ⁊ villis ⁊ opidis ad ſuam preſentiam conuocarent. ⁊ vnuſquiſqȝ pro capite ſuo ſolueret nummum argenteum. ⁊ ſic profiteretur ſe romano imperio ſubditum. nomen quoqȝ vniuſcuiuſqȝ accepta pecunia ſcribebatur. ⁊ poſtea ratione delata coram auguſto recitabatur: ut ſic comprehendere poſſet quantus foret numerus regionum. ⁊ per hoc ſciret numerū ciuitatū ⁊ per ciuitates numeruȝ perſonarum. In quo ſignabatur ꝙ ille naſcebatur hoc tempore qui electos aſſcriberet in eternitate. Quatuor autē modis xpriſtus aſſcribit electos.

Primo per eternam predeſtinationē. Unde yſaye. iiij. ¶ Sanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in iheruſalem. Luce. x. ¶ Gaudete. quia nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. ⁊ noticia veſtra a deo probata ⁊ ꝯfirmata

Scḋo electos per vocatōem. Nā ꝗs ab eterno ad grām preelegit: hos vocat ad fidē adducēdo: exterius per predicatōeȝ. vel interius per inſpiratōeȝ Gala. i. ¶ Cum autē placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris mee: ⁊ vocauit per gratiā ſuam ⁊c.

Tercio per gratie infuſionem. ꝙ tūc lucem gratiarum ⁊ donorum digito dei deſcribebat in anima. Unde. ij. corinth. iij. ¶ Epiſtola eſtis xp̄i ſcripta nō atramento: ſed ſpiritu dei viui. nō in tabulis lapideis: ſed in tabulis cordis carnalibus. Ihere. xxxi. ¶ Dabo legem meā in viſceribus eorum. ⁊ in corde eorū ſcribam eam.

Quarto per glorificationem. Unde apoca. iij. ¶ Scribam ſuper eum nomen meū. videlicet ut a deo vocetur

D

filius dei. ⁊ a ſaluatore ſaluatus. ⁊ nomen ciuitatis noue iheruſalem ut dicatur pacificus. De hijs quatuor ad Roma. viij. ¶ Quos predeſtinauit: hos ⁊ vocauit. hos ⁊ iuſtificauit ꝗs autem iuſtificauit: illos ⁊ magnificauit ⁊c.

Tercio declarat tempus a qualitate collate gratie quia natus eſt tempore pacis. quod notatur cum dicitur ¶ ⁊ ibant omnes ut ꝓfiterentur ſinguli in ciuitatem ſuam. Ante aduentum xpriſti mortuo alexādro: qui monarcha fuerat orientis: ſucceſſores eius ceperunt ſe ad inuicem oppugnare. ita ꝙ non erat tranſitus de regione i regioneȝ. ſed duodecim annis circa natiuitatem domini fuit pax in vniuerſa terra vt ad litteram videtur impletum illud yſaye. ij. ¶ Conflabunt gladios ſuos in vomeres ⁊ lanceas ſuas in falces. ſm ꝙ predixerat pſal. ¶ Orietur in diebus eius iuſticia ⁊ abundantia pacis. Ex poeta. Cuȝ deo pax iſta venit. Voluit autem naſci tempore pacis ꝓpter tria.

Primo ut innueret ſe pacis auctorē. Fecit namqȝ triplicem pacem. Inter deum ⁊ hoiem. vnde dicitur. rex pacificus. Inter hoiem ⁊ hominem. vnde dicitur. lapis angularis. Inter carnem ⁊ ſpirituȝ. vnde dicitur emanuel.

Secūdo ut innueret ſe pacis amatorem: quam vſqȝ ad mortem ſectatus eſt. Unde pſalmiſta ¶ In pace factus eſt locus eius.

Tercio ut viam veritatis predicatoribus prepararet. Unde yſa. ix. ¶ Erit via reſidua populo meo. ſciliȝ apoſtolis. ſicut fuit iſrahel in die qua aſcen

dit iſrahel de terra egipti. Locum
dominice natiuitatis declarat cuꝫ ait
Aſcēdit aūt ⁊ ioſeph a galilea de ciui
tate nazareth ī iudeā ciuitatē dauid.
Ponit autē circa declarationem loci
tria. ſ. ciuitatem. domū ⁊ reclinatoriū
Ciuitas fuit bethleē: que interpreta
tur domus panis viui qui de celo de
ſcendit. Et nota ꝙ xp̄us natus eſt in
bethleē. nutritus in nazareth. mortu
us in iheruſalem: ad deſignandū ꝙ
quiſquis fidelis naſcit̄ in ſtatu pn̄ie
nutrit̄ in ſtatu iuſticie. morit̄ in ſta
tu ɔtemplatōis eterne. Status pn̄ie
notat̄ per bethleē. interpretatur eñ
ut dictū eſt domus panis. i. lacrima
rum. De quo pſal. Cibabis nos pa
ne lacrimaꝝ. ⁊c. Fuerunt mihi lacri
me mee panes die ac nocte. ⁊ Beati
qui eſuriūt panē iſtum. qm̄ ipſi ſatu
rabunt̄. Status iuſticie notat̄ per na
zareth. interpretat̄ eñ flos ꝓpter flo
rigeram ɔſciam de qua cant. ij. Le
ctulus nr̄ floridus. Status ɔtempla
tionis notat̄ per iheruſalem: que int̄
pretatur viſio pacis. ꝙ ɔtemplatiuus
remotus a temporaliū curis ⁊ intēt9
paci eternitatis morit̄ huic ſeculo: ⁊
viuit ſoli deo. Unde colo. iij. Mor
tui eſtis: ⁊ vita veſtra abſcondita ē cū
xp̄o in deo. Domus natiuitatis fu
it diuerſoriū. ſ. platea vacua inter du
os muros hn̄s introitū ⁊ exitū ad v
trumqꝫ muꝝ ⁊ erat ꝓpter intemperiē
aeris cooperta: ut in feſtiuis diebus
ibi ɔuenirent ad ɔfabulandū. Dr̄ ⁊
diuerſoriū dicit̄ eo ꝙ in diuerſi habe
ant. vel ꝙ diuerſa hēat orificia. Et
dicit criſo. ꝙ ꝓpter multitudinē eorū
qui ɔuenerāt cā faciende ꝓfeſſionis:
nō inuenerūt ibi domū hoſpitalē ſed

nocte illa manſerunt in diuerſorio ⁊
ibi peperit beata virgo. ⁊ editum pu
erum in preſepio reclinauit. In diuer
ſorio aūt naſcitur xp̄us. i. in via: quo
niam ad hoc venit in mundū ut fie
ret via nobis ad paradiſum. Un̄ ait
ioh. xiiij. Ego ſum via ⁊c. Item vt
doceat nos in hoc mundo diuerſori
a querere: nō palacia fabricare. Un
de p̄hs. Cōmorandi nobis natura di
uerſoriū nō hītandi dedit. Iſa. v. Ve
qui ɔiungitis domū ad domum ⁊c.
Reclinatoriū pueri fuit preſepiū vi
le ⁊ luteū. Unde ⁊ reclinauit eum in
preſepio. vbi dicit criſo. O ſi mihi li
ceret illō preſepe videre: in quo dn̄s
iacuit. nūc nos xp̄iani quaſi ꝓ hono
re tulim9 luteū. ⁊ poſuim9 argentuꝫ.
ſed nihil precioſi9 illo eſt q̄ oblatuꝫ ē
argentum ⁊ auꝝ. miretur gentilitas.
xp̄iana fides miret̄ luteū illud pre
ſepe. Qui in iſto preſepe natus ē auꝝ
ɔdemnat ⁊ argentū. nō ɔdemno eos
qui honoris cauſa fecerūt. neqꝫ illos
ɔdemno qui in templo fecerūt vaſa
aurea ſed ammiror dn̄m qui creator
eſt mundi ut inter auꝝ ⁊ argentū na
ſci noluit. poſitus ꝗ̄ eſt ſuper fenū. ⁊
inter bouem ⁊ aſinū: quos forte Io
ſeph duxerat ſecū bouē ad vendendū
aſinū ad vehendū ſponſam pregnan
tem. iuxta vaticiniū yſa. Cognouit
bos poſſeſſorē ſuū ⁊ aſin9 preſepe dn̄i
ſui. ꝙ ꝓ reuerentia xp̄i abſtinuiſſe di
cunt̄ a feno. In quo ɔfunditur im
modeſtia hoīs qui nō abſtiꝫ a dele
ctatōe tp̄alium ꝓpter xp̄m. Unde ſeq
tur. Iſrahel aūt non cognouit me. i.
hō rōnalis: immo poti9 me de corde
ſuo expellit: ut in feno temporalium
delectetur. Fenū illō a beata helena

rome dicitur fuiſſe delatum. ⁊ nunc
in eccleſia ſancte marie maioris depo
ſitū. vbi etiā honorius papa cunas
xp̄i depoſuit. ut oīa inſignia diuine
infantie ibi honore debito veneren
tur. Preſepiū xp̄i deſignat eccleſiam.
Unde iob. xxxix. ¶ Nunquid volet
rinoceros. i. populus gentilis ſeruire
tibi: aut morabitur ad preſepe tuū.
Fenū eſt ſacra ſcriptura. Unde iob
vi. ¶ Nunquid rugiet onager cū ha
buerit herbā. aut mugiet bos cū an
te preſepe plenū ſteterit. quaſi dicerꝫ
Mugit bos cū preſepe vacuū cernit.
ſi tu homo cur rugis ut onager. mu
gis ut bos in deſiderio reꝝ tempora
lium. in appetitu carnalium volupta
tum: que venena ſunt animaꝝ: cū do
minus ſalubri feno repleuerit appe
titius frumēti. vini. ⁊ olei. ⁊ preſepia
iumentoꝝ in iheruſalem. i. in eccleſia
ſunt perſtillatiua frumenti. vini. ⁊ o
lei: per que intelligitur doctria ſacre
ſcripture. que ſicut panis corroborat
ſicut vinum letificat ſicut oleum exhi
larat conſcientiā hominis. Hec eadē
ſunt preſepia iumentoꝝ. i. manſueto
rum animaliū. De quibus pſal. ¶ A
nimalia tua inhabitabūt in hoc pre
ſepe. ſuper hoc feno inuenitur ⁊ ado
ratur xpriſtus qui eſt benedictus in
ſecula. Amen.

¶ In die ſancto. in aurora.
Epiſtola. Ad titum. iij.

Kariſſime. Apparuit
benignitas ⁊ humanitas ſal
uatoris noſtri dei. nō ex operibus iu
ſticie que fecimus nos: ſed ſm ſuam
miſericordiā ſaluos nos fecit. per la
uachrum regenerationis ⁊ renouati
onis ſpiritus ſancti quem effudit in
nos abunde per ihesum xp̄um ſalua
torem noſtꝝ: ut iuſtificati gratia ipſi
us heredes ſimus ſm ſpem vite eter
ne. In xp̄o ihesu domino noſtro.

¶ Euangelium. Luce. ij.

In illo tempore. Paſtores
loquebantur ad inuicem. tranſeamꝰ
vſqꝫ bethleem: ⁊ videamꝰ hoc verbū
quod factum eſt qđ dominus oſten
dit nobis. Et venerūt feſtinantes: et
inuenerūt mariam ⁊ ioſeph ⁊ infan
tem poſitū in preſepio. Videntes au
tem cognouerunt de verbo quod di
ctum erat illis de puero hoc. Et om
nes qui audierāt ammirati ſunt. ⁊ đ
hijs que dicta erant a paſtoribꝰ ad
ipſos. Maria autem ꝯſeruabat omīa
verba hec cōferens in corde ſuo. Et
reuerſi ſunt paſtores glorificantes ⁊
laudantes deum in omnibꝰ que au
dierant ⁊ viderant. ſicut dictum eſt
ad illos.

¶ Sermo decimuſtercius.

Annuncio vobis gau
dium magnum quod erit
omni populo ⁊c. Miruꝫ vi
detᷣ ꝙ natiuitas xp̄i nō regibus: ſed
paſtoribꝰ nunciatᷣ: ſed ſalua ſubtilio
ris intelligentie maieſtate: quinqꝫ in
hoc ꝯſiderare poſſumus rōes.
Prima eſt ꝓpter paupertatē rei tēpo
ralis. ꝙ pauperes erant. ⁊ ꝓpter pau
peres venit xp̄s in mundū. quoꝝ eſt
regnū celoꝝ. Iſa. lxi. ¶ Ad euāgelizā
dum pauperibꝰ miſit me.

B

Secunda eſt ꝓpter ſollicitudinem la
boris. iuxta illud ¶ Paſtores erãt vi
gilantes ⁊ cuſtodiẽtes vigilias noctis
ſuper gregẽ ſuum. vbi dicit bernar.
Agnoſcant hoĩes quantũ placeat ſu
pernis ciuibus labor illi9 cuius ſpũ
alis iucẽdũ eſt. qñ quidem ⁊ eos qui
ꝓ victu corporis corporali vrgẽte ne
ceſſitate laborant: ſic dignant̃ alloqui
angelis colloquio tam felici.

¶ Tercia eſt ꝓpter innocentiã ↄuerſati
onis. qꝛ vita paſtoralis remota eſt a
voluptate carnali. Iſa. xxviij ¶ Quẽ
docebit ſcientiã. ⁊ quẽ intelligere fa
ciet auditũ ablactatos a lacte praue
delectatõnis. auulſos ab vberib9 mũ
di ⁊ carnis.

¶ Quarta ratio eſt ꝓpter ſimplicitatem
teſtificationis ut nõ peruerterẽt ver
bum. nec mutarent auditũ. Prouer
bio. iij. ¶ Cũ ſimplicibus ſermocina
tio eius. Vñ beatus maximus ¶ Gra
tiam xp̃i ante meruit ſcire innocenti
a q̃ poteſtas ⁊ prius cognoſcere veri
tatem ſimplex ruſticatio: q̃ ſuperba
dominatio.

¶ Quinta ⁊ vltima ratio eſt in ſignum
dignitatis eccleſiaſtice prelatõis. Vn
de glo. Illi pre ceteris ſublimia audi
re merẽtur qui fidelib9 ſollicite pre
ſũt. Vnde dicit ihere. xxxiij. ¶ Clama
ad me ⁊ exaudiam te: ⁊ annũciabo ti
bi gaudia. ¶ Nunciat autẽ angelus
quinq̃. ſ. gaudiũ. quantitatẽ gaudij.
cauſam. tempus ⁊ locum.

Gaudium nunciat̃ cum ait ¶ Annũ
cio vobis gaudiũ. Ex quo prim9 ho
mo exulauit a paradiſo nõ potuit ſen
tire gaudiũ in hoc mundo. Frueba
tur namq̃ gaudio dum eſſet in deli
cijs. dum frueretur eſu ligni vite. ſed

C

eiectus inde vocauit vxorem ſuam e
uam: qđ nomen compoſitum ẽ ex tri
bus interiectionibus plangẽtis: ſiue
dolentis: innuẽs naſcituros ex ea tri
plici ve ſubiacere. Unde quidaꝫ. Ue
mihi naſcenti. ve nato. ve morienti.
Ue mihi ꝙ ſine ve nõ viuit fili9 eue
Apoca. viij ¶ Ue. ve. ve habitantib9
terram. Nõ ergo potuit homo gau
dium ſentire vſq̃ ad tẽpus gratie.
Unde cum angelus thobie diceret.
Gaudium tibi ſempẽ ſit. ipſe reſpõ
dit. Quale gaudium erit mihi qui i
tenebris ſedeo: ⁊ lumen celi nõ video
Lumẽ celi quod patres deſiderabãt
videre eſt ſol iuſticie xp̃s de9 noſter
De quo eccleſiaſtici. xi ¶ Dulce lumẽ
⁊ delectabile oculis videre ſolem. qꝛ
viſio xp̃i eſt dulcedo affectus. ⁊ dele
ctatio intellectus. Corpus ſolare di
cit̃ factum de nube lucida. ſic ⁊ cor
pus xp̃i de carne virginea. Dicit̃ au
tem ſol eo ꝙ ſolus luceat. qꝛ xp̃iſtus
ſolus mentes illuminat. Unde iohã
nis. i. ¶ Erat lux vera que illuminat
omnem hoĩem venientem in hunc
mundũ. qꝛ quicunq̃ illuminat̃ non
niſi ab ipſo illuminatur. ¶ Quanti
tas gaudij nunciatur cum dicit. ma
gnum. Uere magnũ eſt gaudiuꝫ ho
diernum quod replet celum ⁊ terrã.
Iuxta illud pſal. ¶ Letent̃ celi: ⁊ ex
ultet terra ante faciem domini quia
venit. ſpargitur in vniuerſo mundo:
ut gaudium ſit omni populo. In na
tiuitate iohannis baptiſte factuꝫ eſt
gaudium: ſed non magnum. gauiſi
ſunt multi: ſed non omnes populi.
Unde dictum eſt. In natiuitate ei9
multi gaudebunt. Nunc autẽ dicit
ꝙ gaudium magnuꝫ hoc erit omni

In auroā natſ

D

populo. Huic dies non ſufficit ſed to
ta nox in gaudijs occupatur. ut nox
ſicut dies illuminaretur: in qua lux
noua fulſit de celo. nunꝙ niſi in hac
nocte miſſa cantatur. ⁊ ter cantatᷣ ꝓp
ter triplex gaudium. In nocte ꝓpter
gaudium angeloꝝ. In aurora ꝓpter
gaudium paſtoꝝ. In luce clara id ē
in tercia hora propter gaudium gen
tilium ad fidem trinitatis venientiū
In cuius typum tres reges gentiuꝫ
primo venerunt adorare dominum
Unde dominus loquitᷣ iob. xxxviij.
¶ Ubi eras cuꝫ me laudarent ſimul
aſtra matutina. i. angelorum chori i
natiuitate mea. De quibus dicitur.
Facta eſt cū angelo multitudo celeſ-
tis exercitus. ⁊ iubilarēt omnes filij
dei. id eſt paſtores ⁊ alij electi. De q̄
bus dicit ¶ reuerſi ſunt paſtores glo
rificantes ⁊ laudantes dominuꝫ ⁊c̄.
Triplex gaudium contulit nobis cri
ſtus. Uiſitatōnis in natiuitate Redē
ptionis in reſurrectione. ⁊ ſublima-
tionis in aſcenſione. Primum eſt
magnum. Secundū maius. Terciū
eſt maximum. De quibus Luce. ꝑ.
¶ Benedictus dominus deus iſra-
hel. ꝙ viſitauit. ecce primum. ⁊ fecit
redemptōeꝫ plebis ſue. ecce ſecundū.
Et erexit cornu ſalutis nobis. id eſt
ſublimauit naturaꝫ noſtram: ⁊ robo
rauit nos contra dyabolum: mittēdo
ſpiritū ſanctum. ecce tercium. Cauſā
gaudij oſtendit cum dicit ¶ ꝙ natus
eſt vobis ſaluator. Ecce materia gau
dij ſaluatoris natiuitas. Unde dicit
leo papa. Phas nō eſt ibi locum tri
ſticie eſſe vbi natalis eſt vite. Prouer
bioꝝ. xiij. ¶ Lignum vite deſideriū
veniens. id eſt xp̄s deſideratus cun-

E

ctis gentibus. Bernard᷑. Non time
bo q̄ſ ſaluator venerit in domū meā.
alioquin quid agerem ſi audireꝫ do
minum venientē. Nunquid non fuge
rem ſicut adam. Nūquid deſperarem
audiens ꝙ venit ille cuius legem ſic
preuaricatus ſum. cuius paciencia ſic
abuſus ſum. cuius beneficio tam in-
grat9 ſum. Que vero maior poterat
eſſe conſolatio: ꝙ̄ in dulci vocabulo
ſaluatoris. Unde ⁊ ipſe dicit ioh̄. iij.
¶ Non venit filius hominis ut iudi
cet mundū: ſed ut ſaluetur mundus
per ipſum. Saluauit autem nos ab
inimicis noſtris qui ſunt fomes car-
nis. vanitas mundialis. mors corpo
ris. ⁊ violencia demonis. Siquidem
fomes nos impugnat interius. mun
dus expugnat exterius. Mors corp9
interimebat. dyabolus animaꝫ capti
uabat. Fomitem xp̄us in conceptio-
ne deuicit: quando naturā noſtram
ſine contagione ſuſcepit. Unde yſaye
xix. ¶ Ecce dominus aſcendit ſuper
nubem leuem. id eſt aſſumet carnem
a peccatis immunem. Nobis quoqꝫ
per generationem tribuit poteſtateꝫ
vincendi eundē. Unde romano. vij.
¶ Quis me liberabit d᷑ corpore mor
tis huius. gratia dei per iheſuꝫ xpri
ſtum dominū noſtrum. Uicit mun
dum in cōuerſatione proſpera fugiē
do. aduerſa tolerando. Unde ad he
breos duodecimo. ¶ Propoſito ſibi
gaudio ſuſtinuit crucem. ꝯfuſionem
⁊ contemptum. Auguſtinus. Uidi
xpriſtum multa paſſum. et nunq̄m
proſperatum. nec tamē iratum. Un
de ipſe ait iohānis decimoſexto ¶ Cō
fidite. quia ego vici mundum.
Dyabolum vicit in paſſione. Unde

F

hebre .ij. ¶ Per mortem deſtruit eũ
qui habebat mortis imperium. id ẽ
dyabolum. Bernardus. Cum inno
centi manus iniecit: iuſtiſſime quos
tenebat amiſit: quando is qui morti
nihil debebat: accepta iniuria mortiſ
debitum ſoluit: ut quẽ obnoxium in
uenerat: ſua morte redimeret. Iure il
lum qui obnoxius erat: ⁊ mortẽ in
debitam .i. dyabolum ſoluit a domi
nio. Mortem vicit in ſua reſurrecti
one. ꝙ regnum eius deſtruxit: ut iã
non timeatur amplius ꝓpter ſpem re
ſurrectionis glorioſe. eamq̃ prorſus
in futuro deſtruet. ſicut ait apoſtolꝰ
pri. cor. .xv. ¶ Nouiſſime autem ini
mica deſtruetur mors. id eſt dyabo
lus ad modum tiranni deui cti: qui
prius incarcerauerat. tunc incarcere
tur. qui cum decore ligatur vincitur
deinde interficitur. ⁊ ex toto deletur
Tempus gaudij determinat cum di
cit. Hodie: non ſolum ꝓpter qualitatẽ
rei nunciate. ꝙ iocunda nunciabat.
ſed etiam ꝓpter qualitatem temporis
quia licet eſſet in medio noctis: tamẽ
claritas meridiane lucis effulſit. Mul
ta namq̃ ſigna in diuerſis partibꝰ or
bis circa tempus natiuitatis domini
ce claruerunt. ¶ Nam in oriente tres
ſoles apparuerunt ⁊ paulatim in vnũ
ſolare corpus redacti ſunt. In quo ſi
gnat̃ fides trinitatis ⁊ vnitꝰ dei in ꝓ
ximo reſeranda. Stella quoq̃ in ip
ſo die natiuitatis apparuit: que ma
gos in adorandum xpriſtum perdu
xit. ¶ In iudea quoq̃ que eſt medi
tullium habitabilis rome: ⁊ immi
nente tempore gratie noua virtus da
ta eſt aque piſcine probatice: ut cor

G

porales morbos curaret. In quo de
ſignabatur ꝙ vis regeneratiua: eſſet
aquis in proximo conferenda: que
omnes morbos ipſiꝰ anime propul
ſaret. ¶ In hora quoq̃ natiuitatis
dominice. ſcilicet in media nocte: me
ridiana claritas: ſicut ſupra dictum
eſt totam regionem illam irradiauit
Unde de paſtoribus hac nocte vigi
lantibꝰ: dicitur. Claritas dei circum
fulſit illos ¶ In occidente autem. ſci
licet Rome: que caput erat occiden
tis multa ſigna monſtrata ſunt.
Nam templum pacis funditus cor
ruit. Romani ſiquidem pacato mun
do cum ceſare auguſto templum pa
cis conſtruxerunt. De quo conſulen
tes ꝙ diu duraturum eſſet. reſpon
ſum eſt. Donec virgo pariat. qui gau
dentes ex hoc: intulerunt. ergo erit
eternum. quia nunq̃m virgo pariet.
Sed in hora natiuitatis dominice
corruit. quia ut deſtrueret carnalem
pacem deſcendit. Unde dicit Math.
x. ¶ Nõ veni mittere pacem: ſed gla
dium. ¶ Item fons olei largiſſimꝰ
per totum diem natiuitatis in tybe
rim fluxit. In quo notabatur effu
ſio gratie ſpiritualis per illum. De
quo canticorum. pri. ¶ Oleum effu
ſum nomen tuum.
Item circulus aureus in ſpera ſolis
apparuit. in quo ſignabatur aduentũ
ſe regnum eternum ⁊ incommutabi
le quod permaneret cum ſole. De q̃
habetur danielis ſecundo ¶ Suſci
tabit deus celi regnum: quod ineter
num non diſſipabitur. ⁊ regnũ eius
alteri populo nõ tradet̃. Octauianꝰ
q̃. iij. anno imperij ſui ſcire volẽs quis

regnaturus eſſet poſt eum. Uenit in capitoliuʒ. ⁊ dictum eſt ei a phitoniſſa ꝙ infans hebreus ex deo in celo veniens. ⁊ ſine macula genitus hoc domicilium diſcutiet. ſtatimq; venit alienus avijs noſtris. Tunc edificauit magnam aram in ſublimiori loco. et ſcripſit in ea latinis litteris. Hec ara filij dei eſt. Ibiq; prima baſilica conſtructa eſt in honore beate virginis marie. Idem quoq; ad oſtenſionem ſibille vidit in celis virginem geſtantem filiū in gremio. ⁊ extunc phibuit ne quis eum dominū appellaret.

Natus eſt autē dominus media nocte diei dominice. ⁊ in hyemis tēpore. Nocte natus eſt propter quinq; rationes.

Prima eſt. ꝙ mundi tenebras illuis revenerat. Unde ¶ Populus gentiū qui ambulat in tenebris vidit lucem magnam.

Secunda eſt. ꝙ deitatem occultare volebat. Unde yſa. xlv. ¶ Uere tu es deus abſconditus. Et pri. coꝛ. ij. Si enim cognouiſſent: nunꝗ dominuʒ glorie crucifixiſſent.

Tercia eſt. ꝙ predari dyabolom veniebat. Yſa. viij. ¶ Uoca nomen eiꝰ accelera. ſpolia detrahe. feſtina predari

Quarta eſt. ꝙ ad penaʒ ⁊ laborē temporalem natus eſt. Diſtinguunt ēm tres noctes. peccati. pene temporalis ⁊ gehennalis. ſed primam ⁊ vltimaʒ xp̄us neſciuit. mediam tamen aſſumpſit. vnde congrue media nocte natus fuit.

Quinta ratio eſt. ꝙ nobis exempluʒ dedit: ut nō oſtenderemur: ſed hominum laudes fugeremus. Bernardꝰ Tu qui xp̄um ſequeris: inuentuʒ abſconde theſauꝝ. ama neſciri. laudet te os alienum. ſileat os tuum. Item ut in religione naſcamur. id eſt conſanguineis neſcientibus. ⁊ ita non impedientibus: religionis habitū aſſumamus. Unde iacob fugit a laban eo ignorante. gene. xxxi. Bernardus. Zelantibus te abſconde ꝯſilium. i. a parentibus tuis.

In die dominico natus eſt: ut eo die quo lux primaria rudi mundo dieʒ cōtulit: eodem lux vera obtenebrato ſeculo dieʒ gratie reformaret. Unde ij. coꝛ. iiij. ¶ Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere: illuxit in cordibus noſtris ad illuminationeʒ ſciētie claritatis dei in facie iheſu xp̄i Item ut in die quo primo māna immiſit iſrahelitico populo: verꝰ panis deſcenderet nobis de celo. De quo iohannis. vi. ¶ Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. In hyeme natus eſt. ꝙ frigidos calefacere veniebat. Hic em̄ eſt vir ille indutus lineis cui dicitur ezechi. x. ¶ Ingredere in medio rotaꝝ que ſunt ſubtus cherubin ⁊ imple manum tuam prunis igneis ⁊ effunde ſuper ciuitateʒ. Rote iſte ſunt volubilitas. paſſibilitas. et mortalitas humana. quia de terra egredimur ⁊ in eam regredimur. In medio harum xpriſtus ingreſſus fuit quando humanitatem noſtram aſſumpſit. Qđ autem ait ſubtus cherubin: ſignat ꝙ minoratus eſt paulominus ab angelis. Impleuit autem manū prunis igneis. id eſt opera ſua ardoribus caritatis. ⁊ ſparſit ſuper ciuitatem. id eſt eccleſiam. ⁊ ſic corda frigida inflammauit. Spiritualiter autem hoc impletum eſt in ipſo die

penthecoſtes: quando ſpiritum in li
guis igneis ſuper apoſtolos miſit
Alia ratio eſt. quia contempſit delec
tabilia mundi ⁊ aſpera elegit. Unde
bernardus. Elegit tempus qđ mole
ſtiꝰ erat paruulo ⁊ pauperis matris
filio: que vix pannos haberet ad in/
uoluendum. preſepe ad reclinandū.
⁊ cum tanta eſſet neceſſitas: nullam
audio fieri pellium mentionē. Nō
eſt tale iudicium mundi. aut iſte fal
litur. aut mundus errat. Impoſſibi
le eſt diuinam falli ſapientiam. Ele
git vtiq; quod carni eſt moleſtius. id
ergo melius. id vtilius ⁊ qui aliquid
docet aliud vel ſuadet: ab eo tanq̃ a
ſeductore timendum eſt.
Locum gaudij deſignat: cum dicit.
In bethleem iude ciuitate dauid. ſi/
cut predictum fuerat michee. v. Tu
bethleem effrata: ad differentiam al
terius bethleem que ſita erat in gal/
galis. ⁊ dicta eſt effrata ab vxore ca/
leph ibi ſepulta. Sed poſt dicta eſt
bethleem ꝓpter fertilitatem que fa/
cta fuit diebus ruth. Sequitur. par
uulus es. ſcilicet vicus. in milibus iu
da. id eſt in comparatione aliaꝝ ciui
tatum in quibꝰ ſunt tot milia homi
num: ⁊ tamen ex te egredetur qui ſit
dominator in iſrahel. id eſt xpiſtus
rex regum ⁊ dominus dominantiū
Bernardus. O bethleem parua: ſed
iam magnificata a domino. magni/
ficauit te qui factus eſt paruulus in
te ex magno. Quelibet ciuitas ſi audi
at nō inuideat preencioſiſſimum illud
ſtabulum. ⁊ illius preſepij gloriā. In
vniuerſa ſiquidē terra ⁊ iam celebre
eſt nomen tuum. ⁊ beatam te dicunt
omnes generationes. Unde Glorio
ſa dicta ſunt de te ciuitas dei. vbiq;
pſallitur. quia homo natus eſt in ea.
⁊ ipſe fundauit eam altiſſimus. Tu
quoq; ſi fueris bethleem per cordis
compunctionem: ut ſint tibi lacrime
tue panes die ac nocte. ⁊ earum refe
ctione iugiter delecteris. Interpreta
tur enim bethleem domus pa[n]is. vel
domus refectionis. ⁊ ſi fueris iuda
per oris confeſſionem. ⁊ ciuitas da/
uid per operis ſatiffactionem naſce/
tur xpiſtus in te. ⁊ dabit cordi tuo
gaudium ⁊ leticiam per gratiam in
preſenti ⁊ gloriam in futuro. Quod
nobis concedere dignetur pater ⁊ fi
lius ⁊ ſpiritus ſanctus.

In die ſancti Stephani.

Epiſtola. Actuum. vi. ⁊. vij.

IN diebus illis. Ste
phanꝰ plenus gratia ⁊ for/
titudine faciebat ſigna ⁊ ꝓ/
digia magna in populo. Surrexerūt
autem quidam de ſynagoga que ap
pellabatur libertinorum ⁊ cyrenenſi
um. ⁊ alexandrinorum. ⁊ eorum qui
erant a cilicia ⁊ aſia diſputantes cum
ſtephano: ⁊ non poterant reſiſtere ſa
pientie ⁊ ſpiritu qui loquebatur. Au
dientes autem hec diſſecabantur cor
dibus ſuis. ⁊ ſtridebant dentibus ſu
is in eum. Cum autem eſſet ſtepha/
nus plenus ſpiritu ſancto: intendens
in celum vidit gloriam dei. ⁊ iheſū
ſtantem a dextris: ⁊ ait. Ecce video
celos apertos: et filium hominis ſtā
tem a dextris virtutis dei. Exclamā
tes autem voce magna continuerūt au
res ſuas ⁊ impetū fecerūt vnanimit̄

in eum. Et eijcientes eum extra ciui
tatem lapidabant. Et teſtes depoſue
runt veſtimenta ſua ſecus pedes ado
leſcentis qui vocabatur ſaulꝰ. ⁊ lapi
dabant Stephanum inuocantem ⁊
dicentem. Domine iheſu ſuſcipe ſpi
ritum meum. Poſitis autẽ genibus
clamauit voce magna dicens. Domi
ne iheſu ne ſtatuas illis hoc peccatũ
Et cum hoc dixiſſet obdormiuit in do
mino

¶ Euangelium Mathei. xxiij.

In illo tempore dixit iheſꝰ
turbis iudeorum ⁊ principibus ſa
cerdotum. Ecce ego mitto ad vos ꝓ
phetas ⁊ ſapiẽtes ⁊ ſcribas. ⁊ ex illis
occidetis ⁊ crucifigetis. ⁊ ex eis fla
gellabitis in ſynagogis veſtris. ⁊ per
ſequemini de ciuitate in ciuitatem.
vt veniat ſuper vos omnis ſanguis
iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram.
a ſanguine abel iuſti vſqꝫ ad ſangui
nem zacharie filij barachie. quẽ oc
cidiſtis inter templũ ⁊ altare. Amẽ
dico vobis venient hec omnia ſuper
generationem iſtam. Iheruſalẽ ihe
ruſalem que occidis ꝓphetas ⁊ lapi
das eos qui ad te miſſi ſũt. quotiens
volui congregare filios tuos quem
admodum gallina congregat pullos
ſuos ſub alas ⁊ noluiſti Ecce relinq̃
tur vobis domus veſtra deſerta. Di
co enim vobis Non me videbitis a
modo donec dicatis Benedictꝰ qui
venit in nomine dñi.

¶ De ſancto Stephano.

¶ Sermo decimuſquartus

MIſit alexander iona
the purpuram. ⁊ coronam
auream. i. Machabeorum decimo.
Sicut ait Apoſtolus De patribus
veteris teſtamenti. omnia in figura
contingebant illis. quaſi quidam ſan
ctorum noui teſtamenti preludia ꝑ
ceſſerunt. ſicut i prepoſita auctoritate
videre poſſumus manifeſte In hijs
enim verbis notantur munera gra
cie que contulit dominus beato ſte
phano dilecto ſuo Alexander qui in
terpretatur alleuians tenebras vel
auferens anguſtias ſignat criſtum.
qui tenebras ignorancie ⁊ anguſtias
culpe remouit a nobis Duos nancꝫ
defectus paciebatur humanum ge
nus ante aduentum criſti. ſ. Defectũ
veri intellectus. ⁊ Defectum boni i
affectu. Grauabatur enim humanꝰ
intellectus triplici tenebra. ſ. Culpe.
Ignorancie. ⁊ Figure. vñ Geneſis. i.
¶ Tenebre erant ſuper faciem abyſſi
id eſt cordis humani. De quo Ihe
remie. xvij. ¶ Prauũ eſt cor homis
⁊ inſcrutabile. Affectus anguſtiabit
ſcꝫ triplici anguſtia. ſcilicꝫ temptatio
ne dyaboli. Concupiſcencia carnali.
⁊ Amore huius mundi. Vñ pſalmi
ſta. ¶ Perſecutus eſt inimicus id eſt
diabolus animam meam. humilia
uit in terra id eſt in amore terreno
rum. vitam meã. i. ſenſualitatem. q̃ſi
iam deuictã. Ab hijs duobus malis
nos xp̃s eripuit illuminatiõe doctrĩe
⁊ infuſione grẽ. Vñ Iohannis. i.
¶ Gracia ⁊ veritas per iheſũ criſtũ
fctã eſt. ⁊ ita merito xp̃s dicitur alex
ander. Ionathas qui interꝑtatur co
lumbe donum: ſignificat beatũ ſte
phanũ qui ex dono ſpiritusſancti tri
plici priuilegio meruit inſigniri.

B

Tria namq̧ ſunt dona priuilegiata ·
⁊ quibus ſumma debetur aureola. ſ.
Predicatio Martirium Virginitas
Predicatoribus debetur propter vi
ctoriam erroris. Martiribus prop
ter victoriam terroris Virginibus
propter victoriaꝫ concupiſcencie car
nalis. Predicatores eñ pugnant
contra errores quo ad ſe ⁊ quo ad a
lios Duplex autem. eſt error. ſcꝫ
In via fidei ⁊ In via moruꝫ
In primo erant heretici. In ſcd̃o
praui catholici Vnde dicitur Sapi
encie quinto ¶ Errauimus a via ve
ritatis. ⁊ ſol iuſticie non illuxit nobis
quo ad illuminationem morum. ⁊
ſol intelligencie non ortus eſt nobis
quo ad illuminationem fidei. Cõtra
vtrumq̧ errorem predicant predi-
catores veritatis. Vnde Apoſtolus
ij. ad Thymo. iiij. ¶ Bonum cer-
tamen certaui. ⁊c̃. Martires pugnãt
contra timorẽ aggrediendi terribi
lia ⁊ ſuſtinenda aduerſa Vnde dicit
Iob. xxxix ¶ Exultat audacter in oc
curſum pergit armatus contempnit
pauorem. nec cedit gladio. Iudicuꝫ.
quinto ¶ Qui ſponte obtuliſtis ani-
mas veſtras ad periculum. id eſt ad
martirium. Benedicite domino q̃ſi
pro magno dono. Mathei. xxvi.
¶ Accipiens calicem dominus graci
as egit. Innuens nobis ſimile facien
dum. Philipenſes primo ¶ Nobis
datum eſt non ſolum vt in eum cre-
datis. ſed vt pro illo pacienciam. ⁊c̃.
Virgines pugnant contra carnalem
amorem. non ſolum mente. ſed etiaꝫ
corpore. Vnde Auguſtinus. Virgi
nitas eſt in carne corruptibili incor
ruptiõis perpetua meditatio. Eccle

C

ſiaſtici. xxvi. ¶ Gracia ſuper graciam
mulier ſancta ⁊ pudorata. id eſt mũ
da ⁊ verecunda Omnis autem pon
deratio non eſt digna continentis a
nime. Non dicit continentis corpo-
ris. qꝛ continencia corporalis ſine cõ
tinencia mentis eſt lampas ornata ſi
ne oleo. Et talibus dicit Math. xxv.
¶ Neſcio vos. ⁊c̃. Primum bellũ
eſt in rationabili Scd̃m in iraſci
bili. Tercium in concupiſcibili
Scd̃m igitur hanc triplicem pugnã
debetur victoribus triplex aureola.
Eſt autẽ aureola preeminencia ſiue
gloria. ſcd̃m quam membruꝫ aſſimi
latur capiti excellenti ſimilitudine.
Aſſimulantur autem predicatores
criſto in ſapiencia. Martires in potẽ
cia. Virgines in mundicia. Hec tria
priuilegia excellẽter beato ſtephano
ſunt collata. Habuit enim donum p̄
dicationis. qꝛ ſicut legitur Actuũ. vi
Non poterãt reſiſtere ſapiencie ⁊ ſpi
ritui qui loquebatur per eum. Im
pleta in eo poſſeſſione domini. Luce
xxi. ¶ Ego dabo vobis os ⁊ ſapienci
am. Hee ſunt tube quas trecenti ſocij
gedeonis. ſcilicet martires pro fide
criſti certantes ferebant in dextris
lagenas. Lampades autẽ ſcꝫ corpo-
ra i ſiniſtris. quia maius ſtudium e
rat eis veritatem predicandi q̃ cor
pora conſeruandi. ſed fractis ydrijs
lampades claruerunt. quia corpori
bus interfectis miracula choruſcare
ceperunt. Vnde de beato ſtephano
beatus Aug9 ait q. vij. mortui reſu
ſcitati ſunt ad memoriã ei9 Itẽ habu
it graciam virginitatis. Vnde ⁊ mu
lieribus miniſtrantibus ab apoſtol'
p̄poſitus fuit . In cuius rei ſignum

apparuit vultus eius glorificatus i
conſilio iudeorum quaſi vultus an/
geli Quia ſicut ait Auguſtinus Su
peregredietur virginitas conditōni
humane nature per quam homines
angelis aſſimulantur Maior tamen
eſt victoria virginum ꝙ angeloruȝ
Nam angeli ſine carne viuunt . vir/
gines in carne triunphat. vñ Bern
hardus. Quid caſtitate decorius q̄
mundum de inmundo conceptum
ſemine. de hoſte domeſticum. de ho
mine angelum facit. Differunt qui
dem inter ſe homo pudicus ⁊ ange/
lus. ſed felicitate nō virtute. ſed quā
uis caſtitas illius felicior. huius tñ
forcior eſſe cognoſcitur Et hec vna
cauſa quare beatus ſtephanus depi
gitur adoleſcens ⁊ ſplendida facie
Alia cauſa eſt quia eccleſia adhuc e/
rat nouella. ⁊ quaſi adoleſcentula tē
pore paſſionis illius Iteȝ habuit
graciam martirij. vnde ⁊ pro criſto
primus meruit pati Hec eſt purpu
ra quam pro magno munere domi
nus miſit ei. cui addidit ⁊ coronam
ſcȝ premium paſſionis. Iuxta interp̄
tationem ſui nominis . Stephanus
eñ interpretatur coronatus Deide
notatur ſimilitudo paſſionis cum ait
Que noſtra ſunt ſencias vite. que cō
paſſus ſuȝ pro te. vnde Philipenſes
ij. Hoc ſentite in vobis quod ⁊ in
criſto iheſu. Senſit enim ea que cri
ſtus in tribus.

Primo i impoſitione falſi criminis.
ꝙ ſicut ⁊ criſtus falſis teſtib9 extitit
accuſatus

Scd̄o in auctoritatibus occiſionis.
quia ſicut ⁊ criſtus paſſus eſt a con/
tribulib9

Tercio i modo orationis . quia ſicut
⁊ criſtus moriens orauit pro occiſo
ribus ſuis. Unde dicit beatus Au/
guſtinus Non dixit vindica occiſo/
res meos. non ait vindica ſeruuȝ tu
uum. ſed quid. Ne ſtatuas illis hoc
peccatum. Si taliter exauditus eſt
pro lapidatoribus eius. qualiter ꝓ
ſuis obſeruatoribus exaudietur. vbi
Nota ꝙ cum pro ſe orando diceret.
Domine ſuſcipe ſpiritum meum. nō
dum eſt exauditus. ſed cum dixit
Domine ne ſtatuas illis hoc pecca/
tum. ſtatim obdormiuit in domino
Quia ſicut dicit Gregorius Preces
ſuas plus valere efficit. qui eas pro
alijs impendit Sed multi forſitan
recolentis. ꝙ heri cantatum eſt . In
terra pax hominibus bone volunta
tis. Querent inter ſe que ſit pax. Nū
quid beatus Stephanus homo bo
ne voluntatis non erat qui ſic deum
dilexit . vt teſtimonium ei inter ſaxa
perhibuerit. ſic dilexit homines. vt
pro eis a quibus occidebatur in ipa
mortis hora flexis genibus exoraret
Et q̄ pax fuit in terra. magna ſiqui/
deȝ fratres ⁊ multa nimis An putas
quia pax illi nō erat. cui lapides tor
rentis dulces fuerunt . qui etiam in
imicis pacem querebat qui tam qui
etus obdormiuit in domino O virū
glorioſum quaterqȝ beatum

Primo propter iuſticie eſuriem. ꝙ
fidem incredulis. predicauit.

Scd̄o propter voluntariam paſſio
onem. quia in carnificibus corpus
expoſuit.

Tercō ꝓpt̄ māſuetudīeȝ ꝙ i lapidib9

ſuauiſſimam refectionem inuenit
Unde cantat eccleſia. Lapides torrē
tes illi dulces fuerunt

Quarto propter compaſſionem. ꝙ
pro inimicis ad orationē genua fle
xit ¶ Quatuor fuerunt precipue q̄
re lapides illi dulces fuerunt

Primum fuit cauſa paſſionis. quia
pro criſto paciebatur quem nouerat
⁊ viderat pro ſe carnis amaritudinē
toleraſſe. Un̄. i. petri. iiij. ¶ Criſto
paſſo in carne. ⁊ vos eadē cogitatōe
armamini.

Scdm̄ deſiderium deponende cor-
ruptionis. vn̄. ij. ad Corinthios. v.
¶ Scimus qm̄ ſi terreſtris domus
noſtra huius habitationis diſſolua
tur. ꝙ edificationem habemꝰ ex do
domū non manufactam. ſed eternā
in celis. Libenter em̄ dat pauper ve
terem tunicam. vt accipiat nouam.
Philipenſes. iij. ¶ Reformabit cor-
pus humilitatis noſtre configuratū
⁊c̄. Tercium magnitudo remunera-
tionis. De qua. ij. Corinthiorum. iiij
Idem ꝙ in preſenti momentaneum
eſt ⁊ leue. tribulationis noſtre eter-
num glorie pondus operatur in no
bis. ꝙ tribulatō modica eſt ⁊ momē
tanea. ſed gloria immēſa eſt ⁊ eterna
Un̄ ad Romanos. viij. ¶ Non ſunt
condigne paſſiones. ⁊c̄.

Quartū eſt preſencia ſaluatoris qui
nūꝙ deſeruit milites ſuos. Unde be
ato Anthonio conquerenti ꝙ dereli
quiſſet eū in conflictu dyaboli ⁊ di
cēti. vbi eras ihesus vbi eras Reſpō
dit tecum eram. ſed volui videre cer
tamen tuum. Ita ⁊ beatus Stepha
nus videbat ihesum ſtantem vt ſibi
auxiliaretur. celos apertos vt illuc
troduceretur. merces ſpectatur. ido
labor alleuiatur. Hij ſunt riui dulce
dinis quos excidit beatus Stepha-
nus in lapidibus ſuis. Un̄ Job. xxx.
¶ In petris riuos excidit.

Tercio exhortatur eū ad perſeuerā
ciam caritatis. cum dicit. Et conſer
ues amiciciam ad nos perſeuerando
Prouerbiorū. xviij. Occaſiones que
rit qui vult recedere ab amico. Eccle
ſiaſtici. xxix. ¶ Ingratus ſenſu dereli
quit liberantem ſe. Sed beatus Ste
phanus a deo ſibi amiciciam conſer
uauit ꝙ pro amore illius occubuit
Magna caritas beati ſtephani fuit
de corde puro in inimicorū dilecti
one ⁊ conſciencia bona. in veritatis
predicatione. ⁊ fide nō ficta. in mor
tis perpeſſione. fortis fuit vt mors
hec dilectio. Johannis. xv. ¶ Maio
rem hac dilectōe nemo habet. ⁊c̄

¶ Epiſtola. ¶ Eccleſiaſtici. xv.
De ſancto Johanne

Qui timet deum faciet
bona. ⁊ qui continēs eſt iu
ſticie apprehendet illā. ⁊ obuiabit il
li quaſi mater honorificata. ⁊ quaſi
mulier a virginitate ſuſcipiet illum
Cibabit illū pane vite ⁊ intellectꝰ
⁊ aqua ſapiencie ſalutaris potabit il
lum. ⁊ firmabitur in illo ⁊ non fle
ctetur. ⁊ continebit illum ⁊ non con
fundetur. ⁊ exaltabit illū apud pro-
ximos ſuos. In medio eccie aperiet
os ſuū ⁊ iplebit illū ſpū ſapiēcie ⁊ in
tellectꝰ Stola glorie induet eū Io-
cunditatem ⁊ exultationem theſau
riſabit ſuper illū Et nomine eterno
hereditabit illum dn̄s deꝰ noſter

A

Euangelium. Johannis vltimo
In illo tempore dixit ihesꝰ
petro. Sequere me. Conuerſus pe-
trus vidit illum diſcipulum quem
diligebat ihesus ſequentem. qui ⁊ re
cubuit in cena ſupra pectus eius ⁊
dixit. Domine. quis eſt qui te tradet
Hunc ergo cum vidiſſet petrus dicit
iheſu. Domine hic autem quid Di
cit ei iheſus. Sic eum volo manere
donec veniam. Quid ad te. Tu me
ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter
fratres. quia diſcipulus ille non mo
ritur Et non dixit ei iheſus non mo
ritur. ſed ſic eum volo manere donec
veniam. quid ad te. Hic eſt diſcipulꝰ
ille qui teſtimoniuʒ perhibet de his
⁊ ſcripſit hec Et ſcimus. ꝙ verum eſt
teſtimonium eius

De beato Johanne.

Sermo decimuſquintus

Cum dederit dilectis
ſuis ſomnum. ⁊c̃.
Tria notantur in verbis i
ſtis. ſ. Que ſunt bona ſuperne patrie.
Quibus dentur. ⁊ quando. Bona il
la ſūt hereditas domini filij merces
fructus ventris. Dantur autem di-
lectis. ſ. poſtꝙ̃ ſompnum dederit eis
Unde hic videndum eſt qui ſint di
lecti. quis ſomnus eorum. ⁊ quid p̃-
mium dilectis ſit. Dilecti ſunt qui d̃
um diligunt ⁊ mandata eius cuſto-
diunt. Unde dominus Johannis. x
iiij. Qui diligit me diligetur a pa
tre meo. ⁊ ego diligentes me diligo.
Quatuor autem ſunt genera dilecto
rum. ſ. Incipientes. Proficientes.
Perfecti. ⁊ perfectiſſimi. Unde Au
guſtinus. Eſt caritas incipiens que

B

naſcitur. Proficiens que nutritur.
Perfecta que roboratur. Perfectiſ
ſima eſt que diſſolui cupit. ⁊ eſſe cum
criſto. Hos etiam gradus diſtinguit
dominus. Mathei quarto. Iacto
ſemine terra fructificat Primo
herbam. ſ. principium boni operis
Deinde ſpicam. ſ. profectum. Deide
plenum frumentum in ſpica. ſcilicʒ
perfectum. ⁊ ſic adeſt. ſ. conſumatio
virtutis. Incipientibus dicit apoſto
lus ad Galatas. iiij. Filioli mei q̃s
iterum parturio. id eſt cum dolore ⁊
labore ad fidem ⁊ amorem criſti re-
duco. donec formetur criſtus in vo
bis. Job. xxxix. Nunquid parturi
entes ceruas obſeruaſti Proficien
tibus dicit. i. ad Teſſalonicenſes. ij.
Facti ſumus in medio veſtrum.
tanꝙ̃ ſi nutrix foueat filium ſuum
In nutrice ſunt tria. ſ. Labor. Humi
liatio. Et dilectio. Laborat enim ſol
licite circa puerum. Humiliatur in
terra ſedendo ſecum. Diligit exhibē
do ei ſuum affectum. Perfectis dic
prima Corinthiorum primo. Gra
cias ago. deo meo pro omnibus vo
bis in gracia dei que data eſt vobis
in criſto iheſu. id eſt non ab alio. ꝙ i
omnibus diuites facti eſtis in illo.
In omni verbo. ſ. in intelligēcia ſcri
pturarum. ⁊ in omni ſciencia exhor
tandi alios ad bonum Perfectiſſi
mis dicit hebreos. x. Rapinam bo
norum veſtrorum cuʒ gaudio ſuſce-
piſtis. ⁊c̃. Ad perfectiſſimam cari
tatē ꝑtinet oēs delectatiōes carnales
faſtidire. ōnia temporalia bona tan-
ꝙ̃ ſtercora reputare. omnes tribula
tiones pro criſto libentiſſime ſuffer
re. diſſolui. ⁊ eſſe cū criſto deſiderare

⁊ propter hoc comparatur caritas
morti Canticorum vltimo. ¶ Forti
eſt vt mors dilectio. mors eniꝫ a di-
lectione carnali ⁊ amaritudine mun
diali hōineꝫ diuidit. nec ſentiri vo
ces ⁊ lacrimas ⁊ verbera facit. In a
liam vitam ducit. Has perfectiones
videmus in beato Johanne. qui qua
dam prerogatiua dilectōnis dilect9
dei ſpecialiter meruit nominari. Nā
a nuptijs vocatus fuit. omnia pro
criſto dimiſit. flagella. tormenta. ⁊ ex
ilia pertulit. diſſolui a copore nimio
deſiderio affectauit. ¶ Viſo qui ſūt
dilecti. videndum eſt quis ſomnus
eorum. Somnus iſte eſt mors cor-
poralis. que congrue ſomnus non i
teritus dicitur. qꝛ finis eſt operum
⁊ requies laborum Vn̄ Apocalipſis
xiiij. Amodo iam dicit ſpiritus vt re
quieſcant a laborib9 ſuis. Hinc ⁊ bea
tus Stephan9 inter ſaxa legitur ob
dormiuiſſe i domino. Vbi dicit Au
guſtinus O ſomnum pacis. quid illo
ſomno tranquilli9. quid illo ſomno
quietius. qualis ibat ad amicos qui
ſic diligebat inimicos. ꝓprie aūt ſom
nus poteſt dici tranſitus beati Johā
nis de quo legitur ꝙ valedicens fra
tribus. facta oratione viuens tumu
lum intrauit. ⁊ in eo tanꝙ in lectulo
requieuit. cui recte competit illd̄ Je
remie. xxxi. ¶ Somnus meus dulcꝭ
mihi. Vtrum iam reſurrexerit cor
pus eius. licet quidam doctoruꝫ du
bitent. Auguſtinus tamen videtur
aſſerere in ſermone paſchali. vbi ait.
Johannem apoſtolum tumul9 clau
dere potuit cuſtodire non potuit. nā
depoſitum corpus perdidit dum nō

aſſumpſit. Hinc eſt ꝙ clauſis tumuli
foribus gracia reſurrectionis abla-
tus eſt. vt conſtaret ſepultura. nec i
ueniretur ſepultus. Deniqꝫ cum ſa-
cerdotes orandi cauſa corpus eius i
quirerent reſerato atrio tumulus n̄
potuit reddere queꝫ ſuſcepit Joachi
vero aſſerit hoc deum feciſſe in deſi
gnatione vite anime poſt ſeparatio-
nem a corpore. Ait eniꝫ in principio
Geneſis ¶ Fact9 eſt homo in animā
viuentem. Sed inſipientibus homi
nibus mori multi opinati ſunt non
eſſe vitam anime. ſed ſeparationem a
carne. quia homo vero cōſtat ex car
ne ⁊ anima vt oſtenderet miſterijs a
nimam immortalem. elegit duos ⁊
duos. quorum vnus videtur mori.
alius non videtur mori. Electi ſunt
igitur duo ad regimen populi. aarō
⁊ moyſes. vnus vt loqueretur cum
populo ⁊ deſignareꝫ corpus Alter vt
loqueretur cum deo. ⁊ deſignaret a
nimam. viſus eſt occubuiſſe aaron
Moyſes non eſt viſus. Quia anima
poſt mortem carnis viuit inſemetip
ſa ¶ Superducuntur ad hoc alij te
ſtes Elizabeth ⁊ beata virgo. quaꝝ
prima manifeſte occubuit. De ſcd̄a
nec tranſitus eius qualiter receſſit ex
hoc mundo. ⁊ quid actum ſit de ei9
corpore certitudo non habetutr
Juncti ſunt ad hoc duo apoſtoli. ſcꝫ
Petrus ⁊ Johannes. Vbi dictum ē
Petre ſeq̄re me. De Johāne dictū ē.
Sic eū volo manere donec veniam
Item vt exiret ſermo inter fratres
ꝙ diſcipulus ille non moreretur
¶ Sequitur de premio dilectoruꝫ
ibi. Ecce. id eſt Statim maīfeſtatur

ꝫ datur eis hereditas dei. que pro
prie de martiribus ⁊ de ſanctis intel
ligitur. qui tanꝙ aurum in fornace
ſunt probati ⁊ purgati. ⁊ ideo non i
digent purgatorio poſt hanc vitam
Alij vero qui nō peracta penitencia
vel cum veniali culpa decedunt. nō
ſtatim ſed tarde illaꝫ accipiunt. quia
cremabilia ſecum ferunt Eſt tam̄
duplex cremabile. Repentinum. ſcꝫ
in tranſitu ignis velociſſimo depur-
gatur. ⁊ non repentinum quod. ſcꝫ
fit cum mora. // Scōm primum
moduꝫ purgantur qui edificant au
rum. argentum. lapidem precioſum
Scōm vltimum modum purgant̄
qui edificant lignum. fenuꝫ. ſtipulā
ſicut diſtinguit Apoſtolus. i. Corin-
thiorum. iij. Aurum conſiſtit in amo
re virtutis. Argentum in cognitione
virtutis. Lapides precioſi in incor-
ruptione boni operis. Ligmuꝫ in af
fectu cognationis. Fenuꝫ in amore
paſſionis. Stipula in fauore famili
aritatis. Uocatur autem premium
iſtud tribus modis vel vocabulis. ſ.
hereditas. merces ⁊ fructus. Heredi
tas dicitur propter perpetuitatē paſ
ſionis. quia ſemel accepta. iure perpe
tuo poſſidetur. vnde Apocalipſis. iij
¶ Foras non egredietur amplius
Hanc hereditatem amiſeramus in a
dam. ſed recuperauimus eaꝫ per cri
ſtum. vnde pſalmiſta. ¶ Tu es domi
ne qui reſtitues hereditatem. ⁊c.
Merces dicitur propter diuerſitateꝫ
remunerationis. quia alij plus. alij
minus. ſcōm merita compenſantur
Unde iohānis. xiiij. ¶ In domo pa
tris mei. ⁊c. Item prima Corinthio
rum. xv. ¶ Stella a ſtella differt in

claritate. nec eſt contrarium illud qđ
dicitur Mathei. xx. ꝙ ſinguli opera-
rij acceperunt denarium. quia ſicut
dicit Gregorius. Diuerſe ſunt bono
rum ciuium dignitates. ſed tamen v
na quies eterne retributionis. Nam
⁊ ſi diſparſit meritum ſingulorum. n̄
eſt diuerſitas gaudiorum. quia om-
nes letificat vnum gaudium de viſi
one conditoris. Hec merces dicitur
filij. ſ. talis qualem decet patreꝫ dare
filio. vel filium accipere a patre ſuo
Unde dicitur Mathei quito ¶ Gau
dete ⁊ exultate. quia merces. ⁊c
Dabitur autem illis tm̄ hec merces.
qui inhac vita non acceperunt mer-
cedē ſuaꝫ. Unde rex queſiuit de mar
docheo: Heſtē. quarto ¶ Quid pro
hac fide honoris ⁊ premij conſecutꝰ
eſt. ⁊ dixerunt ſerui eius. nihil omni
no mercedis accepit. Statimqꝫ rex
iuſſit eū magnifice honorari. Sic ⁊
dominus queret in die iudicij. Fru
ctus dicitur propter dulcedinem ſa
poris. ꝙ materiam omnis delectiōis
excedit. vn̄ pš. ¶ Quaꝫ magna mul
titudo dulcedinis. ⁊c. Ecce quomō
ꝓpheta laborat inculcans ⁊ multipli
cans verba. nec tn̄ ſic digne pt expri
mere dulcedinem illam. hec magna
eſt ꝙ īconprehenſibilis multa. quia
⁊ innumerabilis. hanc abſcondit in
pn̄ti vt cuꝫ timore deſideretur. pate
bit aūt ī futuro vt ſine faſtidio ame
tur. vn̄ Auguſtinus. Eternū arden-
tius diligit̄ adeptū ꝙ deſideratum.
Nulli em̄ deſideranti ↄcedit̄ plꝰ de
eo eſtimare ꝙ ſe habere. nihil ei vile
ſcat cū minꝰ iuenerit. ſ; quēcunqꝫ ve
teris eſtiare potuerit. plꝰ ꝓueniēs in
uentꝰ eſt. Hic aūt fructꝰ eſt ventris

A

id eſt vteri virginalis. Ipſa eniꝫ ē pa
diſus donorum fluentis irriguus
in qua plantatum eſt lignum vite.
quod fructum ſuuꝫ dabit in tempo
re ſuo. ⁊ determinato preſentis vite
curriculo ad hanc hereditatem. hāc
mercedem. hanc dulcedinem domi
nus hodie dilectum ſuum beatum
iohannē vocauit queꝫ dilexit pre ce
teris. cum de nuptijs vocando. fami
liarem ſe ſibi exhibendo. gloriam ſue
tranſfigurationis oſtendendo. pect9
ſuum in recubitum ſibi prebendo.
matrem propriam comendando. ar
chana celeſtia reſerādo. a dolore mor
tis extraneum faciendo

¶ Sermo .xvi Eodem die

Cibauit illuꝫ domin9
pane vite ⁊ intellectus. Et
aqua ſapiencie ſalutaris po
tabit illum. Eccleſiaſtici .xv. In hijs
verbis d̄notantur delicie quibus re
fecit dominus beatum iohannem
Omnes nanqꝫ delicie aut ſunt cibus
aut potus. ¶ Primo de cibo premit
titur. cum dicitur. cibauit illum do
minus pane vite. ⁊ intellectus. Mul
tiplex eſt panis. ſ. panis vite ⁊ morti
panis vite criſtus. panis mortis dya
bolus. Sꝫ qm̄ prius quod carnale ē
Deinde quod ſpirituale. ¶ Primo
videndū eſt de pane mortis. Panis
mortis eſt triplex. ſ. dulcedo carnalis
delectionis. amaritudo impietatis. ⁊
detentio heretice prauitatis. De pri
mo Trenorū .i. ¶ Omnis populus
gemens ⁊ querens panem dederunt
precioſa queqꝫ pro cibo ad refocillā
dā aīam. vbi dicit Gregorius De
mens populus querit panem cū pra
ua multitudo affligitur eo quod nō

B

ad voluntateꝫ votum preſentis vite
iocunditate ſaciatur. ſed precioſa que
qꝫ pro cibo dat. qui virtutem men
tis in appetitum tranſitorie delecta
tionis inclinat ad refocillandam ani
mā nititur. qꝫ ſuis prauis deſiderijs
ſatiſfacere conatur. Eccleſiaſtici .xxiij
¶ Homini fornacario omnis panis
dulcis eſt. De ſcd̄o ī Prouerbiorū .iiij.
¶ Comedent panem impietatis ⁊ vi
num impiorum bibent. Et hoc du
pliciter. ſ. ſua nō largiēdo ⁊ aliena au
ferendo. Vn̄ Eccleſiaſtici .xxxiiij.
¶ Panis egencium vita pauperū ē
qui defraudat illum homo ſanguis
eſt. Qui aufert in ſudore panem q̄ſi
qui occidit proximum ſuum Iſti ſūt
antropbagi. i. hominū ꝫcomeſtores
vn̄ pſalmiſta ¶ Qui deuorant plebē
meam. ⁊c̄. De tertō Prouerbiorum
ix ¶ Panis abſconditus eſt ſuauior.
qꝫ miſeris hominibus magis hereti
corum verba occulta ſapiunt que cō
muniter non habentur ¶ Primus
panis cibat luxurioſos. Scd̄us aua
ros. Tercius hereticos. Ab omnibus
hīs niſi hō āmotus fuerit. nō pōt ac
cedere ad menſam ſaluatoris. Vn̄ .i.
Corinthiorū .x. ¶ Non poteſtis men
ſe dn̄i eſſe participes ⁊ menſe demo
nioꝝ. ⁊ licꝫ aliqn̄ vel legendo vel au
diēdo quid de ſuauitate ſpirituali ꝯ
guſtent non poſſunt ad ſacietatem re
fici. niſi prius ab omni delectatione
carnali fuerint ablactati. vn̄ Geneſis
xxi. ¶ Fecit abraham grande conui
uiū. ⁊c̄. Item nutrices in ablactatōe
pueroꝝ ſolent mām̄is aliq̄ amara ap
ponere. quib9 offenſi ab vbere reſili
ant. ⁊ ad menſam patrum accedant
Sic ⁊ dn̄s diuerſis amaritudibus

C

reſpergit hec temporalia vt inhiet ad
ſpiritualia ⁊ eterna. Unde pſal. ¶ Uni-
uerſum ſtratum eius verſaſti in in
firmitate eius. quaſi diceret. Quicqd
homo preparauit ad delectationem:
ↄuertiſti ei in dolorem.
Nunc videndū eſt de pane vite quē
dominus ꝑponit in menſa ſua. qui ſi-
militer triplex eſt. Intelligentia veri
tatis. dulcedo caritatis ⁊ ↄſtantia for
titudinis. De primo mathei. iiij.
¶ Nō in ſolo pane viuit homo ſed in
omni verbo quod ꝓcedit ab ore dei.
Ubi nota ꝙ verbū dei ad moduꝫ pa
nis debet maſticari per diſcutionem
deinde trahi in ventrem memorie
per retentōnem. Tercio decoqui per
caritatis feruorem. Quarto digeri ꝑ
frequentē meditationem. Quinto aſ
ſimulari per morum informationeꝫ
¶ De ſecundo pſa. xxx. ¶ Panis fru
gum terre tue vberrimus erit ⁊ ping
uis. Dicitur autē panis caritas ꝓpter
quatuor. Primo ꝓpter vnionem.
ꝙ ſicut in pane vniuntur diuerſa gra
na. ita ⁊ in caritate diuerſa eccleſie mē
bra. Unde. i. cor. x. ¶ Unus panis ⁊
vnum corpus multi ſumus. Actuū
.iiij. ¶ Multitudinis credentiū erat
cor vnū ⁊ aīa vna. ¶ Secundo prop
ter dignitatē. ꝙ ſicut ſine pane inops
eſt omnis menſa: ita ſine caritate cete
ra dona. Unde. i. cor. xiij. ¶ Si ling
uis hominū loquar ⁊c̃. ¶ Tercio ꝓp
ter delicioſitatē. ꝙ ſicut panis nunꝙ
faſtidietur. ita nec caritas. que quāto
plus habetur: amplius concupiſcit̃.
Unde eccl. xxiiij. ¶ Qui edūt me: ad
huc eſurient. Aug9. Quanto plus de
caritate loquor: tanto plus loqui deſi
dero. nulla res ardentior. nulla com

D

mendatior caritate. nihil dulcius pre
dicatur. nihil ſalubrius bib tur. dile
ctio dulce verbum: ſed dulcius factū
¶ Quarto ꝓpter effectum ꝙ caritas
ad modū panis reddit hoīnem viui
dum. fortem ⁊ leuē. Unde pſal. ¶ Pa
nis cor hoīs ↄfirmat.
De tercio. iij. Regū. xix. ¶ Reſpexit
helias: ⁊ ecce ad caput eius ſubcineri
cius panis. i. donuꝫ fortitudinis. qd̃
in conſideratione infirmitatis cuſto
ditur. ⁊ vas aque. ſ. menſura gratie. ⁊
ſurrexit ⁊ cōedit ⁊ bibit: ⁊ ambulauit
in fortitudine cibi illi9. xl. dieb9. ⁊. xl
noctibus vſqꝫ ad monteꝫ dei oreb: qd̃
interpretat̃ menſa. i. vſqꝫ in paradiſū
vbi comeditur panis glorie. De quo
Luce. xiiij ¶ Beatus qui manducat
panem in regno dei. Quilibet horuꝫ
dicitur panis vite: inquantum reficit
intellectum. fouet ad bene operādū.
ↄfortat ad perſeuerandū. panis intel
lectus inꝙ illuminat rōem ad clare
videndū. Hoc triplici pane cibauit
dominus beatū iohannem. Primo
intelligentia veritatis. ꝙ ei ſolum da
tum eſt enarrare de verbo eternitatiſ
Joh. i. ¶ In principio erat verbū ⁊c̃
Secundo dulcedie caritatis. Unde
⁊ tā dulciter de caritate diſſeruit. Le
gitur em̄ ꝙ ad omnem motū peduꝫ
ſuoꝝ dicebat ¶ Filioli diligite vos in
uicem. Interrogatus quare hoc ver
bo frequenti9 vteretur: ait. moris fu
iſſe ihesu xp̄i hunc ſepe iterare ſermo
nem. Tercio conſtantia fortitudinis
quia vſqꝫ ad ſenium in perfectiōe bo
norum opeꝝ perdurauit.
Sequit̃ de potu ¶ Aqua ſapīe ſaluti.
potauit il̓lū. Aq̄ iſta ē dulcedo diuīe
ↄtēplatōis q̄ ē ſpāle donū ſpūs ſancti

Hec aq̄ abluit a peccatis. refrigerat a
concupiſcentijs. fecundat in bonis o-
peribus. viuificat in preſenti per gra
tiam. in futuro per gloriam. Unde
Joh. iiij. ¶ Qui biberit aquam quā
ego dabo ei: fiet in eo fons aque ſalie
tis invitam eternam. q2 per gratiam
peruenitur ad gloriam. Proprietas
enī aque eſt ꝙ tantum aſcendere pōt
quantū deſcendit. Sic et gratia cum
de ſurſum ſit: ſurſum aſcendere facit.
Hec aqua vnicuiq3 creſcit ſcdm męſu
ram donationis eius. qui ſingulorū
vires nouit: et menſuras omnium cō
prehendit. Unde ezech. xlvij ¶ Ecce
aque egrediebantur a latere dextro et
menſus eſt cubitos mille. et tranſdux
it me per aquam vſq3 ad genua. et mē
ſus ē mille: et tranſduxit me per aquā
vſq3 ad renes. et menſus eſt mille. et ꝑ
duxit me ad torrentē quē non potui
pertranſire. Aque iſte a latere dextro
templi ad dextram deſcendunt. quia
per fidem ſacramentorum a xpī late
re perfluentium aqua dulcedinis di
uine deſcendit ad filios dextre. De
quibus eccleſiaſtici. x. ¶ Cor ſapiētis
in dextra eius: et cor ſtulti in ſiniſtra
illius. Sed quia fides ſine operibus
mortua eſt. Hec aqua peruenit vſq3 ad
talos: cū per obedientiam mandato
rum rectos greſſus facimus pedib9
noſtris. Pſal. ¶ Uiam mandatorum
tuorum cucurri et c. Item quia infir
ma ſunt opera que nō ſolidantur pa
tientia: procedit vſq3 ad genua: cū per
tolerantiam tribulationum viriliter
ſtamus. Jſaie. xxxv. ¶ Genua debilia
roborate. Unde qui genua flexerunt
ad aquam: de acie fuerūt expulſi. Ju
di. vij. Et quia eadē fortitudine in
nobiſipſis exercenda eſt contra illece
bras carnis pertingit vſq3 ad renes:
cum per mortificatōem voluptatum
fomes carnalis vel ex maxima parte
vel prorſus extinguitur. Unde dani
elis. iij. ¶ Angelus domini. i. gr̄a dei
excuſſit flammā ignis de fornace. id
eſt de carne. et fecit mediū fornacis
id eſt intimū cordis quaſi ventū ro
ris flantem. quia ex conſolatōne diui
na conſcientia tota refrigerat. poſtre
mo quia ſupereffluentem menſurā
leticie ſpiritualis ſola obtinz perfecta
mortificatō voluptatis. Poſt quar
tum millenariū in immenſum aqua
conſurgit. Primus millenarius per
tinet ad prudentiam fidei. Secun-
dus ad iuſticiam actionis. Tercius
ad magnitudinis conſtantiā. Quar
tus ad temperantiam caſtitatis.
Hec aqua dicitur de ſapientia ſalutis
ad differentiam carnalis ſapientie.
que mors eſt. Roma. viij. et ſapientie
mundialis: que ſtulticia eſt apud de
um. pri. ad corinth. ij. Eccl. xix. ¶ Eſt
ſollertia certa et ipſa iniqua. Unde cō
queritur dominus Jhere. ij. ¶ Me de
reliquerunt fontem aque viue. et fo-
derūt ſibi ciſternas diſſipatas que cō
tinere nō valent aquas. Hee aque de
fluunt in gehēnam: ſed aqua gratie
ſalit invitam eternam. Hac aqua do-
minus ſpecialiter beatum Johannē
potauit: quando ſupra pectus domi
ni in cena recubuit. Tūc enim de ple
no fonte ſapientiam hauſit. quā no-
bis dominus in euangelio eructauit
Unde de euangeliſtis ait pſalmiſta.
¶ Memoriam abundātie ſuauitatis
tue eructabunt.

De Innocentibz

¶ De innocentibus.
Apocalipſis.xiiij.

IN diebus illis · vidi
ſupra montem ſyon agnum
ſtātem .⁊ cum eo centū qua
draginta quatuor milia habētes no
men eius ⁊ nomē patris eius ſcriptū
in frontibus ſuis. Et audiui vocem
de celo tanꝙ vocem aquarum multa
rum.⁊ tanꝙ vocem tonitrui magni.
Et vocem quaꝫ audiui ſicut citbare
doꝝ citbarizantiū in citbaris ſuis .⁊
cantabāt quaſi canticuꝫ nouum ante
ſedem dei ⁊ ante quatuor animalia ⁊
ſeniores Et nemo poterat dicere can
ticū niſi illa centūquadragintaquatu
or milia qui empti ſunt de terra. Hij
ſunt qui cum mulieribus nō ſunt co
inquinati. virgines enim ſunt. Hij ſe
quuntur agnum quocunqꝫ ierit. Hij
empti ſunt ex hoibus primitie deo ⁊
agno. Et in ore ipſorum nō eſt inuē
tum mendaciū. ſine macula ſunt ante
thronum dei .

¶ Euangelium. Mathei.ij.

IN illo tempore · An
gelus dn̄i apparuit in ſom
nis ioſeph dicens. Surge ⁊
accipe puerum ⁊ matreꝫ eius: ⁊ fuge
in egiptum. ⁊ eſto ibi vſqꝫ dum dicā
tibi. Futurum eſt enim ut herodes
querat puerum ad perdendum euꝫ.
Qui conſurgens accepit puerū ⁊ ma
trem eius nocte: ⁊ ſeceſſit in egiptuꝫ.
⁊ erat ibi vſqꝫ ad obitum herodis ut
adimpleretur quod dictum eſt a do
mino per prophetam. Ex egipto vo
caui filium meum Tunc herodes vi
dens quia illuſus eſſet a magis: irat9
eſt valde. Et mittens occidit omnes
pueros qui erāt in bethleem ⁊ in om
nibus finibus eius a bimatu ⁊ infra
ſm̄ temp9 quod exquiſierat a magis
Tunc adimpletum eſt quod dictum
eſt per iheremiā ꝓphetam dicentem.
Vox in rama audita eſt ploratus et
vlulatus multus: rachel plorans fili
os ſuos. Et noluit conſolari quia nō
ſunt.

¶ Sermo decimuſſeptimus.

SPonſus ſanguinū tu
mihi es. Exod.iiij. Iſta ver
ba ſunt zephore ad moyſen
qn̄ circumcidit filium iuniorē. Spi
ritualiter aūt ſunt verba ecc̄e ad xp̄m
ꝯfitentis magnitudinē ſui amoris.
Sephora interpretatᷣ ſpiculans eū.
⁊ ſignat eccleſiā. cui ſponſus ait cant.
iiij. Vulneraſti cor meum ſoror mea
ſponſa vulneraſti cor meū in vno ocu
loꝝ tuoꝝ. ⁊ in vno crine colli tui So
ror dicitᷣ ꝓpter nature ꝯformitatem
Sponſa ꝓpter deſponſatōis fidem. ⁊
indiſſolubilē vnionem Hec bis vulne
raſſe dicitᷣ cor fratris ⁊ ſponſi. ſ. ſpicu
lo amoris ⁊ ſpiculo timoris. Unde ſe
quitᷣ. in vno oculoꝝ. i. in vno affectu
dilectionis. qui ē dexter oculus men
tis. qꝛ plus amat deus affect9 carita
tem: ꝙ intellect9 ſubtilitatē Unde ec
ci.xix. Melior ē hō qui deficit ſenſu i
timore ꝙ qui abundat ſenſu: ⁊ tranſ
greditur legem altiſſimi ⁊ in vno cri
ne colli tui . Crines ſunt cogitatio
nes: qui ad collum ſponſe vbi eſt iu
gum obedientie reducuntᷣ. ⁊ in vnū

B

crinem nodo timoris conſtringunt
quia ſemper obedientia in timoꝛe dei
nobis eſt in omnibus cogitanda. Un
de eccleſiaſtici. iij. ¶ Quod precepit ti
bi deus hoc cogita ſemper. Moyſes
interpretatur aſſumptus de aqua. ⁊ ſig
nat xpm̄ qui ſe propter nos educen
dos in aquas immerſit. Unde pſal
miſta. ¶ Intrauerunt aque vſqꝫ ad a
nimam meam. id eſt vſqꝫ ad moꝛtem
qua poſuit animam ſuam. Ab hijs
aquis aſſumptus eſt in ſua reſurre
ctione. quia reſurrexit impaſſibilis.
et ſpecialiter in aſcenſione: quando
aſſumptus eſt ad dexteram patris.

¶ Sed videndum eſt quare dica
tur ſponſus. ⁊ quare ſponſus ſangui
num. Sponſus dicitur. quia nimio a
moꝛe eccleſiam ſibi copulauit. Unde
Joh. iij. ¶ Qui habet ſponſam: ſpon
ſus eſt. Et primo deſponſauit eaꝫ per
verba de futuro in patriarchis ⁊ p
phetis. Unde dicit ozee. xij. ¶ In ma
nibus ꝓphetarum aſſimilatus ſum.
quia non ſolum verbis ſed etiā geſtis
hanc copulam deſignabant. ⁊ tunc ei
tradidit anulꝫ fidei: ut futuras nu
ptias firmiter expectaret.

Secundo cōtraxit cum ea per verba
de preſenti ſcilicet in angelica ſalutati
one. ⁊ in conſenſu virginis Marie.
quia conſenſus eſt cauſa efficiens ma
trimonij.

Tercio matrimoniuꝫ conſummauit:
quando humanitateꝫ noſtram ſibi v
niuit. ⁊ in die natiuitatis proceſſit tā
ꝙ ſponſus de thalamo ſuo. id eſt de
virginali vtero. Magno autem amo
re dilexit xpiſtus hanc ſponſaꝫ. quia
propter ipſam reliquit patrem ⁊ ma

C

trem: ut eſſent duo in carne vna. Re
liquit patrem. quia carne aſſumpta
quando apparuit in ea foꝛma in qua
equalis eſt patri. Unde dicit Ihere.
xij. ¶ Reliqui domum meam ſcilicet
patrem. quia filius eſt in patre. Un
de Joh. i. ¶ Unigenitꝰ eſt in ſinu pa
tris. Dimiſi hereditatem meam. ſcili
cet eccleſiam triumphantem quia nō
apparuit in mundo in ea foꝛma qua
ab angelis videtur in celo. Item reli
quit matrem ſcilicet ſynagogam de q̄
natus eſt ſm̄ carnem. Quod figura
tum fuit in hoc ꝙ aſſuerus repꝛoba
ta vaſthi coniunxit ſibi heſter que in
terpꝛetatur exaltata in populis. quia
xpus repꝛobata ſynagoga: copulauit
ſibi eccleſiam de gentibus cum dicit.
yſa. lx. ¶ Ponam te in ſuperbiam [popu]lorum. Gene. xxiiij. ¶ Intātum yſaac
dilexit rebeccam. id eſt xpiſti eccleſiā
ut doloꝛem qui ex morte matris id ē
ſynagoge acciderat temperaret. Fuit
autem cum ea in carne vna. id eſt cō
ſimili. quia aſſumpſit carnem eiuſdeꝫ
ſpeciei cum carne noſtra. Unde ber
nardus. Non trepides ad ipſum ve
nire. quia frater tuus eſt. caro tua. tē
ptatus per omnia abſqꝫ peccato: ut
miſericoꝛs fieret. Unde et aſſuerus
trepidanti heſter ait. Quid habes he
ſter: ego ſum frater tuus. noli timere
non morieris.

Nunc conſequēter videndum eſt qua
re dicatur ſponſus ſanguinum. Un
de ſponſus ſanguinum dicitur. quia
non auro neqꝫ argento dotauit ſpon
ſam ſuam: ſed ſanguine propꝛio mul
tipliciter fuſo. ⁊ ob hoc pluraliter di
citur ſanguinum: ut denotet plures

effuſiones. Septies enim fudit ſang
uinem ſuum. ſicut preſignatum eſt le
uiti. iiij. vbi precipitur ut ſacerdos tī
cto digito in ſanguinem vituli aſper
gat ſepties coram domino contra ve-
lum ſanctuarij.
Primo in circumciſione: in qua mul
tum cruoris effudit. Sic enim a pu
ericia factus eſt prodigus ſanguinis
ſui pro nobis.
Secundo in oratione quando factꝰ
eſt ſudor eiꝰ ſicut gutte ſanguinis de
currentis in terram: ut ex hoc ipſam
terram ſanctificaret.
Tercio in flagellorum ſuſceptōe: qui-
bus caro eius alliſa eſt: ⁊ ſanguis ef-
fuſus eſt: ita ꝙ adhuc columpna ad
quam ligatus fuit: indicia cruoris
oſtendit.
Quarto in ſpinarum coronatione.
Fuit enim corona illa de iuncis ma-
rinis: qui acuta cuſpide: caput illud
venerabile penetrantis cruoris inde
riuulos eduxerunt.
Quinto in manuum conclauatione.
ut ſic pre oculis haberet ſigna noſtre
dilectionis.
Sexto in pedum confixione: ut ſic oſ
tenderet quanto labore ouem erran-
tem queſierit.
Septimo in lateris apertōe: quo pa
tent viſcera miſericordie ſue quibꝰ cō
patitur infirmitatibus noſtris. Ecce
quantum dilexit eccleſiam: cui dotem
tribuit tam precioſam. ⁊ tam copioſā
Unde ephes. v. ¶ Xpriſtus dilexit ec
cleſiam. ⁊ ſemetipſum tradidit ꝓ ea.
ut illam ſanctificaret: mundans eam
lauachro aque ut exhiberet ſibi eccle
ſiam glorioſam non habentem macu
lam aut rugā: aut aliquid huiuſmo

di. Nota ꝙ conſtantinus leproſus
effectus deceptus fuit a ſacerdotibꝰ
ydolorum dicentibus ꝙ ſi mergere-
tur in ſanguinem puerorum innocē
tium mundaretur a lepra. Ipſi autē
decepti fuerunt. quia ſcriptum reppe
rerāt ꝙ lepra mundatur ſanguine in
nocentis. ⁊ intellexerūt hoc de lepra
corporali: cum tamen intelligatur de
lepra ſpirituali a qua ſolus xpriſti ſan
guis emundat. Uerum quia ſanguis
eius non ſolum eſt incitamentum a-
moris: ſed etiam exemplum virtutis.
videndum eſt quid in hijs nobis in
nuat faciendum. Sanguis circum
ciſionis a nobis exigit caſtitatem que
inſtar odoriferi balſami corpus con-
ſeruat incorruptum: ne carnis volup
tatibus conputreſcat. Unde de luxu
rioſis dicitur Iohel. i. ¶ Computru
erunt iumenta in ſtercore ſuo ⁊c.
Sanguis ſudoris exigit exercitatio-
nem corporis. Nam qui in labore ho
minum non ſunt: cum hominibus
non flagellabuntur: ſed cum demoni
bus. Unde de hoc dicitur eccleſiaſti
ci. vij ¶ Non oderis opera laborioſa
⁊ ruſticatōnem creatam ab altiſſimo
¶ Sanguis flagellorum exigit pec-
catorum ſatiſfactōnem: ut facias fru
ctus dignos penitētie: quatenus ma
iori ſatiſfaciat pena: qui grauiori de
cidit culpa. Unde deutronomij. xxv.
¶ Pro menſura peccati erit ⁊ plaga-
rum modus. Sanguis ſpinarum
exigit humilitatem: ut neq̧ de bonis
exterioribꝰ erigamur: neq̧ de interi-
oribꝰ. Unde Iob. x. ¶ Si iuſtus fu
ero non leuabo caput: ſcilicet ad ſuper
biam. ſicut nec publicanus ſaturatus
afflictione corporis ⁊ miſeria mentis

Que ſunt duplex materia humilitatiſ.
¶ Sanguis manuum exigit elemo
ſinarum elargitionem. ut non ſolum nõ
rapiamus aliena: ſed etiam propria
tribuamus. Unde eccleſiaſtici. iiij.
¶ Non ſit manus tua ad accipiendū
porrecta: ſed ad dandum collecta.
In ſignum huius dominus ait ha
benti manum aridam Mathei. xij.
¶ Extende manum tuam. vbi dicit
gloſa. Infructuoſe debilitas anime
nullo ordine melius curari poteſt:
ꝙ elemoſinarum largitione.
Sanguis pedum exigit ſtabilitatem
ut non ſolum interiores ſed etiam ex
teriores pedes clauo timoris domi
ni configamus ne circūferamur om
ni vento: vel a mundo. Unde eccleſia
ſtici. lxi. ¶ Confide in domino ⁊ ma
ne in loco tuo. Iheremie. xiiij. ¶ Po
pulꝰ iſte dilexit mouere pedes ſuos.
⁊ non quieuit: ⁊ domino non placu
it. ¶ Sanguis lateris exigit a nobis
compaſſionem: ut alienis condolea
mus miſerijs: maxime quando vide
mus iuſtos premi vel innocentes af
fligi. Unde dicitur Iob. xxx. ¶ Fle
bam ſuper eo qui afflictus erat: ⁊ cō
patiebatur anima mea pauperi. Itē
ij. ad corinth. xi. ¶ Quis infirmatur
⁊ ego non infirmor. Ubi dicit magi
ſter hugo de ſancto victore. Beata
anima que compaſſionez habere po
teſt. omnes patiuntur. pauci compa
tiuntur. pati poſſunt impij. compati
non niſi pij. Iheronimus ¶ Nunꝙ
vidi homines compaſſiuos malo fi
ne perire. Hac dote prouocata ſpon
ſa offert ſponſo ſimiliter dotem ſuaz
ſanguine ſanguinem compenſando
dicens ¶ Sponſus ſanguinuz tu mi
hi es. Hoc ex tuo cōiugio compellor
facere: ut ſanguinem filiorum effun
dam. Unde hodie ſanguinem inno
centium puerorum ſibi obtulit quez
gladius ſeuientis effudit.
Quatuor vero deſignantur nomini
bus.
Primo dicuntur innocentes: prop
ter innocentiam puerilis etatis. Nā
a bimatu ⁊ infra. id eſt a biennio vſ
qꝫ ad vnum diem occiſi ſunt propter
xpiſtum.
Secundo dicuntur martirum flo
res. ſicut dicit auguſtinus. quia ī me
dio frigore infidelitatis extortos vel
ut primos erumpentes eccleſie gem
mas quedam perſecutionis premia
detraxit.
Tercio dicuntur primitie agni quia
pro xpiſto mortui ſunt. id eſt vice
xpiſti: qui in ſingulis eorum crede
batur occidi.
Quarto dicuntur confeſſores infan
tes. quia non loquendo: ſed morien
do confeſſi ſunt preconium veritatis
Unde pſalmiſta ¶ Ex ore infātium
⁊ lactentium perfeciſti laudem prop
ter inimicos tuos ⁊c̄. Ubi notandū
ꝙ ſicut xpiſtus ut dictum eſt ſepti
es pro eccleſia ſanguinem fudit. Sic
eccleſia xpiſto ſanguinez ſuum obtu
lit in ſeptem perſecutionibus noui te
ſtamenti deſignatis in totidem perſe
cutionibus veteris teſtamenti.
Prima extitit iudeorum. De quibꝰ
ait canticorum primo ¶ Filij matris
mee pugnauerunt contra me Huius
caput fuit herodes qui fidelium ca
put. ſcilicet xpiſtum perdere attemp
tauit. ⁊ deſignata eſt in perſecutione
egiptiorum Nam ſicut illi filios iſra

H
bel multis doloribus afflixerunt. I
ta ⁊ iudei apoſtolos ⁊ alios in fide ge
neratos. flagellando. incarcerādo. in
terficiendo: multipliciter perſecuti
ſunt. Et ſicut ibi moyſes ⁊ aaron edu
xit filios iſrahel de egipto. Ita ⁊ hic
paulus et barnabas fidelem populū
de incredula ſynagoga. Unde dicūt
actuum. xiij. ¶ Nobis oportebat pri
mum loqui verbum dei: ſed quoniā
repellitis illud: etiam indignos vos
iudicatis eterne vite: ecce cōuertimur
ad gentes Sicut etiam ibi pugnauit
moyſes pro libertate populi iſrahelis
Ita ⁊ hic pugnauit paulus: ut ceſſa
ret ſeruitus legis. Unde ait ad gala
thas. v. ¶ In libertate vocati eſtis fr̄
tres ⁊c.

Secunda perſecutio extitit pugnato
rum huius caput fuit nero qui apo
ſtolorum principes interfecit. ⁊ deſi
gnata eſt in perſecutione chananeo
rum. Nā ſicut ibi multi reges inſur
rexerunt contra filios iſrahel. Ita et
hic contra eccleſiam ſucceſſiue multi
romanorum imperatores.

Primo ut dictum eſt nero.
Secundo domicianus.
Tercio troyanus.
Quarto anthoninus.
Quinto ſeuerus.
Sexto maximianus.
Septimo decius.
Octauo valerius cum galieno
Nono aurelianus.
Decimo dyocletianus.
Undecimo maxentius.
Duodecimo conſtantinus quo ad fi
dem conuerſo. pax eſt reddita xpi
ſtiano.

Tercia perſecutio fuit hereticorum:
deſignata in perſecutione ſyrorum.
quia ſicut ibi diuiſum eſt regnum iſ
rahel a regno iuda. Ita ⁊ hic ſecreta
hereticorum ab eccleſia catholica. De
quibus ait apoſtolus actuū. xx. ¶ E
go ſcio q̄ p9 diſceſſum meū intrabūt
in vos lupi rapaces lupi graues Lu
pi graues nominantur omnes infid
les heretici: qui grauiter ſanctam ec
cleſiam opprimunt ⁊ perſequuntur: q̇
ſine miſericordia rapere non deſinūt
¶ non parcentes gregi Et ex vobiſip
ſis exurgent viri loquentes peruerſa
ut abducant diſcipulos poſt ſe. // Hu
ius caput fuit conſtantinus aſſianus
qui cum ſucceſſoribus perfidie ſue:
vſq₃ ad tempora ſarracenorum affli
xit eccleſiam.

Quarta fuit perſecutio ſarracenorū
deſignata in libello aſſiriorum. Nā
ſicut ibi fuerunt filij prophetarum
ſolitariam vitam deducentes. Ita et
hic heremite virgines. ⁊ ſicut reges
aſſiriorum regnum ſamarie deſtrux
erunt. vndecim tribubus in captiui
tatem tranſlatis. Ita ⁊ gens impiiſſi
ma: plurimas grecorum eccleſias de
uaſtauit. ⁊ ex eo tempore greci a Ro
mana eccleſia ſunt diuiſi: licet tamen
deſint in eis reliquie querentes deū
in toto corde. Sicut ⁊ de reliquijs iſ
rahel a domino deo dictum eſt. iij.
Regum. xix. ¶ Reliqui mihi in iſra
hel ſeptem milia virorum: quorum
genua non ſunt incuruata ante baal.
Huius caput fuit coſdroe rex Perſa
rum. cuius regnum poſt paucos an
nos datum eſt in manu ſarracenorū.
ſecreta totum in partibus arabie con
debatur.

Quinta eſt perſecutio multitudinis

k

reproborum qui non ceſſant vicijs ⁊ corruptionibus impugnare electos tanq̄m babilon contra Iheruſalem ſpiritualem inſurgens: ut cogatur etiam dicere. ¶ Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Amara quidem fuit in nece ſanctoruȝ martirum. Amarior in conflictu falſorum fratrum. Hec deſignata eſt in perſecutione hereticorum. Sed amariſſima in perſecutione chaldeorum. qui grauius ceteris affixerunt iudeos. Ita ut paucos relinquerent in iudea quos non tranſtulerunt in babilonem. Ita etiam et nunc pauci euadunt: qui ſcilicet non ducantur in confuſione viciorum.

¶ Sexta perſecutio ſicut ait ioachim qui huiuſmodi perſecutiones deſcribit erit omnium reproboruȝ conſpirantium contra eccleſiam electorum Ita ut tam iudei ꝙ gentiles ſiue ſarraceni ſeu heretici. ac ſuperbi xpriſtiani inſurgant contra electos: ut ventilent eos cornibus ſuis: donec ſi fieri poſſit deleantur de terra. Et hoc ſub ſexto rege fiet. De quo dicitur in ſacra ſcriptura apocalipſis. xvij. ¶ Reges ſeptem ſunt. quinqȝ ceciderunt. ⁊ vnus eſt. ſcilicet ſextus ille eſt. ⁊ alius nondum aduenit. ſcilicet ſeptimus: qui futurus creditur antixpriſtus. qui cum venerit oportet illum breue tempus manere. De ſeptimo rege etiam dicitur danielis ſeptimo. ¶ Alius reſurget poſt eos: ⁊ ipſe potentior erit prioribus: ⁊ tres reges humiliabit. Et ſermones contra excelſum loquetur. Hec perſecutio deſignata eſt in perſecutione que continetur in li

L

bro Iudith ſub rege illo ſuperbiſſimo Nabugodonoſor: qui ſibi nomē diuinum arrogare preſumpſit. Et reſpiciet dominus de loco ſancto ſuo. ⁊ armabit electos ſuos in pugna. ⁊ ſuperabunt eos gladio oris ſui. ⁊ ſicut vetus babilon percuſſa fuit a Dario rege medorum. Ita in huius tempore percutienda eſt noua babilō ab eodem rege et complicibus ſuis. De quibus dicitur in apocalipſi decimo ſeptimo. ¶ Hij odient fornicariam ⁊ deſolatam facient illam ⁊ nudam. et carnes eius manducabunt. ⁊ ipſam in igne concremabunt. Hoc quidem factum eſt beſtia ſarracenorum cum regibus ſuis: que a facie xpriſti vincetur: ⁊ morietur: ut ſcilicet compleatur illud quod ſcriptum eſt apocalipſis decimoſeptimo. ¶ Beſtia quam vidiſti fuit ⁊ non eſt. ⁊ aſcenſura eſt de abiſſo. ⁊ in interitum ibit. ⁊ mirabūtur inhabitantes terram quorū non ſunt ſcripta nomina in libro vite a cōſtitutione mundi videntes beſtiam que erat ⁊ nō eſt.

Septimam perſecutionem factura eſt eadem beſtia rediuiua: que ⁊ rurſum poſt paucos annos vel dies aſcēſura eſt de abiſſo: hoc eſt de populo infideli. ⁊ rurſum collectis regibus multis pugnabit contra xpriſtum ⁊ ſeruos eius: maxime ad ſuggeſtionē alterius beſtie aſcendentis de terra: que dicta eſt pſeudo propheta. Apocalipſis decimonono. In qua pugna iuſti coronabuntur martirio. Unde ⁊ ibi rex noſter veſte aſperſa ſanguine indutus deſcribitur. Hic faciet ſigna magna. ſicut et Symon magus

in conſpectu Neronis. ⁊ ſeducet mlͭ
tos ſicut ipſe dominus ait Mathei. x
xiiij. ¶ Hee due beſtie ſimul erant cū
drachone diabolo. ⁊ procedent ad r̄
ges tocius terre ⁊ congregabunt e-
os in prelium ſub rege ſeptimo. De
quo dicitur Apocalipſis. xvij. ¶ Nō
duȝ venit. ⁊c̄. ⁊ Danielis. viij. Sur
get rex impudens facie ⁊ intelligēs
propoſitiones ⁊ roborabitur forti-
tudo eius. ſed non in viribus ſuis. ⁊
ſupra ꝙ credi pōt vniuerſa vaſtabit
⁊ proſperabitur ⁊ faciet ⁊ īterficiet
robuſtos ⁊ populum ſanctorum ſe
cundum voluntatem ſuam ⁊ dirige
tur dolus in manu eius. ⁊ cor ſuum
magnificabit ⁊ in copia rerum om-
niuȝ occidet plurimos. ⁊ contra pri
cipem principū conſurget ⁊ ſine ma
nu conteretur. ⁊ viſio mane ⁊ veſpe-
re que dicta eſt vera eſt. Et. ij. Thy.
¶ Lex tolletur ſuper omne ꝙ dicitꝰ
deus aut quod colitur hic prius ve
niet ꝙ deficiat ſexta
Petrus ſicut criſtus ſecutus eſt Jo-
hannem baptiſtam. ⁊ erit eis v otuȝ
vnum ad complenda opera patris
ſui. ſicut factum eſt Neroni ⁊ Sy-
moni mago vnum cor ad reſiſtendū
veritati quam annunciabant apoſto
li. hec perſecutio deſignata eſt in
perſecutōne que continetur in libro
heſtre. in qua fuit initium perſecuti
onis macedonū. fuit enim animi ſtē
ibi legitur. Macedo Sed dominus
rurſus vincet eos ⁊ gladio oris ſui
miſſis duabus beſtijs in caminum
ignis. Sicut dicitur Apocalipſis de
cimonono. Et conuertentur omnes
ad eum. Unde ⁊ ibi dominus ē rex
regum ⁊ dominus dominancium.
quia tunc poſitis inimicis ſub ſcabel
lo pedum ſuorum vere apparebit ꝙ
ipſe ſolus ſit dominus cui debetur ī
perium ⁊ ſublimis regni. Et hoc ē
ꝙ dicitur Danielis ſeptimo ¶ Ad iu
dicium ſedebit vt auferatur poten-
cia ⁊ conteratur ⁊ diſpareat vſqꝫ in
finem Regnum autem ⁊ poteſtas ⁊
magnitudo regni que eſt ſuper om-
ne celum detur populorum ſanctoꝝ
altiſſimi. cuius regnum ſempiternū
⁊ omnes reges ſeruient ei ⁊ obediēt
Ubi nota ꝙ ſicut criſtus vt dictum
eſt ſepties pro eccleſia ſanguinem ſu
um fudit Sic eccleſia pro criſto di
uerſis temporibus ſeptem genera ſā-
guinum obtulit
Pro ſanguine circumſionis obtulit
ſanguinem martiruȝ quos ab omni
culpa ⁊ pena martiriuȝ circumcidit
Unde auguſtinus Falſe martirij ō-
nia reſecat.
Quatuor nanqꝫ facit martiriū que
nominantur in hijs verſibus
Martirium fert aureolam. non trā
ſit in ignem
Auget virtutem. culpam tollit veni
alem
Pro ſanguine orationis offert ſan-
guinem penitencium. In quorum
perſona dicit pſalmiſta. ¶ Similis
factus ſum pellicano. ſolitudinis fa
ctus ſum ſicut nocticorax in domici
lio Vigilaui et factus ſum ſicut paſ
ſer. ⁊c̄ Pellicanus eſt auis egipcia
habitans in ſolitudine nili. qui fer
tur totidem pullos ſuos roſtro oc-
cidere eoſqꝫ per triduum lugere.
Deinde ſeipſuȝ vulnerat et aſperſiōe

ſanguinis eos viuificat. Pellicanus
ſignificat penitentez. ſolitudo eſt a ſe
cularibus ſeparatio. Unde Bernar
du. O anima ſola es fuge publicum.
quia verecundum habes ſponſū qui
nequaꝙ vult ſuaz indulgere preſen
ciam preſentibus ceteris. Hic roſtro
pullus occidit. quia cogitationes ⁊ o
pera ſua condempnat. vnde Job. xi.
Uerebar omnia opera mea ſciens
ꝙ non parceres delinquenti. ſuper
eos triduo deflet. quia quicquid co
gitatōne. locutione. opere male geſſit
lacrimis diluit. Sic pullos ſanguine
aſperſos viuificat dum carnis ⁊ ſan
guinis opera minuit ⁊ actus ſpiritu
ales conſeruat. Pro ſanguine flagel
lorum offert ſanguinem captiuoruz
quos ſaraceni ⁊ alij tyranni flagellis
⁊ innumeris malis affligunt. qui cū
apoſtolo dicere poſſunt. i. Corinthio
rum. iiij. Uſqꝫ in hanc horam eſu
rimus ⁊ ſitimus ⁊ nudi ſumus ⁊ co
laphis cedimur. Pro ſanguine capi
tis obtulit ſanguinem apoſtolorum.
quos in capite eccleſie poſuit. Unde
Apocalipſis. xij. Corona duodeciz
ſtellarum in capite eius de quibus
pſalmiſta Conſtitues eos pricipes
ſuper omnem terram. In iſtis fūda
ta eſt eccleſia. Unde dominꝰ ad Job
xxxviij. Ubi eras quando ponebā
fundamenta terre. Ob hoc de ipſis cā
tatur Iſti ſunt qui viuentes in carne
plantauerunt eccleſiam ſanguine ſuo
Pro ſanguine pedum offert ſangui
nem illorum qui pacientur tempore
anticriſti qui recte dicuntur pedes.
quia erunt vltima eccleſie membra.
De quibus Apocalipſis. i. Pedes
eius ſimiles aurocalco. ſicut in cami
no ardenti. Auricalcum dicitur qua
ſi auri calcatum propter vilitatem
⁊ ipſi tanꝙ viles conculcabuntur ⁊
tormentabuntur Unde Apocalipſis
decimo Et ciuitatem ſanctam cal
cabunt menſibus quadraginta duo
bus. quia ſicut ait dominus Mathei
xxiiij. Erit tunc tribulatio magna
qualis non fuit ab initio mundi vſqꝫ
modo. ⁊c̄. Pro ſanguine manuuz of
fer laborem actiuorum. qui vere di
cere poſſunt. vide humilitatem meā
⁊ laborem meum. ſcilicet mundi con
temptum ⁊ corporis cruciatum
Pro ſanguine lateris offert deuotio
nem contemplatiuorum quaſi gratū
holocauſtum. quorum corda quoti
die natant in ſanguine paſſionis. vn
de dicitur in ſacra ſcriptura Pulli
eius ſicut aquile lambunt ſanguinez
Job triceſimonono Sanguis iſte
eſt nutrimentum cordis Unde dici
tur in ſacra ſcriptura Sanguis me
us vere eſt potus. Johannis ſexto
Has oblationes ſpōſus eternꝰ accep
tat ⁊ tanꝙ gratiſſimas in cellario et
ne beatitudinis locat. ⁊c̄.

De eodem

Sermo decimuſoctauus

Flores apparuerunt
in terra noſtra. tempus pu
tationis aduenit. Canticoꝝ
primo. Hec autoritas feſto conue
nit hodierno quod floribus marti
rum eccleſia dedicauit In q̄ notat q̄
tuor circa illos. ſ. nouitas. in hoc ꝙ

A

ait flores. vite breuitas cuꝫ dicit. ap
paruerunt. Locus apparicionis cum
ſubdit In terra noſtra. Imminencia
paſſionis cum addit. tempus putati
onis aduenit. Licet innocentes deſcē
derunt in limbum inferni. cum non
dum aperta eſſet ianua celi. Eccleſia
tamen ſolemnizat pro eis. quoniaꝫ fu
erūt martires id eſt teſtes criſti. quē
non loquendo ſed moriēdo confeſſi
ſunt. quia mortui ſunt pro criſto
Martirium nanqꝫ idem eſt ꝙ teſti-
monium ſiue fidei ſiue iuſticie. Mul
ta enim ſunt genera martirum. ⁊ mľ
tis de cauſis aliquis fit martir
Primo cum patitur pro iuſticia ſic
Abel. de quo dicitur Mathei. xxiij.
A ſanguine abel iuſti. ⁊c̄. Ubi dicˀ
Auguſtinus ꝙ in abel triplex perfe
ctio fuit. ſcilicet virginitatis ſacerdo
cij ⁊ martirij
Scđo cū patitur pro lege. ſic macha
bei. pro quibuſlibet qui paſſi fuerūt
ante incarnatioem agit feſtum eccle-
ſia. quia ſicut ait Bernardus Quod
negauit eis tempus conceſſit forma
martirij quando eo modo paſſi ſunt
quo ⁊ martires noui teſtamenti. paſ
ſi ſunt enim illi ne tranſgrederentur
legem. ſicut ⁊ iſti ne agnitaꝫ negarēt
fideꝫ. Alia cauſa eſt fides reſurrecti
oniſ qm̄ aptiſſime teſtati ſunt.
Tercio cum patitur pro criſto. id eſt
vice criſti ſicut innocentes In quoꝝ
ſingulis criſtus putabatur occidi. ꝙ
tunc cum ad inferos deſcenderunt
cantica leticie ſubcicentur
Quarto cum patitur pro fide criſti
ſicut beatus Stephanus ⁊ alij mar-
tires noui teſtamenti. quia paſſi ſūt
propter teſtimoniuꝫ rei geſte. ſcilicꝫ

B

incarnationis ⁊ aliorum articulorū
fidei criſtiane de quibus multi du-
bitauerunt. Ideo ad certificandum
de huius veritate neceſſe fuit addu
cere teſtes. Quatuor enim ſunt neceſ
ſaria vt aliquis proprie dicatˀ mar-
tir. ſcilicꝫ voluntaria ſuſtinencia paſ
ſionis. Puritas conſciencie. Boītas
anime ⁊ temps gracie. Unde quidā
Cui paciencia. mens conſcia. cōgrua
cauſa. // Tempus ⁊ affuerit. hic be-
ne martir erit.
Quinto cum patitur pro libertate
eccleſie. ſicut beatus thomas Cantua
rienſis. Eque enim defendenda eſt
eccleſiaſtica libertas vt fides. Unde
beatus Ambroſius ait imperatori.
Si rapis. ſi deuoras. ſi accipis ſuſti-
nendo. Si autem extendas manum
in ſanctuarium dei ibi me inuenies
ſacerdotem
Sexto cum patitur pro aſſertione
veritatis. ſicut Ieremias ⁊ Iſaias
Septimo cuꝫ patitur pro redargu
tione iniquitatis. ſicut beatus Iohā
nes baptiſta.
Octauo cum patitur ex ſolo motu
caritatis. ſic criſtus deus noſter pro
redemptione humani generis Uñ
Canticorum quinto Dilectus me
us candidus ⁊ rubicundus In hoc
ꝙ ait. dilectus notat radicem mar-
tirij. ſcilicꝫ caritatem. In hoc ꝙ ait
candidꝰ notat puritatem mentis ⁊
corporis. In hoc ꝙ ait rubicundꝰ.
tollerancią paſſionis. Cōparantˀ aūt
innocētes floribꝰ ꝓpter quatuor
Prio ꝓpter angelicā puritatē. ꝙ im
munes ab oī iquinamēto mētis ⁊ cor-
porī extiterūt. vñ Apo. xiiij. Hij ſūt
qui cū mľieribꝰ nō ſunt coinquinati

C

virgines enim ſunt Bernardꝰ. Sto
la caritatis ſtola caſtitatis mortem il
lius vendicat regionis in qua neqꝫ
nubent neqꝫ nubentur. preſens quo/
dammodo in terris experienciaꝫ ge/
rit conuerſationis celeſtis
Scđo propter pulchritudineꝫ quia
criſto qui eſt flos florum primo aſſi
mulari meruerunt. Unde hij ſequū
tur agnum quocunqꝫ ierit. aſſimulā/
tur illi in candore innocēcie ⁊ in paſ
ſionis rubore. ſicut de eo dicitur Can
ticorū. v. ¶ Dilectus meus candidꝰ
⁊ rubicundus
Tercio propter anterioritatem. quia
ſicut flores fructus preueniūt. ſic ⁊
iſti alios martires preuenerunt. pri/
mi enim pro criſto. id eſt vice criſti
ſanguinem ſuum fuderunt. Unde
hij empti ſunt ex omnibus primicie
deo patri ⁊ agno id eſt filio vt confi
terentur eum premoriendo pro eo.
⁊ in ore ipſorū nō ē inuentū mēdaciū
Unde pueri poſſunt laudare illum
Eccleſiaſtici. xv. ¶ Non eſt ſpecioſa
laus in ore peccatoris. Empti auteꝫ
dicuntur non alio precio niſi ſangui/
ne criſti. qui tam propter precedētes
ꝙ propter ſequentes fideles effectꝰ
eſt. ſicut et res aliquando emitur pri
uſꝙ precium ſoluatur
Quarto propter odorem. quia ſicut
faſcilus redolens meruerunt apponi
in conſpectu domini. Unde ſine ma
cula ante thronum dei ſunt. ⁊ de ipo
dicitur hebreos. ix. ¶ Apparuerunt
vultui dei. ⁊c̄. Flores iſti apparuiſſe
dicuntur. ꝙ modicuꝫ in hac vita fu
erunt. ſicut res que mox vt apparet
ſtatim diſparet. Apparuerunt autem
ad tria

P

Primo ad purum nuper nati hono
rem. Unde beatus maximus ait Cū
cta que ſunt in celis terriſqꝫ plurima
domino dona deferunt. offertur eñ
illi gloria per angelos. claritas per
ſtellam. ſimplicitas per paſtores. reli
gio per magos. inocēcia per pueros.
Scđo ad noſtram vtilitatem vt ſic
innocenciam quam ipſi habuerūt ꝑ
etateꝫ ſtudeamus acquirere per vir
tutem. vnde paruulus qui natus eſt
nobis q̄ſi in exemplū eos proponēs
ait. Mathei. xviij. ¶ Niſi conuerſi fu
eritis ⁊ efficiamini ſicut paruulus il
le. ⁊c̄.
Tercio ad herodis confuſionem qui
omni belua truculētior. pueris lactā/
tibus non pepercit. cum etiam de le
one dicatur ꝙ pueris paruulꝰ parcit.
Similiter ad deteſtationem illoruꝫ
qui herodiāe malicie ſectatores pau
peres ⁊ humiles perſecuntur. Unde
Eccleſiaſtici. xiij. ¶ Paſcua diuitum
pauperes. Ubi autem apparuerunt
notatur cum dicitur In terra noſtra
ſcilicet bethleem quam rex noſter ꝓ
pria natiuitate conſeruauit. ſicut pre
dictuꝫ fuerat Michee. v. ¶ Tu beth
leem eufrata. ⁊c̄. Sed vtinam in ter
ra mentis noſtre appareant flores in
nocencie in quibus paruulus noſter
delectatur. Unde Bernardꝰ Amat
florigeram patriam flos de radice
ieſſe. Et libenter inter lilia paſcitur.
flos campi ⁊ lilium conuallium.
Sed ve illis quorum terra adhuc
poſſidet̄ ab hoſte. vt nec flores inno
cēcie. nec germē operatōis bone i ea
valeat apparere. ymmo ſi quid boni
fuerat extirpꝫ ⁊ radicitꝰ euellere cu
ret. Iuxta illđ. Trene. i. ¶ Manū ſuā

E
miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia
eius. Johenis.ij. ¶ Quaſi ortus vo/
luptatis terra coram eo ⁊ poſt illum
ſolitudo deſerti Tales digni ſunt la/
mentatione prophetica. Baruch.iij
¶ Quid eſt ꝙ in terra inimicorū es
per ſtatum peccati. Ecce magna ſtul
ticia inter hoſtes capitales libenter
conuerſari. Inueteratus es in terra
aliena per conſuetudinem. Ecce ma/
gna obliuio. nec in ſenectute patris ⁊
patrie recordari. Coinquinatꝰ es cū
mulieribus per adulterationem.
Unde Mathei quinto ¶ Dimittite
mortuos ſepelire mortuum. vbi dicͭ
Gloſa mortui mortuū ſepeliunt cū
peccatores peccatorem ore adulatio
nis premunt. Ecce magna inſenſibi/
litas ꝙ homo iuuenis ſe permittit i
tumulari nec clamat. Deputatus es
cum deſcendentibus in infernū per
deſperationem. Ecce magna amēcia
inexhauſtum fontē miſericordie de
ſiccare. Auguſtinꝰ. Maior eſt dei mi
ſericordia ꝙ ſit noſtra miſeria.
Sequitur tempus putationis adue
nit. ꝙ mox in ipſos gladius herodis
deſeuit vt inter hos florē extingue/
ret ſingularem qui de ſe ait Cantico.
v. ¶ Ego flos campi qui ab oībus
fidelibus pōt carpi. non ſic de flore
orti. ſed illum non tetigit. quia a fa/
cie illius in egiptum fugit. ⁊ iſtis nō
obfuit. quia ille pro quo occiſi ſunt e
os collegit ⁊ inde ſibi coronā contex
uit glorioſam. Scitis nanqꝫ ꝙ puri
libenter flores colligunt ⁊ inde ſibi
ſertum componunt. Eodem modo
fecit puer qui natus eſt nobis. vnde
dicitur in ſacra ſcriptura ¶ Dilectus
meꝰ deſcendit in ortum ſuum ad au

F
reolam aromatum vt paſcatur in or
tis. ⁊c. Canticorū. primo. Et nota ꝙ
ſicut dictum eſt dominus in natiui
tate habuit coronam de floribꝰ. In
predicatione vero coronam de lapi
dibus precioſis. vn̄ pſalmiſta ¶ Po
ſuiſti in caput eius coronam de lapi
dibus precioſis. vbi gloſa dicit ꝙ in
principio ſermonis eius ambierunt
eum lapides precioſi. ⁊ apoſtoli qui
ſunt duodecim lapides in rationali
iudicij. Exodi. xxviij. ⁊. xij ¶ Funda
menta ſpiritualis edificij. ꝙ circūde
derunt eum iudei ſpina corona deſi
gnata. Apocalipſis. xij. In paſſiōe ha
buit coronā de ſpinis. quia circum
dederunt eum iudei in corona ſpi/
nea deſignati. Unde dicitur in ſacra
ſcriptura ¶ Egredimini filie ſyon.
id eſt anime debilitate quibus nihil
eſt fortitudinis ⁊ videte regem ſalo
monē in dyademate quo coronauit
eum mater ſua. Canticorum. vi. vbi
dicit Bernardus O regē O dyade
ma mater ſynagoga non matrem ſe
exhibens. ſed nouercam. regem nr̄m
corona ſpinea coronauit. pudeat mē
bra ſectari gloriam quibus caput tā
inglorioſum exhibetur. pudeat ſub
ſpinato capite membrū fieri delica
tum ¶ In reſurrectione habuit co
ronam de auro terreſtri. id eſt de fi
de credencium populorum. Unde
dicitur i ſacra ſcriptura ¶ Sume a
tranſfiguratione argentum ⁊ aurū
id eſt fidem ⁊ caritatem. Aurum eſt
ſpecies metallorū. ⁊ facies coronas
⁊ pones in capite iheſu filij ioſedech
⁊c. zacharie. vi. Quia omnem glori
am honorem ⁊ virtutem deo debe
mꝰ attribuere ſicut de ſanctis dicitͬ

Apocalipſis.iiij ¶ Mittebāt coronas
ſuas ante thronum dei.⁊c̃. Inde eſt
quod in tempore reſurrectionis can
tat eccleſia Filie iheruſalem venite ⁊
videte martirem id eſt criſtum cum
coronis quibus coronauit eū domi
nus. In aſcentione vero ſuperpoſita
fuit ei corona de auro celeſti.de quo
Apocalipſis.xxi ¶ Ipſa ciuitas erat d̄
auro mundo.⁊ ita ſimul ex auro ter
reſtri ⁊ celeſti confectum eſt ineffa/
bile dyadema.id eſt duplex corona.
quia ſicut eccleſia militans ambit eū
per fidem ſic et eccleſia triumphans
per ſpeciem.vnde Pſalmiſta ¶ Glo/
ria ⁊ honore coronaſti eum domine
Gloria.in redemptione omniū. De
qua dicitur Iſaie.xlij. ¶ Gloriā me
am alteri non dabo.Honore in ſubie
ctione angelorum De qua dicitur
Epheſios.i. ¶ Conſtituit eum ad de
xteram ſuam in celeſtibus ſupra om
nem principatum ⁊ poteſtatē ⁊ vir
tutem et dominationem et omne no
men qd̄ noiatur:non ſolū in hoc ſe
culo.ſed etiam in futuro.et ſubiecit
omnia ſub pedibus eius.⁊c̃.

¶ Domica infra octauā natiuitatis
Ad Galatas.iiij.

Fratres Quanto tem
pore heres paruulus eſt ni
hil differt a ſeruo cū ſit do
minus omnium.ſed ſub tutoribus ⁊
actoribus eſt vſq; ad prefinitum tē/
pus a patre. Ita ⁊ nos cum eſſemus
paruuli ſub elementis huius mūdi
eramus ſeruientes.At vbi venit ple/
nitudo temporis miſit deus filium
ſuum natum ex muliere factum ſub
lege.vt eos qui ſub lege erāt redime/
ret.vt adoptionem filiorum dei reci
peremus Quoniā autem eſtis filij
dei miſit deus ſpiritū filij ſui in cor
da veſtra clamantem. Abba pater.
Itaq; iam non eſt ſeruus ſed filiꝰ.q2
ſi filius ⁊ heres per deum.

¶ Euangelium Luce.ij.

In illo tempore.Erāt
ioſeph ⁊ maria mater iheſu
mirantes ſuper hijs que dicebantur
de illo Et benedixit eis ſymeon.⁊ di
xit ad mariam matrē eius.Ecce po
ſitus eſt hic in ruinam ⁊ in reſurre/
ctionem multorum in iſrahel Et in
ſignum cui contradicetur Et tuam
ipſius animam pertranſibit gladius
vt reuelent̄ ex multis cordibꝰ cogi/
tatōes.Et erat ibi anna ꝓphetiſſa fi/
lia phanuel de tribu aſer Hec ꝓceſſe
rat in diebus multis ⁊ vixerat cū vi
ro ſuo ānis.vij.a virginitate ſua Et
hec vidua erat vſq; ad.lxxxiiij ānos.
q̄ nō diſcedebat de tēplo.ieiunijs ⁊
obſecrationibus ſeruiens deo die ac
nocte Et hec ipā hora ſuperueniēs
ꝯfitebatur dn̄o ⁊ loq̄batur de illo ō
nibꝰ qui expectabant redēptionem.
iſrahel.Et vt perfecerūt oīa ſcd̄m le
gē dn̄i.reuerſi ſunt in galileā in ciui/
tatē Nazareth.Puer aūt creſcebat ⁊
ꝯfortabat̄ plenus ſapiencia. Et gra
cia dei erat in illo

¶ Sermo.xix. De euangelio

Ecce poſitus eſt hic in
ruinā ⁊ in reſurrectōnē mł
torū in iſrahel ⁊ in ſignum
cui ꝯtradicet̄. In verbis iſtis pre/
dic̄ beatus Symon tria q̄ dn̄s ope/
rat̄ in nobis Quoꝝ primū eſt vicio
orū deſtructō.
Scd̄m eſt virtutum conſtructio

A

Terciuꝫ eſt temptationuꝫ impugnatio

Primum notatur cum dicit. Ecce hic poſitus eſt in ruinam. id eſt vt reatꝰ diluat. ⁊ quicquid male contra deuꝫ erectum fuerat diſſipet ⁊ diſperdat. Unde yſaias. xix. ¶ Ecce dominus aſcẽdit ſuper nubeꝫ leuem id eſt aſſumet carnem a peccatis inmunem. ⁊ ingredietur egiptum. id eſt hunc mundũ vicijs tenebroſum ⁊ mouebuntur ſimulachra egipti a facie eius. id ẽ vicia ⁊ peccata quibꝰ humana natura erat ſubiecta. vnde ad preſenciam arche dagon corruit pronus in terraꝫ primo Regum quinto. Hoc etiaꝫ figuratum eſt Joſue ſexto. vbi dicit ꝙ in ſeptimo circuitu arche muri ihe-rico corruerunt. Jericho interpretatur luna ⁊ ſignat corpus noſtrum

Nam ſicut luna illuminatur a ſole. ita ⁊ corpꝰ a ratione ¶ Item ſicut luna obſcuratur quociens inter eam ⁊ ſolem moles terre ſe obicit. Jta ⁊ caro noſtra cuꝫ minus obediens eſt racioni terrenis rebus obſcurata ſordeſcit. Muri eius ſunt vicia quibus ipſa male erigitur contra deum. vnde dicitur Job decimoquinto ¶ Cucurrit aduerſus deum erecto collo ⁊ pingui ceruice armatus eſt. Bernardus Exurgat deus ⁊ cadat armatus iſte cadat ⁊ conteratur Jnimicus homo eſt contemptor dei amicus ſui ⁊ ſeruus diaboli. Archa ſignat criſtuꝫ in quo ſunt omnes theſauri ſapiencie ⁊ ſciencie abſconditi

Primus circuitus eius eſt conſideratio incarnatõis qua altitudo celi humiliauit ſe ad formam ſerui. ⁊ filius dei filius fabri voluit reputari ⁊ dici.

B

hic deſtruit ſuperbiam vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram. Yſaye ſecundo ¶ Jncuruabitur altitudo virorum

Secundus conſideratio natiuitatis in qua celi ⁊ terre domino non erat locus in diuerſorio. ⁊ ille cuius ẽ terra ⁊ plenitudo eius vilibus pannis inuoluitur ⁊ in preſepio reclinatur. hic deſtruit auariciam. vnde Corinthios. viij ¶ Scitis graciam domini noſtri iheſu criſti. quoniam propter nos egenus factus eſt cum eſſet diues. Bernardus. Uere magna abuſio ⁊ nimis magna. vt diues velit eẽ vermiculus propter quem pauper fieri voluit deus ſabaoth ⁊ dominꝰ maieſtatis

Tercius conſideratio circumciſſionis quã voluit ſuſtineri in illo mẽbro afflictionem Jn quo primum prothoplaſtus ſenſit inordinationem. Hic deſtruit luxuriam que vinci nõ poteſt niſi homo mortificet carnem ſuam. Unde mathei. xvi. ¶ Hoc genus demoniorum nõ eijcitur niſi in ieiunio ⁊ oratione

Quartus eſt conſideratõ baptiſmati. quia non ſolum baptiſmum Johannis approbauit. ſed etiam ſuſcepit ipſuꝫ ꝙ ad turbas multipliciter cõmendauit. Hic deſtruit inuidiam que tabeſcit propter aliorum famaꝫ. Sapiencie vi. ¶ Neqꝫ cũ inuidia tabeſcente iter habebo. quoniam talis homo nõ erit particeps ſapiencie. i. xpi

Quintꝰ eſt cõſideratio ieiunioꝝ quibus ſe. xl. diebꝰ cõtinuiſ macerauit. ⁊ cũ eſuriet: etiã ab eſu panis abſtinuit Hic deſtruit gulam per quam primus hõ paradiſi perdidit gloriam,

C

luce.xxi.¶ Attendite vobis ne forte
grauẽtur corda vestra in crapula ⁊ e
brietate

Sextus eſt conſideratio laborũ qui
bus ſtrenue officiũ ſuũ exercuit. di
ſcurrendo vigilando predicãdo. hic
deſtruit accidiam. vnde poeta. Cogit
magnos tollerare labores. ſũma du-
cis virtus. Johannis.xx.¶ Infer di
gitum tuũ huc ⁊ vide manus meas
⁊c̃. pſ.¶ In factis manuum tuarũ
meditabar

Septimus eſt conſideratio paſſionũ
ſcilicet conuiciorum ſputorum cola-
phorum flagellorum ⁊ clauorũ. in
quibus omnibus quaſi agnus coraꝫ
tondente ſe obmutuit ⁊ non aperuit
os ſuum. hic deſtruit iram qui nul-
lam ſinit ſuſtinere iniuriam. Jacobi
primo¶ Ira viri iuſticiam dei non
operatur. Bernardus. Quid irrita-
ris. quid inflammaris ad verbi fla-
tum quod nec carnem vulnerat. nec
inquinat mentem. Ad hos circuitus
muri corruunt viciorum. Unde au
guſtinus Que ſuperbia ſanari poteſt
ſi humilitate filij dei non ſanatur
Que auaricia ſanari poteſt ſi pauper
tate filij dei non ſanatur. Que iracũ
dia ſanari poteſt ſi paciencia filij dei
non ſanatur O medicinã omnibꝰ cõ
ſulenteꝫ. omnia tumencia conprimẽ-
tem. omnia tabeſcencia reficientem.
omnia ſuperflua reſecantem. omnia
neceſſaria cuſtodientem. omnia per-
dita reperientem. omnia deprauata
corrigentem ¶ Sed notandum ꝙ
deſtructis muris Jericho interpre
tatus eſt dominus. maledictus qui r̃
edificauit ruinas. In primogenito
ſuo fundamenta illius iaceat. ⁊ in no

D

uiſſimo liberorum ponat portas eiꝰ
de primogenito fundamẽta iacit qui
propter amicicias carnis timoreꝫ dĩ
qui eſt initium ſapiencie dei perdit.
In nouiſſimo portas ponit qui ad
extrema vite veniens ſpem ſalutis a-
mittit. Prouerbiorum.xi.¶ Mortuo
homine impio nulla erit vltra ſpes.
Secundũ notatur cum dicit. In re
ſurrectione multoꝫ in iſrahel. hec
eſt reſurrectio glorie. de qua Apoca
lipſis.xx.¶ Beatus ⁊ ſanctus qui hꝫ
partem in reſurrectione prima. Sic
enim duplex eſt mors. ſcꝫ mors aĩe
per ſeparationeꝫ a dõ. ⁊ mors corpo
ris per ſeparationem ab anima. ⁊ ita
duplex reſurrectõ. ſcꝫ anime ⁊ corpo
ris. Reſurrectionem anime operatꝰ
eſt criſtus in primo aduentu Reſur
rectionem corporis perficiens in ſe-
cundo. ⁊ ſicut corpus in reſurrectõe
ſua vitam ⁊ ſenſum recipiet. Ita ⁊ aĩ
ma in reſurrectione recepit cognitio
nem ⁊ dilectionem. Dei cognitio eſt
vita. vnde Johannis.xvij.¶ Hec eſt
vita eterna vt cognoſcant te ſoluꝫ de
um. ⁊c̃. Sapiencie.xv.¶ Noſſe te con
ſummata iuſticia eſt. ⁊ ſcire iuſticiaꝫ
⁊ virtutem tuam radix immortalita
tis eſt dilectio aut ſenſus. vnde. Sa-
piencie primo ¶ Sentite de domio
in bonitate id eſt timore cordis affe
ctu eum diligite propter bonitatem
ſuam. quia bonum eſt ſecum eſſe. ⁊ ſi
cut quinqꝫ partitus ſenſus carnales.
Ita ſpirituales. videlicet in mundo
corde videamus deum. ⁊ audiamꝰ
quid nobis loquatur. ⁊ odoremꝰ bo
num odorem criſti ⁊ guſtemus quã
ſuauis eſt dominus ⁊ palpemus de
verbo vite cum bono iohanne. In

E

Quo ſm ſe nulla eſt aſperitas:ſed om-
nis manſuetudinis eſt leuitas. Uiui
ficat autem nos tribus. Uerbo. Un
de Johannis.v.dicit. ¶ Uenit hora
⁊ nunc eſt quando mortui audiēt vo
cem filij dei.⁊ qui audierint viuent
Item ſpiritu ſancto. Unde Johā.vi
Spiritus eſt qui viuificat. Roma.i.
¶ Caritas dei diffuſa eſt in corpori
bus noſtris per ſpiritū ſanctū ⁊c. I
tem ſacramento. ſcilicet corpore ſuo.
Unde Joh:vi. ¶ Si quis manduca
uerit ex hoc pane viuet īneternū.
Tercium notat̃ cum dicit ¶ Et in ſi
gnum cui contradicetur. Mox ut cri
ſtus in nobis incipit habitare:malig
ni ſpūs querunt eum extinguere ⁊ p
poſitum boni operis impedire.qđ ſi
gnatum eſt.iij. Regum.v.vbi dicit̃
¶ Audierūt philiſtei ꝙ vnxiſſet dñs
dauid regem ſuper iſrahel ⁊ aſcende
runt vniuerſi ut quererēt dauid. Si
militer apoca.xij ¶ Draco ſtetit ante
mulierem que paritura erat:ut cum
peperiſſet filium eius deuoraret.
Ubi notandum ꝙ xp̄s multiplicitet
poſitus eſt in ſignū. Et primo poſitꝰ
eſt in preſepio in ſignuꝫ paupertatis
⁊ humilitatis. Unde Luce.ij ¶ hoc
nobis ſignum paupertatis ⁊ humili
tatis inuenietis infantē pannis inuo
lutum ⁊c. huic ſigno contradicunt
ambicioſi.de quibꝰ Math.xxiij. ¶ A
mant priores recubitus in cenis ⁊c.
Bernardus. In ſignū poſiti ſunt pā
ni tui domine ihesu:ſed hoc ſignum
cui a multis vſqꝫ hodie ꝯtradicit̃
Secundo poſitus eſt in gremio vir-
ginis. in ſignum puritatis ⁊ caſtitatꝭ.
Unde yſa.vij. ¶ Dabit dominꝰ ipſe
vobis ſignum.ecce virgo ꝯcipiet ⁊c.

F

huic ſigno cōtradicunt impuri. De
quibus iohelis.i. ¶ Computruerūt
iumenta in ſtercore ſuo.
Tercio poſitus eſt in cruce.in ſignuꝫ
patientie ⁊ obedientie. Unde tren.iij
¶ Tetendit arcum ſuum.ſ.populum
iudaicum qui ꝯuerſus eſt in arcuꝫ pra
uuꝫ.⁊ poſuit me quaſi ſignū ad ſagit
tam:qđ non mouetur licet nō percu
tiatur. huic ſigno contradicūt delica
ti:qui dicunt Job.vi. ¶ Nec fortitu
do lapidū fortitudo mea eſt.
Quarto poſitus eſt in ſepulchro.in ſi
gnum pacis ⁊ quietis. Unde math.
xij. ¶ Sicut fuit ionas ⁊c. huic ſig-
no contradicunt ꝯtentioſi. De quibꝰ
Jaco.iij. ¶ Ubi zelus ⁊ contentio:ibi
incōſtantia:⁊ omne opus prauū.
Quinto poſitus eſt in celo: in ſignuꝫ
dominationis ⁊ victorie. Unde apo-
ca.iij. ¶ Qui vicerit:dabo ei ſedē me
cum ⁊c. huic ſigno contradicunt iu
dei ⁊ infideles dicētes Lu.xix. ¶ No
lumus hunc regnare ſuper nos
Sexto poſitus eſt in corde fidelium
in ſignum diſtinctionis: quo diſtin-
guitur familia dei a familia dyabo-
li. Unde pſalmiſta ¶ Signatum eſt
ſuper nos lumen vultus tui domine
Canticorum vltimo ¶ Pone me ut ſi
gnaculum ſuper cor tuum per vigo-
rem cogitationum.ut ſignaculum ſu
per cor tuum: per bonam operatio-
nem. huic ſigno contradicūt qui per
peccatum in ſe gratiam deſtruunt.
Unde dicitur Job.xxiiij. ¶ Ipſi fue
runt rebelles luminis. Tria faciūt
precipue xp̄iſtuꝫ habitare in nobis
ſcilicet caſtitas.paupertas.humilitas
De quibus Luce.ij ¶ Inuenietis in
fantem.ecce caſtitas.pānis inuolutū

G

ecce paupertas.poſitum in preſepio.
ecce humilitas.Caſtitati contradicit
caro:quaꝫ iuſtus ſuperat:delicias cō
temnendo. Unde gene.xxxix.ioſeph
egiptie comprehendenti ſe. id eſt car
ni.reliquit palliuꝫ.id eſt ſuperfluita
tem deliciarum.Paupertati contra-
dicit mundus.quem iuſtus vincit tē
poralia fugiendo. Unde math.xiiij.
¶Adoleſcens relicta ſindone nudus
profugit ab eis Humilitati contradi
cit dyabolus. Unde orat iacob geñ.
xxxij. ¶Domine qui dixiſti.reuerte
re in terram natiuitatis tue:erue me
de manu fratris mei eſau.id eſt a ſu
perbia que maxime inſidiatur homi
ni ad patriam redeunti . quia etiam
inſidias ponit in operibus bonis.E
ſau.id ē dyabolus frater noſter crea
tione.Ubi iob.xl.¶Ecce behemoth
quem feci tecum.Has contradictões
gratia dei repellit.Unde puer.xviij
Contradictões comprimit ſors.Un
de ꝛ heſter vltimo legitur ꝙ mardo
cheus inſtituit feſtum ſortium. Hoc
feſtum celebrat quiſquis pro collatiſ
beneficijs ꝛ ſuperatis vicijs.in grati
arumactione domino vacat. Unde
bernardus¶Quotiens temptatio ſu
peratur.aut vicium ſubiugatur.aut
imminens periculuꝫ declinatur.aut
laqueus inſidiantis deprehenditur.
aut moroſa ꝛ inueterata quecunqꝫ ai
me paſſio ſemel perfecteqꝫ ſanatur .
aut multum diuqꝫ petita ꝛ ſepius pe
tita virtutis: tandem aliquando dei
munere obtinetur. quid niſi totiens
iuxta ꝓphetaꝫ perſonat gratiarumac
tio ꝛ vox laudis.ꝛ ad ſingula queqꝫ
beneficia benedicitur deus in donis
ſuis: alioquin ingratus reputabitur

N

cum diſcutio venerit qui non poterit
deo dicere Cantabiles mihi erant iu
ſtificationes tue .

¶In die circumciſionis domini
Epiſtola Ad titum.ij.

Hariſſime. Apparuit
gratia dei ſaluatoris noſtri.
ꝛc.ut ſupra in die natiuitatis.

¶Euangelium Luce.ij.
In illo tēpore. Poſt
ꝙ conſummati ſunt dies octo
ut circūcideretur puer:vo-
catum eſt nomen eius iheſus Quod
vocatum eſt ab angelo priuſꝙ in vte
ro conciperetur .

Sermo.xx. de epiſtola .

Apparuit gratia dei
ſaluatoris noſtri omnibus
hominibus. Apoſtolus nō
ingratus gratie quam accepit ſepius
commemorat gratiam .ꝛ dignius a-
lijs commendat eam ad gloriam lar
gitoris.Sicut patet in hijs verbis i
quibus grām ↄmendat in tribus
Primo a manifeſtatione cum dicit.
Apparuit gratia dei ſaluatoris noſtri
Secundo ab vniuerſitate cuꝫ ſubdit
omnibus hominibus .
Tercio ab vtilitate vel ab effectu cuꝫ
addit.erudiens nos ꝛc.
Ualde ſolet gaudere famulus quā-
do ex aliquo ſigno intelligit ꝙ habe
at gratiam domini ſui. Multo forti
us gaudere debemus ad verba illa
in quib9 manifeſtatur aperte eterni

B

domini gratiā nos habere: quando
ante aduentum xpriſti apparebat iu
ſticia ⁊ latebat gratia. quia deus pec
cantibus non parcebat. ⁊ legeʒ dedit
que peccata puniret. nulliqꝫ ignoſce
ret culpam ⁊ penaʒ: quicquid immū
dum inuenerat auferebat. quia fra
gilitas ſemper cedebat ad lapſum. et
ſeueritas iudicantis nihil patiebatᵘʳ
multum. ſed de paradiſo eiectus exu
lat homo. mundus deletur diluuio.
ſi ſic linguarum confuſio. ⁊ exuruntᵘʳ
vrbes diuino incendio. ſicut terra de
glutit impios. ſerpens ignitus percu
tit queruloſos. ſic captiuatos propter
preuaricatores affligit. ⁊ iudeos vl
tor ſanguinis xpi romanus deleuit
exercitus. Sed nunc econuerſo appa
ret gratia: ⁊ latet iuſticia. quia peccā
tes expectat lōganimiter. ſuſcipit mi
ſericorditer. condonat omnia libera
liter. veniet tamen dies iuſticie in q̄
impenitētes ⁊ conuerti nolētes argu
et in furore. Hec ē gratia qua remit
tuntur mala: ⁊ conferūtur bona. Si
quidem primus parens trāſmiſit in
nos hereditatem pene ⁊ culpe. amiſit
virtutum decorem quem acceperat.
⁊ celeſtis regni beatitudinem quam
accepturus erat. Et ob hoc quadru
plici gratia indigebat humana natu
ra. ſcilicet. Que remitteret culpam. ⁊
que remitteret penam. Que confer
ret virtutis decore. ⁊ que promitteret
eternam felicitatem.

Prima gratia. ſcilicet remiſſio culpe
apparuit in incarnatione In hoc enī
ꝙ diuia natura vniuit ſibi humanā
apparet ꝙ dimiſit homini omneʒ in
iuriam. ſicut ſi aliquis ſororem illius
quem odio habebat duceret: mani

¢

feſtum foret ꝙ ei rancorem dimitte
ret. Inde eſt ꝙ in natiuitate angeli
cecinerunt. Gloria in excelſis deo. et
in terra pax hominibus bone volun
tatis.

Secunda gratia. ſcilicet remiſſio pe
ne apparuit in paſſione in qua filius
dei ſoluit penaʒ crucis pro nobis de
bitoribus mortis. Unde pſalmiſta.
¶ Que non rapui tunc exſoluebam
Eccleſiaſtici. xxix. ¶ Gratiam fideiuſ
ſoris ne obliuiſcaris. dedit enim pro
te animā ſuam.

Tercia gratia. ſcilicet virtutum colla
tio apparuit in reſurrectōne quando
in diſcipulos inſufflauit ⁊ dixit ¶ Ac
cipite ſpiritum ſanctum. Romanos
v. ¶ Caritas dei diffuſa eſt in corpo
ribus nobis per ſanctum ſanctū qui
datus eſt nobis. Ubi dicit Criſoſto
mus. Donum dedit quod maximū
erat. non celum ⁊ terram. ⁊ mare: ſed
quod omnibus erat honorabilius.
ꝙ angelos ex hominibus facit. ⁊ fi
lios dei atqꝫ fratres xpriſti prepa
rauit.

Quarta gratia. ſcilicet preparatō glo
rie apparuit in aſcenſione. Unde ait
Johannis. xiiij. ¶ Uado preparare
vobis locum. Ex quo locus noſter
paratus eſt: aduentum noſtrum deſi
derat ⁊ expectat. Unde cuidam fra
tri clareuallisſe ad extrema deducto
apparuit angelus. dixitqꝫ ei. Merito
deſideratis vos homines preſentiaʒ
⁊ conſpectum dei ſi cui tamen inno
tuiſſet quantum ipſe vos diligat. q̄m
deſideranter expectat: longe feruen
tiorem ad eum prepararet affectuʒ.
Hec ipſe cuidam fratri ſe ſe viſitanti
narrauit: et mox placita viſitatione

p

quieuit. Uerum quia hec gratia ſpi
ritualis non vnius eſt: ſed generalis
ait omnibus hominibus. id eſt ad v
tilitatem omnium. Omnibus enim
natus eſt. pro omnibus paſſus ē xpi
ſtus. Unde nec naſci nec pati voluit
in ciuitate: ſed extra. Criſoſtomꝰ. Sa
crificium ſalutare nō in templo: ſed
extra ciuitatem ⁊ extra muros offer-
tur: ut intelligas quoniam cōmunis
eſt hoſtia pro genere humano obla-
ta. Communis etiā eſt purificatio. ⁊
ideo nō offertur ſub tecto: ſed ſub ce
lo: ut mundetur aeris natura. Aer eī
purgatur: cum in crucis altitudinē
immolatur. Terra purgatur quādo
ſtillat ſanguis domini ſuper eam. Ui
de quomō mundatus eſt orbis terra
rum. ⁊ ideo vbiq; ſanctas manꝰ leua
re poſſumus: quoniam vniuerſa ſan-
ctificata eſt: ut ſanctior ſit ꝙ illa que
in interioribꝰ templi veteris erat ob
lata. Ue autem illis qui a beneficio
generali ſeipſos excludunt. Unde ad
hebreos. xij. ¶ Uidete ne quis deſit
gratie dei. Nos enim deſimꝰ gratie
non gratia nobis. Unde ⁊ predicato
res gratie omnibus deſtinauit: ⁊ in
omnem terram ſonus eorum proceſ
ſit: ut nullus valeat excuſari. Quid au
tem in nobis gratia efficiat oſtendit
cum ait. erudiens nos. Sapien. viij.
Doctrix eſt enim diſcipline dei. pri.
Iohānis. ij. ¶ Unctio docet de om-
nibus. Docet enim omnes partes iu
ſticie generalis. Et primo declinare
a malo. Unde ait. vt abnegantes im
pietatem ⁊ ſecularia deſideria. Impi
etas eſt quicquid eſt contra cultum
dei. ut vana doctrina. ſortilegia. diui
nationes ⁊ ſimilia. ⁊ ſpecialiter ſuper

E

bia. De qua eccleſiaſtici. x. ¶ Iniciū
ſuperbie hominis apoſtatare a deo.
quoniam ab eo qui fecit illum receſ
ſit cor eius. Item inobedientia. De
qua. i. Regum. xv. ¶ Quaſi peccatū
ariolandi eſt repugnare ⁊ quaſi ſcelꝰ
ydolatrie nolle acquieſcere. Simili-
ter infidelitas nō ſolum circa fidem
articulorum ſed circa honeſtatē mo
rum. Un Iob. xxvij. in perſona xpi
ait. ¶ Impius inimicus meus: et ad-
uerſarius meus quaſi iniquus. Un
de gregorius. ¶ A me fide diſcrepat:
qui operibus non concordat. Item ad
titum. i. ¶ Confitentur ſe noſſe deū
factis ſuis negant. vbi dicit auguſti
nus. Fides talium virorum ꝓpe eſt
fidei demoniorum. ¶ Secularia de-
ſideria ſunt illa tria que enumerant̄
pri. Iohānis. ij. ¶ Cōcupiſcentia ocu
lorum. concupiſcētia carnis. ⁊ ſuper
bia vite. ¶ Secundo docet facere bo
nū. vnde ſubdit. ſobrie. quo ad nos
⁊ iuſte. quo ad ꝓximum. ⁊ pie. quo
ad deum. viuamus in hoc ſeculo.
Sobrietas conſiſtit in abſtinentia ⁊
continētia. abſtinētia. que eſt in cibo
⁊ potu. nō ſolum vitam corporalem
ſed etiā ſpūalem conſeruat. Unde eccle
ſiaſtici. xxx. ¶ Sanitas eſt aīe ⁊ corpo
ri ſobriꝰ potus. Ibidē. xxxvij. ¶ Propt̄
crapulam multi obierūt. qui autem
abſtinens ē adijciet vitam. Continen
tia vero vas fragile qđ portamus cō
tinet ⁊ diungit. ut ſicut monet aplꝰs
Unuſquiſq; poſſideat illud in ſancti
ficatōe ⁊ honore. Ex q̊ namq; dei fi
lius naturā noſtrā ſibi vniuit. valde
iniuriatur qui tollens membra xpi
ſti efficit mēbra meretricis. Iuſticia
ē in reddendo proximo qđ ſuum eſt

non ſolum ut reſtituas alienum: ſed ut communices proprium. Unde yſa ye. lviij. ¶ Frange eſurienti panem tuum. Et etiam impendas teipſum. Unde ad corinth. ultimo ¶ Ego libentiſſime impendam et ſuperimpendar pro animabus veſtris. Pietas eſt cultus dei humilis et devotus: ut pio mentis affectu divine protectioni nos contra omnia pericula committamus. et inter flagella ſibi gratias referamus qui prior pro nobis maiora ſuſtinuit. apud quem patientia non peribit in finem.

¶ Eodem die de euangelio.

Sermo viceſimuſprimus.

Poſtquam conſummati ſunt dies octo ut circumcideretur etc. Tria notantur in hoc euangelio. ſcilicet
Circumciſio redemptoris.
Impoſitio nominis.
Determinatio temporis quo hec facta ſunt. Dominus noſter quamvis non indiguit: tamen voluit circumcidi. et hoc propter ſeptem rationes.

Primo ut legem impleret quam precepit gene. xvij. ¶ Maſculus cuius preputij caro circumciſa non fuerit: peribit de populo ſuo. Hoc ſiquidem ſacramentum datum eſt ad ſanctificandum ut ab originali iuſtificaret. ſed etiam ad ſignandum quia de ſemine abrahe. de tribu iuda. et de lege moyſi tempus erat venturum: ut cum inveniret poſſet agnoſci: ne aliquis de alia natione ſurgeret qui ſe ſe diceret eſſe xpriſtum. et in errorem mitteret mundum.

Secundo ut iudeis occaſionem tolleret quod ſi circumciſus haberet occaſionem repellendi ipſum et perſequendi non eſſet utpote qui pactum dei irritum faceret

Tercio ut incarnationem ſuam hoc ſacramento velaret: ne dyabolus redderetur ſuſpectus. i. cor. ij. ¶ Si enim cognouiſſet etc.

Quarto ut per ſuſceptionem huius remedij membra ſua curaret Unde gal. .iiij. ¶ Miſit deus filium ſuum factum ſub lege ut eos qui ſub lege erant redimeret. Bernardus. Quid mirum ſi caput pro membris curationem accepit: nonne et in membris noſtris ſepe pro vnius infirmitate alteri curatio adhibetur. Dolet caput et in brachio fit tortura. dolent renes et fit in tibia. Ita hodie pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum eſt in capite

Quinto ut ad amorem ſuum nos accenderet. in hoc quod in infantia ſanguinem ſuum fudit pro nobis. Unde ephe. v. ¶ Xpus dilexit eccleſiam etc.

Sexto ut nos humilitatem doceret Ipſe namque qui peccatum non fecit nec ullum veſtigium vulneris habuit non dedignatus vulneris ligaturam: ut perverſitas elationis humane non erubeſcat agere penitentiam. ac vulneri culpe proprie remedium adhibere. Eccl. iiij. ¶ Non confundaris peccata tua confiteri. Item. xx. ¶ Quam bonum eſt correptum manifeſtare penitentiam.

Septimo ut in corpore ſuo proprio quod factus eſt in corpore miſtico demonſtraret. quod in tempore gratie circumcidenda erant corda per mundationem iniquitatis. et in tempore reſurrectionis corpora per diſpoſitionem incorruptionis. et ideo fiebat cultellus

B

de petra que xp̄iſtum ſignat. Iuxta illud.i.cor.x. ¶ Petra autē erat xp̄s De quo dictū eſt Ioh.i. ¶ Ecce agnus dei.ecce qui tollit peccata mūdi. Primo enī neceſſe eſt : ut in preſenti anima circumcidatur a culpa ⁊ ſic deinde in futuro corpus circumcidet̄ a corruptione. Ia. Debemus autem circumcidere oculos ab aſpectu illicito. Unde Iob.xxxi ¶ Pepigi fedus cum oculis meis.i.quaſi quodam federe reſtrinxi eos: ut nec cogitarem quidē de virgine cum ꝯſenſu delectationis. Tren.iij. ¶ Oculus meus depredatus eſt animā meam: in cūctis filiabus vrbis mee. Aures ab auditu praue detractionis ⁊ adulatōnis. Unde eccl.xxviij. ¶ Sepi aures tuas ſpinis : ⁊ noli audire linguam neq̄. Iheremie.ix ¶ Aſcendit mors per feneſtras noſtras.ingreſſa ē domus noſtras. Os a delectatione ſaporum ⁊ noxietate verborum. Unde puer.xxi. ¶ Qui cuſtodit os ſuū ⁊ linguā ſuam: ab anguſtijs animā ſuam. Itē xviij. ¶ Mors ⁊ vita in manu lingue Bernardus. Si ſola ineſſet vita. nec circūciſio quidem ei: ſed ſola mors ⁊ abciſio deberetur. Manus ab immūdicia. Unde eccl.xiij ¶ Qui tetigerit picē coinquinabitur ab ea. Un legit̄ de quodam heremita q̄ cum cogitaret de muliere quam viderat: tranſactis.x.annis ſtatim apparuit ī gremio eius ſpiritus fornicationis aſſumpta ſpecie mulieris eiuſdem. at ille percuſſit eam in naribus. ⁊ extracta manus eius computruit īntolerabiliter per tres annos. Pedes ab inceſſu ad malum. Unde puer.i. ¶ Fili mi ne ambules cum eis.ſcilicet malis. prohi

C

be pedem tuū a ſemitis eorū. pedes enim illoꝝ ad mortem currunt Iob xxxi. ¶ Si ambulauit in vanitate: et feſtinauit in dolo pes meꝰ. De hijs pſa.xxxiij. ¶ Quis habitabit ex vobis cum igne deuorante. id eſt cum deo qui ignis ꝯſumens eſt. aut cū ardoribus ſempiternis. id eſt cū angelis qui ardent perpetua caritate. ⁊ ſubdit. qui ambulat in iuſticijs. ecce circumciſio pedū. Et loquitur veritatē ecce circumciſio lingue. qui proijcit auariciam ex columnia. ſcilicet que ē mater calumnie. ⁊ excutit manus ſuas ab omi munere. ecce circumciſio manuū. qui obturat aurem ſuam ne audiat ſanguinem. ecce circumciſio aurium. ⁊ claudit oculos ſuos ne videat malum. ecce circumciſio oculoꝝ. Tempus circumciſionis determinatur in lege die octaua ¶ Infans octo dierum circumcidetur. ⁊ hoc ad innuendum q̄ in octaua etate. ſcilicet in generali reſurrectione a ſaluādis omnis corruptela ⁊ indecentia. ⁊ ſuperfluitas auferetur. Unde dicitur yſaye.xxv. ¶ Auferet dominus lacrimam ab omni facie. ⁊ opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra Item ad innuendum q̄ ſpiritualis circumciſio de qua dictum eſt fieri habet per octo virtutes. De quibus ſecunda petri primo ¶ Miniſtrate in fide veſtra virtutem. in virtute autē ſcientiam. in ſcientia autem abſtinentiam. in abſtinentia autem patientiā in patientia autem pietatem ⁊c̄.

Primus dies eſt fides que radix ⁊ fundamentum eſt omnis boni. ſine qua impoſſibile eſt placere deo. Ad hebreos.xi.

D

Secundus eſt virtus. ſcilicet ſtrenu
itas boni operis. quia fides ſine ope
ribus mortua eſt. Unde rachel per
quam fides intelligitur ait iacob ge
ne.xxx. ¶ Da mihi liberos: alioquin
moriar.

Tercius eſt . ſcientia. id eſt diſcretio
que requiritur in opere bono. Un
de in omni ſacrificio deb; ſal apponi
Leuiti.ij. ¶ Quicquid obtuleris ſa
crificij ſale condies. Math.ix. ¶ Om
nis victima ſale ſalietur.

Quartus ē abſtinentia. pro qua ab
ſtinemus a malo cogitationis ⁊ ope
ris. Unde pſa.xi. ¶ Auferte malum
cogitationum veſtrarum ab oculis
meis. quieſcite agere peruerſe.

Quintus eſt patientia ſine qua malū
declinare non poſſumus. Unde pro
uer.xix. ¶ Qui impatiens eſt ſuſtine
bit damnū. Eccl.ij. ¶ Ue illis qui
perdiderunt ſuſtinentiam .

Sextus eſt pietas per quaȝ bona no
ſtra indigentibus ꝯmunicamus. vn
de hebre.vlti. ¶ Beneficentie auteȝ
⁊ communionis nolite obliuiſci.

Septimus eſt fraternus amor: qui
non perturbatur: ſed cum omnibus
habet pacem. ſicut iob.xxx. ¶ Frater
fui draconum: ⁊ ſocius ſtrutionum.
pſal. ¶ Cum hijs qui oderunt pacē
eram pacificus .

Octauus eſt caritas que abijcit om
nia ꝓpter xpriſtum. Unde canti.vlt.
¶ Si dederit homo omnē ſubſtan
tiam domus ſue ꝓ dilectione : quaſi
nihil deſpiciet eam . ⁊ tunc perfecte
circumcidetur homo : ut dicat cum
apoſtolo pri. thi. vltimo ¶ Habentes
alimenta ⁊ quibus tegamur hijs cō
tenti ſumus .

E

Sequitur de impoſitione nominis.
Uocatum eſt nomen eius ihesus. id
eſt ſaluator. Actuū.iiij. ¶ Non eſt ali
ud nomen datum ſub celo: in quo o
porteat nos ſaluos fieri ⁊c.

Quatuor dicti ſunt ſaluatores in ve
teri teſtamento. Ozee propheta. Ihe
ſus ſacerdos magnus Joſue dux iſra
helitici populi. ⁊ Joſeph qui dictus
eſt ſaluator egipti. Dicti ſunt ſaluato
res nō realiter ſed vmbraliter. ſcilicet
in figura ſaluatoris noſtri. qui ꝓphe
ta fuit in predicatōe. ſacerdos mag
nus in paſſione. dux in aſcenſione. di
ſtributor gratie in ſpiritus ſancti miſ
ſione. Sed cum ihesus ſit proprium
nomen ipſius: quare non denomina
mur a ihesu ſaluati. ſicut a xpo xpri
ſtiani. Ad hoc ſciendum ꝙ hec duo
nomina. ſcilicet ihesus ⁊ xpriſtus ſpi
ritualiter domino conueniunt. Ihe
ſus enim nomē perſone eſt: ⁊ conue
nit ei ſcd̄m deitatem Xpriſtꝰ nomen
dignitatis eſt. ⁊ conuenit ei ſcd̄m hu
manitatem Et ob hoc in preſenti no
minamur a nomine dignitatis. quia
debemus eſſe reges ⁊ ſacerdotes. ſpi
rituales hoſtias offerentes. Unde a
pocalipſ.v ¶ Feciſti nos deo noſtro
regnum ⁊ ſacerdotiuȝ. Et prima pe
tri.ij. ¶ Uos eſtis genus electum re
gale ſacerdotium. Hec eſt ratio quaē
a xpriſto dicimur xpiani. ſicut predi
xit yſayas.lxv ¶ Seruos ſuos vocabi
mus alio nomine. ſcilicet ut non di
cantur iudei : ſed xpriſtiani. In quo
qui benedictus ē ſuper terram: ſcili
cet benedictione gratie: benedicetur
in deo. ſcilicet benedictione glorie.
Sed ve illis qui tantum participant
nomen ⁊ non rem quia opera xpiani

nō habent. Iſti nominantur ſed nō
denominātur. quia denominatio eſt
participatio rei ⁊ nominis. In futu
ro autem dicemur ſaluati. quia con/
ſummabimur ī ſalute. ut iam nō poſ
ſimus illam amittere. Unde yſaye. l.
¶ Salus mea in ſempiternum erit.
Deutro. xxxiiij. ¶ Beatus es tu iſra
hel. quis ſimilis tui populus qui ſal
uaris in domino.

¶ In die epiphanie.
Epiſtola. Yſaye. lx.

Surge illuminare Ihe
ruſalem. quia venit lumen tuū
⁊ gloria domini ſuper te or
ta eſt. Quia ecce tenebre operiēt ter
ram: ⁊ caligo populos. Super te au
tem orietur dominus. ⁊ gloria eius
in te videbitur. Et ambulabunt gen
tes in lumine tuo. ⁊ reges in ſplēdo
re ortus tui. Leua ī circuitu oculos
tuos ⁊ vide. omnes iſti ꝯgregati ſunt
⁊ venerunt tibi. Filij tui de longe ve
nient. ⁊ filie tue de latere ſurgēt. Tūc
videbis ⁊ afflues. ⁊ mirabitur ⁊ dila
tabitur cor tuum. quando conuerſa
fuerit ad te multitudo maris: ⁊ for
titudo gentium venerit tibi. Inūda
tio camelorum operiet te. dromeda/
rij madian ⁊ effa. Omnes de ſaba ve
nient: aurum ⁊ thus deferētes ⁊ lau
dem dn̄o annūciantes.

¶ Euangelium. Mathei. ij.

In illo tempore. Cum ergo
natus eſſet iheſus in bethleem iude:
in diebus herodis regis. Ecce magi
ab oriente venerūt iheroſolimam di
centes. Ubi eſt qui natus eſt rex iu/
deorum. Uidimus enī ſtellam eius
in oriente: ⁊ venimus adorare eum.
Audiens autem herodes rex turba
tus eſt: ⁊ omnis iheroſolima cum eo
Et congregās omnes principes ſa/
cerdotum ⁊ ſcribas populi: ſciſcitaba
tur ab eis vbi xpiſtus naſceretur. At
illi dixerunt ei. In bethleem iude.
Sic enī ſcriptū eſt per ꝓphetam. Et
tu bethleē terra iuda nequaꝗ mini
ma es in principib9 iuda. Ex te enī
exiet dux qui regat populū meū iſra
hel. Tunc herodes clam vocatis ma
gis: diligenter didicit ab eis tempus
ſtelle que eis apparuit. Et mittens e
os in bethleem dixit. Ite ⁊ interroga
te diligenter de puero. ⁊ cum inue/
neritis renunciate mihi: ut ⁊ ego ve
niens adorem eum. Qui cum audiſ
ſent regē abierūt. Et ecce ſtella quā
viderāt in oriēte antecedebat eos vſ/
ꝗ dum veniens ſtaret ſupra vbi erat
puer. Uidentes autem ſtellam gaui
ſi ſunt gaudio magno valde. Et intrā
tes domū inuenerūt puerum cū ma
ria matre eius. ⁊ ꝓcidentes adoraue
runt eum. Et apertis theſauris ſuis
obtulerunt ei munera: aurum. thus
⁊ mirrham. Et reſponſo accepto in
ſomnis ne redirent ad herodem: re
uerſi ſunt per aliam viam in regio/
nem ſuam.

¶ Sermo viceſimuſſecundus.

Gloria dei eſt celare
verbū. et gloria regū inue
ſtigare ſermonem. Prouer
biorum. xxv. Duplicē glorioſam ſolem
nitatem ſalomō nobis innuit in hijs
verbis. ſcilicet preterite natiuitatis.

A

ꝛ epiphanie preſentis. Primam oſtē
dit cum dicit. Gloria dei eſt celare v
bum.ꝛc̄. De hac loqui propter pro
lixitatem ad preſens pretermitto
Scd̄am oſtendit cum dicit. Gloria
regum inueſtigare ſermonem. // Re
ges iſti fuerūt tres magi.ſcilicet phi
loſophi caldeorum a magnitudi ne
ſciencie ſic vocati.quia hodie ad ad
orandum dominum ducatu noui ſi
deris ab oriente venerunt Iuxta il
lud Reges arabum ꝛ ſaba dona ad/
ducent.qui triplicis ſcribuntur fuiſ
ſe etatis.ſ. Senex. Uir. Adoleſcens.
quia criſtus de omni etate vcit voca
re ad ſe. In ſene maturitas // In vi/
ro ſtrenuitas // In adoleſcente noui
tas commendatur.que tria ſunt ne/
ceſſaria accedente ad deum. vt habe
at maturitatem in vi rationabili. ne
precipitanter aliquid agat. Unde ꝓ
uerbiorum.iiij. ¶ Palpebre tue pre
cedant guttur tuum. Strenuitatem
in vi iraſcibili.ne temptationi ſuccū
bat. Unde Eccleſiaſtici.iiij ¶ Agoni
ſare pro anima tua.ꝛ vſqꝫ ad morteꝫ
certa pro iuſticia. Nouitatem in vi
concupiſcibili.vt nō in vetuſtate car
nis.ſed in nouitate ſpiritus delectet
Unde ad Romanos.vi. ¶ In noui
tate vite ambulemus. // Iſti inueſti
gauerunt ſermonem. quia cognoue
runt per fidem diuinitateꝫ in carne
latentem.ſicut eorum deuota adora
tio ꝛ munerum oblatio proteſtatur
Nam procidentes adorauerunt euꝫ
Ubi dicit Bernardus Unde vobis
hoc alienigeni.non inuenimꝰ tantaꝫ
fidem in iſrahel.ſic non offēdit vos
vilis habitatio ſtabili. nō pauperis
cune preſepij.non vos pauperis ma

B

tris preſencia.non lactantis infancia
ſcandalizat.ꝛ apertis theſauris ſuis
obtulerūt ei munera precioſa.ſ. Au/
rum Thus ꝛ mirram. Bernardus
Solum ſi obtuliſſent aurum videri
poterant paupertati matris conſule
re. Nunc autem offerentes pariter
thus ꝛ mirram.ſine dubio oblatōis
genus inſinuant. In auro confiten/
tur in criſto regiam poteſtatem. Au
ruꝫ enim conſueuit offerri regibus
ꝛ tributum. Precellit autem ceteris
metallis in quinqꝫ.ſcilicet In clarita
te. In puritate. In precioſitate. In
ponderoſitate.ꝛ in durabilitate Sic
ꝛ regnum criſti Clariſſimum eſt.vn̄
Apocalipſis.i. ¶ Ciuitas illa non egꝫ
ſole neqꝫ luna vt luceant in ea. Nam
claritas dei illuminat eam. Item pu
riſſimum. Unde Apocalipſis primo
¶ Non intrabit aliquid coinquina/
tum vel inmunduꝫ. Item precioſiſſi
mum.quia ibi eſt ſummum bonum
propter quod omnia. Unde Ezechi
elis.triceſimotercio ¶ Ego oſtendaꝫ
tibi omne bonum. Mathei. quinto.
¶ Primum querite regnum. Item
pondoroſiſſimum eſt.quia vires hu
manos excedit Unde.ij.ad Corinthi
os.iiij. ¶ Eternum glorie pondus o
peratur ī nobis. hinc eſt ꝙ nec ſimi/
litudinem illius glorie. Ezechielis
potuit ſuſtinere.ſicut ait capitulo .ij.
¶ Uidi ꝛ cecidi in faciem meam
Item durabile eſt quod eternum.
Unde Danielis ſeptimo ¶ Poteſtas
eius poteſtas eterna.que non aufere
tur.ꝛ regnum eius quod non corrū
petur. Unde pſ. ¶ Regnū tuū dn̄e
regnū omniū ſeculorū In thure ꝓ
fitentur diuinam maieſtatem. cum

D

hijs enim offertur deo ſacrificium.
in quo etiam innuunt oblationem ce⸗
rimonialium. quaſi dicentes ipſo fa
cto. ¶ Thure deum. placa vitulū ſine
creſcat aratro. Iſaie vltimo. ¶ Qui i
molat bouem quaſi qui interficit vi
rum. ⁊c̄. Thus enim eſt ſuccus arbo
ris miri odoris. ⁊ eximij candoris.
Unde libanus dicitur. quod interp̄
tatur candor. ⁊ ſignat latriam que ē
vera ⁊ humilis profeſſio maieſtatꝭ
diuine. ¶ In eo enim ꝙ eſt ſuccus
arboris Notatꝛ latria cordis que fit
per fidem ⁊ donū ſapiencie quibꝰ
credimus ⁊ ſapimus que dei ſunt ſi
cut monet pſalmiſta ¶ Guſtate ⁊ vi
dete quoniam ſuauis eſt dominus.
In eo ꝙ eſt ſuauis odoris notatur
latria oris que fit per confeſſionem
laudis. ⁊ inuocationem orationis. ſic
apoſtolus ait ad Romanos. x ¶ Ore
autem confeſſio fit ad ſalutē ¶ In
eo ꝙ eximij candoris. notatur la⸗
tria operis que fit per ſacrificiū ⁊
reuerenciā corporis. vnde Mathei
quarto. ¶ Dominum deū tuū ad⸗
orabis. ⁊ illi ſoli ſeruies. Uerum. ꝙ
magi non leguntur exhibuiſſe criſto
latriam oris. Ideo obmittimus ym
num in matutinis. obmittimus etiā
inuitatorium. quia non inuitati ve⸗
nerunt ad criſtum. Sunt ⁊ alie rati
ones quare inuitatorium non canta
mus. ſcilicet vt vitemꝰ doloſam inui
tationem herodis qui conuocauit ſa
cerdotes ⁊ ſcribas. vt locum natiui⸗
tatis inquireret ⁊ dolo criſtum occi
deret. Item quia pſalmus iſte inui⸗
tatorium eſt iudeorum qui inuitati
noluerunt venire. cantatur tamen i
vltimo nocturno. quia in fine mun

E

di reliquie conuertentur ad criſtum
In mirra profitetur humanā mor⸗
talitatem ⁊ corruptionē. Mirra em̄
condiuntur ſanctorum corpora ⁊ a
putredine ſeruat illeſa. ⁊ de criſto di
cit pſalmiſta ¶ Non dabis ſanctum
tuum videre corruptionem. Bern
hardus Quo pacto ſanctum fenum
poterat videre corruptionem quod
de incorrupti vteri perpetuo uiro⸗
re proceſſit. perdat ſane fenum uiri⸗
ditatē ſi amiſerit maria virginitatē
hec munera ſignata fuerunt. iij. Re
gum. x. vbi dicitur ꝙ regina ſaba ob
tulit regi ſalomoni. c. xx. talenta auri
⁊ aromata multa nimis. ⁊ gemmas
precioſas. ⁊ dicitur ꝙ odores aroma
tum durauerunt in plateis iheruſa
lem per. vij. annos. licet non ſit autē
ticum. per ſalomon intelligitur xp̄s
qui ſolus eſt rex pacificus ⁊ ſapiēcia
dei patris. Regina ſaba ſignificat ec
cleſiam que etiā deſignatur in tribꝰ
magis. quaſi gentes de tribus filijs
Noe ducentes originem conuerten
de erant ad fidem. centum. xx. talēta
conſtāt ex. xij. decies ⁊ ſignant regnū
per. doctrinā. xij apl'oꝝ dilatandū ꝑ
mundum. Aurū igitur auro. aroma
ta thuri. gemme precioſe que incor
ruptibiles ſunt mirre. que corpus n̄
ſinit putreſcere conflantur. et ita qđ
preceſſit in ſigno: impletum videmꝰ
in facto.

Eodem die

¶ Sermo viceſimuſtercius. De Epi
ſtola.

A

Surge illuminare Jhe
ruſalem. quia venit lumen
tuū. ⁊ gloria domini ſuper
te orta eſt. Yſaie. lx. In hijs verbis
notantur duo. ſcilicet duo effect9 ğ
cie. ⁊ facilitas conſequēdi predictos
effectus. ¶ Effectus gracie duo ſunt.
ſcilicet affectus ad bonum. ⁊ illumi
natio intellectus ad verum. Quod
affectus. notatur cum dicitur Sur
ge. ⁊c. Affectus enim ad bonuȝ iacȝ
per concupiſcenciam terrenorū. nec
valet ſurgere ad amorem celeſtium.
niſi manu gracie ſubleuetur. Unde
pſalmiſta ¶ Conglutinatus eſt in ter
ra venter noſter. exurge domine ad
iuua nos ¶ Sed notandum quod
quadrupliciter eſt modus iacendi
Quidam iacent ſuper ſiniſtrum lat9
Quidam ſuper dextrum. Quidam
proni. Quidam ſupini. Supra ſini
ſtrum latus iacet qui in terris nulla
proſpera committantur. ⁊ tamen cor
de cupido lucris inhiat. fraudes ⁊
rapinas quas poteſt exercere non ceſ
ſat De quo Eccleſiaſtici. xi ¶ Eſt ho
mo laborans ⁊ feſtinans ⁊ dolens ī
pie. ⁊ tanto magis non habundat.
Supra dextrum latus iacet. qui eo
min9 eterna appetit quo magis ī hu
ius vite proſperis requieſcit. Unde
Eccleſiaſtici. xi. ¶ Inueni requiem
inueni mihi. ⁊ nunc manducabo de
bonis meis ſolus. talis erat qui dice
bat Luce. xij ¶ Anima multa bona
habes repoſita in annos plurimos.
requieſce comede bibe. ⁊ epulare
Pronus iacet qui aliam vitam eſſe
non cogitat. ⁊ ideo brutali more ſe
totum ad appetitum terrenorum in
clinat. Unde pſalmiſta ¶ Oculos ſu

B

os ſtatuerunt declinare in terram.
quos ipſe gentilis propheta ſubſan
nat dicens O curue in terris anime
⁊ celeſtiuȝ in annos ¶ Supinus ia
cet qui que appetenda ſunt cōſpicit.
⁊ tamen ne ad illa aſſurgat carnalis
infirmitas grauat. de quo Numeri
xxiiij. ¶ Qui cadens apertos habet
oculos. Unde Gregorius Plurimū
ꝗ videmus que agēda ſunt. ſed hec
opere nō implemus. Uſitata etenim
culpa obligat mentem vt nequaꝗ̄
ſurgere poſſit. ad rectitudinem Cona
tur ⁊ labitur. quia vbi ſponte diu ꝑ
ſtiterit. ibi etiam cum noluerit coa
cta cadit. Hos omnes excitat gracia
dicēs. Surge quicumqȝ es de vicijs
ad virtutes. de torpore negligencie
ad exercitium bone operationis. de
appetitu rerum temporalium ad de
ſiderium eternorum. ⁊ illumiare ꝑ
doctrinam ⁊ graciaȝ criſti. Simile. E
pheſios quinto ¶ Surge qui dor
mis per torporis excuſſionem. ⁊ ex
urge a mortuis per peccatī deteſtatio
nem. ⁊ illuminabit te xp̄s per gracie
infuſionem ¶ Tria exiguntur ad vi
ſum corporalem.
Primum eſt qualitas inſtrumenti.
ſcilicet oculi in quo dominatur aqua
que eſt ſubſtancia clara. perſpicua ſi
ue criſtallinus humor. vbi flores ſē
ſuum deſcribuntur ſicut in ſpeculo
Unde animalia in quibus non ha
bundat humor iſte tenuem habent
viſum. vt veſpertiliones ⁊ ſimilia
Scdȝ eſt diſpēſatō medij. id eſt luci.
non enim videt oculus in obſcuro. ſi
militer impeditur in parua ſiue in ī
menſa luce. quia ſicut ait philoſoph9
Excellencia corrūpit ſenſus. eodem

C

modo cuꝫ accidit fumus cuꝫ vapor
in aere qui prohibꝫ tranſitum lucis
debilitatur viſus.

Tercium eſt preſencia obiecti id eſt
caloris. Propria eniꝫ ſenſibilia viſui
ſunt calores quos primo aer recipit
deinde ad viſum conducit. Eodem
modo tria exiguntur ad viſum ſpiri
tualem

Primum eſt perſpicacitas rationis
que eſt oculus anime. In quo tanꝙ
in ſpeculo reſultat ymago dei. vnde
Eccleſiaſtici.xxvij. ¶ Poſuit oculum
ipſorum ſuper corda eorum. Impe-
ditur autem ſiue perturbatur a no-
uem vicijs

Primum eſt ignorancia. De qua di
citur Iſaie.lvi. ¶ Speculatores eius
ceci omnes neſcierunt vniuerſi. Pſ.
¶ Neſcierunt neqꝫ itellexerunt in te
nebris ambulāt. ⁊ infidelitas poteſt
dici. de qua Iſaie.v. ¶ Execatuꝫ eſt
cor populi tui

Scdm eſt ſuperbia. De qua Roma
nos primo ¶ Dicentes ſe eſſe ſapien-
tes. ſtulti facti ſunt. quia ſic ait Gre
gorius. Qui candorem ſibi iuſticie
ſeu ſapiencie tribuit a luce ſe ſuperne
cognitionis excludit. ⁊ eo claritatem
veri luminis nequaꝙ penetrat quo
ſe apud ſe per arrogianciam exaltat

Tercium eſt inuidia. Unde Iob.v.
¶ Per diem incurrunt tenebras. ⁊c̄
Ubi dicit Gregorius. Mens inuida
dum alieno bono affligitur quaſi d
radio lucis obſcuratur. Et ideo inui
dus dicitur quaſi non videns. quia
aliena bona videre non poteſt. vnd
de Hely dicitur .i. Regum.iij. ꝙ non
potuit videre lucernam dei anteꝙ
extingueretur. ꝙ paſcitur in iniurijs

D

liuor poſt fata quieſcit.

Quartum eſt ira. Unde Epheſios
iiij. ¶ Sol non occidat ſuper iracun
diam veſtram. id eſt non extinguatᷣ
ratio que ad moduꝫ ſolis illuminat
domum mentis. quia impedit ira a
nimum ne poſſit cernere verum.

Quintum eſt accidia. De qua Pro
uerbiorum.ix. ¶ Pinguedo immit-
tit ſoporeꝫ. id eſt mentis excecationē
vt non valeat inſidias precauere
Unde.xxxix. ¶ Rex babilonis prio
iugulauit filios ſedechie corā eo. de
inde oculos illius eruit

Sextum eſt auaricia. de qua Exodi
xxiiij. ¶ Nō accipias munera que ex
cecant imprudentes. Hec ſunt ſterco
ra yrundinū que excecarunt thobiā

Septimuꝫ eſt gula ſiue ebrietas. de
qua Prouerbiorum.xxiij. ¶ Cui ſuf
fuſſio oculoruꝫ: nonne hijs qui mo
rantur in vino. ⁊c̄

Octauum eſt luxuria. de qua Dani
elis.xiij. ¶ Auerterunt ſenſum ⁊ de-
clinauerunt oculos ſuos ne viderēt
celum. Unde poeta. Quid doceat ne
videt vllus amans

Scdm quod exigitur eſt lux materi
alis. id eſt criſtus qui dicit Iohānis
ix. Quam diu in mundo ſum lux ſū
mundi. Ita enim ſe habet ad oculū
rationis ſicut lux materialis ad ocu
lum corporis. Facit enī quinqꝫ

Primo radiat radio gracie. Unde
Iohannis.i. ¶ Erat lux vera q. ⁊c̄.
Scdo fugat tenebras culpe. Unde
Iohānis.xij. ¶ Lux ego veni in mū
duꝫ. ⁊ dilexerunt homines magis te
nebras ꝙ lucem.

Tercio reformat colores. id eſt ſimi
litudinem dei in anima. Unde dicit

E

pſalmiſta. ¶ Signatuȝ eſt ſuper nos
lumen vultis. tui domine.
Quarto letificat. vnde Eccleſiaſtici
decimo ¶ Dulce lumen ⁊ dilectabi-
le oculis videre lumen.
Quinto viam demonſtrat ad para-
diſum. Unde Johannis. xij ¶ Am-
bulate dum lucem habetis. Pſalmi
ſta ¶ Domine in lumine vultus tui
ambulabunt
Tercium ꝙ exigitur eſt patrie cele-
ſtis decor ꝙ in preſenti videmus p
fidē. in futuro per ſpem. Unde tho
bie. iij. ¶ Beatus ero ſi fuerint reli
quie ſeminis mei ad videndam cla-
ritatem iheruſalem. Forme nanqȝ re
rum preſencium vane ſunt ⁊ quaſi
quibuſdam preſagijs oculos intuen
cium fallunt. Unde Prouerbiorūȝ
vltimo ¶ Fallax gracia ⁊ vana eſt pl'
critudo. Eccleſiaſtici. primo ¶ Uani
tas vanitatum ⁊ omnia vanitas. ſed
illa ſola ſunt vera ⁊ ineffabilia que
ſunt in patria. ſecūda. ad Corinthios
iiij. ¶ Que videtur temporalia ſunt
Que autem non videntur eterna.
¶ Sequitur. Quia venit lumen tu
um. Ecce facilitas illuminādi. ⁊ glo
ria domini ſuper te orta eſt. Ecce fa
cilitas ſurgendi ¶ Idem criſtus eſt
lumen quo illuminatur intellectus.
⁊ gloria quo excitatur affectus. Un
de Luce ſecundo ¶ Lumen ad reue
lationem gencium ⁊ gloriam plebis
tui iſrahel. Hoc lumen venit ad pec
catores per viam peccatoris. Unde
Job. xxxviij. ¶ Noſci poſtꝙ per viā
ſpargitur lux. Et ideo caritas dicit'
via excellencior quaſi via regalis. de
qua Numeri. xxi ¶ Uia regia gradi

F

emur. Uenit autem hoc lumen nu
be carnis velatum. vt ab infirmis o
culis poſſet in ſe videri. vnde pſalmi
ſta ¶ Amictus nube ſicut veſtimēto
ſi vt eſt. nobis apparere voluiſſet ful
gure ſuo nos incenderȝ potius ꝙ re
nouaret ſȝ claritatem ſue magnitudi
nis noſtris oculis temperauit. vt in
firmitas noſtra in eius luce clareſce
ret. ⁊ per acceptam graciam ſue bea
titudinis colorem mutarȝ. De hȝ apo
calipſis. x. ¶ Uidi angelum deſcen
dentem de celo. i. criſtuȝ ad nos a pa
tre miſſum. amictum nube id eſt hu
manitate. ⁊ yris in capite eius id eſt
re ꝓpiciatio in diuinitate ipſius. vn̄
ij. ad Corinthios. v. ¶ Deus erat in
mundum reconſilians ſibi. ⁊ facies e
ius erat vt ſol. ex ſole ⁊ nube forma-
tur yris. qua ex vnione diuinitatis ⁊
humanitatis fit reconſiliatio homi-
nis. Cornua huius arcus modo ſūt
inclinata ⁊ verſa ad nos Unde tymo
tei vltimo ¶ Apparuit benignitas ⁊
humanitas ſaluatoris noſtri. ⁊c. ido
nō timemus. ſȝ in die iudicij vertet'
contra nos. quando veniet in nubi
bus celi cum poteſtate magna ⁊ ma
ieſtate. Et ideo nobis valde eſt tim̄
dum. Pedes eius vt columna ignis
id eſt greſſus operum eius in feruo
re caritatis. ⁊ habebat in manu ſua
libellum aptum id eſt verbum abre
uiatum quem apperuit cuȝ nobis in
notuit ſalutare ſuum. ⁊ poſuit ſuum
dexterum. id eſt miſericordiā. ſupra
mare id eſt gentiles. ſiniſtrum auteȝ
id eſt iuſticiam. ſuper terraȝ id eſt id
os terrenis deditos. ⁊ clamauit vo
ce magna. cum dixit Mathei quarto

G

Penitenciam agite. quemadmoduȝ
cum leo rugit .quia mentes terruit
beſtiales Gloria quoqȝ domini eſt ip
ſe filius.quia gloria patris filius ſa-
piens.huius locus fuit vterus vir-
ginalis. Unde Ezechielis.iij. ¶ Be
nedicta gloria domini de loco ſuo.i
de procedens impleuit mundum.
Unde Eccleſiaſtici.xxij ¶ Gloria do
mini plenum eſt corpus eius. Nūe-
ri.xiiij. ¶ Uiuo ego ⁊ iplebitur glo-
ria domini vniuerſa terra.Hec orta
eſt ſuper nos id eſt ſuper merita nr̄a
Unde ad Corinthios vltimo ¶ Nō
ex operibus iuſticie que fecim9 nos
⁊c̄. Non enim meruimus vt dei fi-
li9 incarnaretur ⁊ pateretur pro no
bis.ſed ipſe dignatus eſt hoc modo
nos ad amorem ſuum accendere
Unde Exodi.xxiiij ¶ Species glo-
rie domini quaſi ignis ardoris ſup
verticem montis.id eſt in cruce.vbi
per quiqȝ vulnera corporis. radios
igneos exſufflauit. Receptacula hu
ius ignis ſunt fidelium corda.vnde
Romanos.ix. ¶ Ut oſtenderet diui
cias glorie ſue in vaſa miſericordie
que preparauit in gloriam. tandem
aſcēndit ad patris dexteram vt glori
ficaret miſeriam noſtram.vnde pſal
miſta ¶ Magnificauit dominus fa-
cere nobiſcum.⁊c̄

De eodem

¶ Sermo viceſimuſquartus de eu
angelio.

Cum natus eſſet iheſus
in bethleem iude in dieb9
herodis regis. Ecce magi
ab orienti venerunt iheruſalem di-
centes. Ubi eſt qui natus eſt rex iu

A

deorum. Tres iſti magi qui propo
nuntur nobis hodie imitandi fue-
runt reges ⁊ phi caldeorum qui du
catu noui ſideris ab oriente venerūt
ortum ſolem iuſticie inquirentes.de
quo zacharie.vi. ¶ Ecce vir oriens
nomen eius. Commendantur auteȝ
a.vij.in hiſtoria euāgelica.in quib9
imitari eos debet deuotō xp̄iana
Primo ɔmendant̄ in magnitudine
ſapiencie.ꝙ xp̄m natum in ſitere co
gnouerunt quem iudei a lege ⁊ pro
pheti.edocti cognoſcere ɔtemplerūt
vnde dn̄s . Yſaie.i. ¶ Cognouit bos
poſſeſſorem ſuum.⁊ aſinus preſepe
domini ſui.iſrahel aūt nō cognouit
populus meus non intellexit Simi
liter ⁊ nos debemus ɔgnoſcere per
fidem que eſt vera ſapiencia.ſine q̄
omnis homo fatuus reputatur.vn-
de dicitur Sapiencie.xiij. ¶ Uani
ſunt omnes homines in quibus nō
ſubeſt ſciencia dei. Ieronimus Abſȝ
noticia creatoris ſui omnis homo ē
pecus. Ambroſius Omnis homo ſu
perne ſciencie vel terrene debit9 de
eo qui eſt earum caput ⁊ auctor .⁊
qui hec nouit mihi vltra querat .ꝙ
hec eſt perfecta virtus ⁊ ſapiencia
Notandum tamen.ꝙ ſicut i hoc eu
angelio dicit expoſitor tria ad fidem
pertinent.ſcilicet firmiter credere q̄
de inuiſibilibus nobis annunciant̄.
Reuerenter ſuſcipere que ſacramen
tis viſibilibus celebrantur . Ac dili-
genter cauere ⁊ vehementer abhor
rere ſacrilegia omnia que eidem fi-
dei aduerſantur. Parum eſt eniȝ cre
dere euangelijs ſi minorem quam ō
beas reuerenciam eccleſiaſticis exhi
beas ſacramentis. ſi nec hoc ſufficit

In epiphia dni

ſi ſortilegas conſulas ſiue non carmi
na exerceas.
Scđo commendantur a feruore in
quiſitõnis. quia viſo ſigno celeſti. nec
moram contraxerunt. nec tepide iter
agrgeſſi ſunt. Immo feſtine ſurgen-
tes ſpacio tredecim dierum a finib9
perſarum ꝛ caldeorum in iudeaȝ ap
plicuerunt. Iheronimus dicit eos
fuiſſe vectos dromedarijs que ſunt
animalia minora. ſꝫ velociora came
lis. Auguſtinus tamen aſſerit ꝙ mi
raculoſe factum eſt ꝙ iter vnius an
ni tredecim diebus perficerent. Si
militer ꝛ nos per ſtudium bonoruȝ
operuȝ feſtinanter debemus ire ad
criſtum. Unde eccleſiaſtici. v. ¶ Ne
tardes conuerti ad dominum. ꝛ ne
differas de die in diem. ſicut coruus
qui ſemper clamat cras cras. Sꝫ qui
non eſt hodie cras minus aptus erit
Dominus noſter non permiſit quẽ-
dam ſepelire patrem ſuum. ſed iuſſit
vt ſtatim ſequeretur eum. vt dicitur
Multi tamen contra naturam etiam
animalium propoſitum boni operi
portant in vtero mentis duob9 vel
tribus annis. contra quos dominus
ait. ¶ Ue pregnantibus ꝛ nutrienti
bus in illis diebus. Johannis duod
cimo ¶ Ambulate dum lucem habe
tis. Item quinqꝫ ſunt ſtelle ſiue luia
que ducunt peccatorem ad xp̄m.
Prima eſt beata virgo. De qua Nu
meri. xxiiij. ¶ Orietur ſtella ex iacob
Unde etiam maria ſtella maris inter
pretatur. quia ſicut ſtella ducit naui-
gantes ad portuȝ. ſic ꝛ ipſa ſe deuote
rogantes ad criſtum
Scđa ſtella eſt criſtus qui dicit de ſe
Apocalipſis vltimo. ¶ Ego ſum ſtel
la ſplendida ꝛ matutina cuȝ qua hu
manitas ducitur ad diuinitatem.
Unde Johannis. xiiij ¶ Ego ſum
via veritas ꝛ vita
Tercia eſt exemplum ſanctoruȝ qui
noctem mundi huius illuminant
Unde eccleſiaſtici. xlij. ¶ Species ce
li gloria ſtellarum
Quarta eſt ſacra ſcriptura. De qua
Prouerbiorum. vi. ¶ Mandatum
lucerna eſt ꝛ lex lux.
Quinta eſt diuina gracia que interi
us illuminat. ꝛ proprie deſignatur
per ſtellam que magos vocauit. pre
ceſſit ꝛ duxit ad criſtum. Criſoſtim9
dicit ꝙ hec ſtella habebat in ſe ſignũ
pueri cruceȝ ferẽtis ĩ dextero hũero
Tercio commendantur a prudencia
interrogationis que regem ꝛ totam
iheroſolimaȝ turbauerunt dicentes
Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoruȝ
quaſi dicerent Querimus regem re
center natum. nõ herodem iam du-
dum in ſolio collocatũ. Super quo
loco dicit expoſitor. Nõ interrogant
ſed inſultant negligentes. arguũt cõ
tumaces ſeruos dño non occurriſſe.
ac ſi dicerent. Cur rex iudeorũ iacet
in preſepio. ꝛ non decumbit in tem-
plo. Cur nõ vulget in purpura. ſed
ſqualet in pannis. cur iacȝ in ſpelũca
et manifeſtus in ſanctuario nõ habe
tur. Receperũt eum iumenta in pre
ſepio quẽ in domo vr̃a vos recipere
ſpreuiſtis Similiter et nos quotidie
debem9 interrogare et diſcuttere cõ
ſcienciã nr̃am q̃rentes. vbi ẽ qui na-
tus ẽ rex iudeorũ. ij. Corinthios vl-
tio ¶ Uoſmetipſos tẽptate ſi eſtis ĩ fi
de. voſmetipi ꝓbate. Quatuor ſigna
ſunt per q̃ poſſumus ſcire vtrum in

D

nobis ſit criſtus
Primum eſt ſi amaritudineʒ de pec
catis habemus. quia puer inueni͛
cum maria matre ſua. Maria interp̄
tatur amarum mare Prouerbioruʒ
xviiij ¶ Cor quod nouit amaritudi-
nem anime ſue in gaudeo eius non
miſcebitur extraneus id eſt a peniten
cia alienus
Scdm̄ eſt ſi paupertateʒ diligimus
quia criſtus inuolutus eſt pannis
Unde Bernardus Pauper natus
eſt criſtꝰ. pauper vixit. pauper obijt
Eccleſiaſtici. ix ¶ Qui gloriatur in
paupertate. quantomagis i diuitijs.
Terciuʒ eſt ſi delicata contempnimꝰ
quia criſtus in preſepio reclinatur.
vbi cibus eſt iumentorū. Unde iob
xxviij. ¶ Non inuenitur in terra ſua
uiter viuencium Danielis. x. ¶ Pa-
nem deſiderabilem non manducaui
Quartum eſt ſi ocioſa verba vitamꝰ
quia vagit infans inter arta conditꝰ
preſepia. vnde Prouerbiorum. xiij.
¶ Qui cuſtodit os ſuum cuſtodit ai
mam ſuam id eſt criſtum qui eſt vi
ta anime Bernardus Uolat verbū
irreuocabile tranſit criſtus irremea
bilis. nec auertit inſipiens quid amit
tat per huiuſmodi queſtioneʒ turba
tur in nobis herodes id eſt ſenſualis
appetitus cogitationes cum eo
Quarto commendantur depreben-
ſione calliditatis quia herodis aſtu
ciam cognoſcentes ad eum redire ſic
ipſe poſtulauerat renmuerunt. Pro
uerbioruʒ. i. ¶ Fruſtra iacitur rethe
ante oculos pennatorum Similiter
⁊ nos debemus aſtuciam diaboli p̄
cauere vt illudamus ei non redeun-
do ad ipſum per recidiuationem ex

E

quo incipimus querere criſtum per
bonam operationem Unde Geneſis
decimonono ¶ Salua animam tuaʒ
⁊ noli reſpicere poſt tergum. Cū qui
buſdam nanqꝫ ludit diabolus ſicut
cuʒ mure murilegus. qui ad tempꝰ
murem dimittit ⁊ fugiendo iteruʒ
capit ⁊ interficit. Sic ⁊ dyabolus ꝑ
mittit quoſdam ad tempus a ſe rece
dere. veruntamen dicit cum pharōe
Exodi. viij ¶ Ite et ne longius abea
tis. vnde poſtmodum vehementius
eos inuadit ⁊ eos in peccato occidit.
Hinc eſt quod regi iſrahel ait ꝓphe
ta. iij. Regum. xx ¶ Uade ⁊ circūfor
tare cito ⁊ vide quid facias. ſequēti e
tiaʒ anno rex ſyrie aſcendet contra te
Sed a multis illuditur ei. ſicut con
tigit et de murilego qui aliquando
capit auem ⁊ vult ſecum ludere ſic
conſueuit cum mure. Sed illa eua
dit. nec ſe de cetero capi ſinit. hoc mō
ſapiens diabolo illudit ad eum non
redeundo. Unū Prouerbiorum. vi.
¶ Eruere quaſi dammula de manu
⁊ quaſi auis de inſidiis aucupis
Quinto commendantur a ſpirituali
congratulatione. quam de inaudito
prophecie oraculo. de inuiſo ſtelle ſi
gno. de inuento rege puero habue
runt. Unde videntes ſtellam magi
gauiſi ſunt gaudeo magno valde
Similiter ⁊ nos gaudere debemus
in ſpiritualibus bonis. Et primo d̄
īfuſione gracie qua liberamur a po
teſtate dyaboli. ⁊ efficimur filij dei.
Unde Colocenſes. i. ¶ Eripuit nos
de poteſtate tenebrarum. ⁊c̄.
Scdo de puritate conſciencie De q̄
prima Johānis. iij ¶ Si cor noſtrū
nō reprehēdit nos fiduciaʒ habemꝰ

F

ad deum. ⁊ quicquid petierimꝰ acci
piemus ab eo. Prouer. v. ¶ Secura
mens quaſi iuge conuiuium.
Tercio de ꝓmiſſione glorie. Unde
Luce. x. ¶ Gaudete autem. ꝙ nomi
na veſtra ſcripta ſunt in celis. Johis
xvi. ¶ Et gaudium veſtꝝ nemo tol
let a vobis. Primum gaudiū eſt ma
gnū. Secundū maius. Terciū ma
ximum.
Sexto commendantur a deuota oratō
ne. quia intrantes domum. id eſt di
uerſorium in quo natus eſt xpriſtus
Inuenerunt puerū cum maria ma
tre eiꝰ. vbi dicit expoſitor. Hec fami
lia tota. hec ⁊ vniuerſa milicia nati re
gis: ſed eadem virtute magis ꝙ pau
citate mirabilis. exigua numero: ſed
merito ſatis immenſa. ⁊ procidentes
adorauerunt eum. Bernardꝰ ¶ Nō
illis ſordet ſtabulum. nō pannis offē
duntur. nō ſcandalizātur lactētis in
fantia. ꝓcidentes venerātur ut regē
⁊ adorant ut deum. ꝑfecto qui illos
adduxit: ipſe ⁊ inſtruxit. ⁊ qui per ſtel
lam foris ammonuit: ipſe in occulto
cordis edocuit. Similiť ⁊ nos debe
remus intrare domum ꝓprie conſciē
tie. iuxta illud eccī. ¶ Precurre pri
or in domū tuam. ecce celeritas rede
undi a curis exterioribus. ⁊ illic an
notare. ecce ſcrutamentū conſcientie.
⁊ illic lude diuina beneficia recolen
do deuote. Sic ludebant ſaltātes to
tis viribus ante dominum. ij. Regū
vi. Qui ſaltat nunc petit ſumma nūc
redit ad yma. Sic ⁊ qui contemplatur
diuina beneficia mira quadam ani
mi iocūditate aſcendit: ut deꝰ ei dul
ceſcat. ⁊ mole grauitatis humane de
ſcendit: ut ipſe vileſcat. Deinde debe

G

mus procidere per conſideratiōem
conditionis infirme. Sicut abrahā
qui dicebat geneſis. xviij. ¶ Loquar
ad dominum meū cum ſim puluis
⁊ cinis. Puluis eſt homo qui flatu
temptationis de loco ſuo excutitur ⁊
quacunqꝫ deijcitur. ⁊ deiectus virtu
te ꝓpria non leuatur. Cinis eſt. quia
ex ſe nullum boni operis germen ꝓ
ducit. ⁊ aliunde: ſcilicet a gratia dei
ſuſceptum per ſe nutrire nō ſufficit.
Debemus etiam adorare. ſicut pre
cipitur in lege deutrono. vi. ¶ Do
minum deum tuum adorabis. ⁊ illi
ſoli ſeruies. In quibus verbis expri
mitur trinitas perſonarum. Domi
num. ecce pater. deum. ecce filius. tu
um. ecce ſpiritus ſanctus. Duplex ta
men eſt adoratio. Una que debetur
ſoli creatori. ⁊ grece dicitur latria. A
lia que debetur creature. ⁊ dicitᷣ du
lia. que tamen duplex eſt. Una que
dicitur ſimplex dulia qua adorātur
homines. Alia que dicitur yperduli
a: quaſi ſuperior dulia qua adorantᷣ
caro xpī ⁊ crux xpriſti. Carnem xpri
ſti adoramus: profitendo ꝙ ipſa ſit
cauſa noſtre redemptionis. quoniā
in ipſa ⁊ per ipſam redemit nos xpri
ſtus: exponendo eam paſſioni.
Item profitendo ꝙ ipſa ſit viuifica
trix animarum noſtrarum. quoniā
confert ⁊ auget gratiam ſi digne re
cipiatur in ſacramento altaris. Cru
cem quoqꝫ xpriſti ſimiliter adoramꝰ
profitendo ꝙ ipſa ſit inſtrumentum
noſtre redemptionis. in qua redem
ptor noſter operatus ē ſalutē in me
dio terre. Unde dicimus. ¶ Salue
crux precioſa que in corpore xpī de
dicata es ⁊c̄. Quia vero crux illa

h

viuifica.. in qua immolatus eſt ag-
nus vbiqꝫ eſſe non poteſt: iuſtituunt
alie cruces in eccleſijs: ut qui viderit
eas rememorentur veri ſacrificij: qđ
factum fuit in illa. Sic ⁊ tabernacu
la moiſi repreſentabant ymaginē mū
di ſuperioris. ſcilicet celi ⁊ angelorū
Iuxta quod dominus ait exod. xxv.
¶ Inſpice: ⁊ fac ſm exemplar quod
in monte monſtratum eſt. ſed redar
guunt nos iudei in hoc ꝙ ymaginē
ſanctorum depingimus: ⁊ eas adora
re videmur: maxime cum prohibea
tur in lege. Regum. xx. ¶ Non faci-
es omnem ſimilitudinem que eſt in
celo deſuper. ⁊ que in terra deorſum
⁊c. Quibus reſpondere poſſumus.
ꝙ ſicut ait Iohannes damaſcenus.
Tribus de cauſis ſanctorum ymagi
nes fiunt.

Prima eſt propter eorum memoriā
Cum enim poſt incarnationem xpi
ſti facta ſunt multa digna memoria
expediebat ymagines fieri in reme-
morationem eorꝫ.

Secunda eſt propter imitationem.
quia ſanctorum certamina erigunt
nos ad fortitudinem ⁊ imitationem
virtutis eorum: ⁊ ad gloriā dei.

Tercia eſt propter rudium ſimplici
tatem. quia neſciunt legem. propter
quod excogitauerunt patres noſtri:
veluti quoſdam triumphos ymagi
nes ſanctorum depingere ad notici-
am laycorum. nec adoramus ymagi
nes inquantum ſunt materia ⁊ ope-
ra manuum hominum: ſed eos quo
rum ſunt ymagines fieri ad adoran
dum. ſicut gentiles ydola adorabāt.
credentes eis numē ineſſe. Unde ſub

I

ditur in exodo. ¶ Non adorabis ea
neqꝫ coles.

Septimo commendantur in mune
rum trina oblatiōe. quia apertis the
ſauris ſuis: obtulerūt ei munera au-
rum. thus. ⁊ mirram. Aurum regi.
thus deo. mirram paſſibili ⁊ morta-
li. ſicut predictum fuerat yſaye lx.
¶ Omnes de ſaba venient. quia per
iſtos tres reges indeuenientes deſig
natur totum genus humanū de tri
bus noe filijs propagatum. Sequi
tur ¶ aurum ⁊ thus deferentes. Nō
nominat mirram. quia mortalitas e
ius ſatis erat manifeſta: ſed diuini-
tas que per thus. et regia dignitas
que per aurum ſignatur erant laten
tia. Unde exprimit ea propheta: ut
confundantur iudei: qui xpiſtum
purum hominem ſuſpicantur. Si
militer ⁊ nos offerre debemus mu-
nera naſcenti regi. quia indeuotus
eſt vacuus adorator. Unde dicitur
exodi viceſimotercio ¶ Non appare
bis in conſpectu domini vacuus.

Primo ergo debemus offerre aurū
in ſtudio ſapientie celeſtis: vacantes
⁊ videntes ꝙ bonus ſit deus in ſe. et
erga homines ꝙ benignus. Unde
dicitur prouerbiorum octauo ¶ Me
lior eſt ſapientia cunctis op . ibus p̄
cioſiſſimis. ⁊ omne deſiderabile ei cō
parari non poterit. Unde etiam di-
citur ſapiencie octauo ¶ Prepoſui il
lam regnis ⁊ ſedib9: ⁊ diuitias nihil
eſſe duxi in comparatione illius.

Secundo offerre debemus thus in
ſtudio deuote oratōnis. Unde dicit
pſalmiſta. ¶ Dirigatur oratio mea
ſicut incenſum in conſpectu tuo.

K

Thus redolet.fumigat ⁊ ardet in ig
ne.Sic et oratio redolere debet per
continuationē.Unde luce.xviij.¶ O
portz ſemper orare ⁊ nunq̄ deficere
Fumigare debet per humilitatem.
Unde eccleſiaſtici.xxxv. ¶ Oratō hu
miliantis ſe nubes penetrabit.Arde
re debet per deuotionem. Unde.p̄.
Cor.xiiij.¶ Pſallam ſpiritu.pſallam
⁊ mente.
Tercio mirram in dolore cordis.⁊ i
labore corporis. Mirra namq̄ ē gu
ſtu amara.⁊ talis eſt dolor peniten/
tialis. Sicut enim ſtomach9 immo
derato vſu dulcium corruptus potio
ne purgatur amara.ſic eorum mens
que peccatorum delectatōne compu
truit:nunq̄ melius curari poteſt q̄
amaritudine cordis : maxime ſi ſepe
detur eis bibere vinum mirratū do
minice paſſionis.De quo pſal.¶ Po
taſti nos vino compunctionis. Qō
quidem quāto amarius eſt ex recor
datione peccati:tanto eſt ſalubri9 pec
catori. Item mirra corruptioni reſi
ſtit.⁊ talis ē exercitio corporalis.De
qua cantico.i.¶ Faſciculus mirre di
lectus meus mihi. vbi dicit bernar
dus.Non faſcem:ſed faſciculū dicit
diminutiuū:eo q̄ leue pro amore ip
ſius ducat: quicquid laboris immi/
neat ⁊ doloris.Sequitur ¶ inter vbe
ra mea cōmorabitur. Unde bernar/
dus.habebo illum ſemper nō retro
in humeris:ſed an̄ pre oculis ne por
tantes ⁊ nō odorantes:⁊ on9 premat
⁊ odor nō erigat. hec mirra de cor
ruptione redimit vitam noſtraz.quo
niam corda ⁊ corpora noſtra compu
treſcerent:ſi non hec de manib9 labo
rantium diſtillaret.Cantic.v.¶ Ma

L

nus mee diſtillauerunt mirraz. Ma
lus vermis luxuria quo nullus alter
nocentior.Ingreditur enim blandi
endo.mordet ridendo.transformat
delectando.perimit conſenſu volun
tario.Unde prouer.xxiij.¶ Ingre/
ditur blande ⁊ in nouiſſimo morde
bit ut coluber:⁊ ut regulus venena
diffundet.Malus quoq̄ vermis ac
cidia vel triſticia.De quo prouerbio
rum.xxv.¶ Sicut tinea veſtimento
et vermis ligno:ita triſticia viri no/
cet cordi.Unde bernardus.Igitur
qui ad mortificandos hos vermes
preuenit:hac mirra vngere corpus
ſuuz in ſepultura.quiſquis ille eſt nō
eſt qui vereatur vermem qui nō mo
ritur.quia iam mortuus eſt vermis
vnde ille oritur. Si ergo non ſuffi
cit aurum ſapientie vel thus oratio
nis offerre:offeras mirram continē
tie ut ſcias corpus tuum cuſtodire i
ſanctificatione et honore.Eſt autez
mirra incipientium.thus proficien
tium.aurum perfectorum. ſed dig
niora ab euangeliſta in ordine pro/
feruntur.

¶ Dominica infra octauam epi
phanie.

Epiſtola. Iſaye.lx.

Surge illuminare Ihe
ruſalem. quia venit lumen
tuum. et gloria domini ſu/
per te orta eſt ⁊c̄.ut ſupra in die E
phanie.

¶ Euangelium. Iohannis primo.

A

In illo tempore. vidit iohānes ihesum venientem ad ſe ⁊ ait. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi Poſt me venit vir qui ante me factus eſt: qui prior me erat. ⁊ ego neſciebam eum Sed ut manifeſtetur iſrahel. propterea ego veni in aqua baptizās. Et teſtimonium perhibuit iohānes dicens. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de celo. ⁊ manſit ſuper euꝫ. ego neſciebam eum. Sꝫ qui miſit me baptizare in aqua. ille dixit mihi. Super queꝫ videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi ⁊ teſtimoniuꝫ perhibui. quia hic eſt filius dei.

¶ Sermo viceſimuſquintus.

Hic eſt filius meus dilectus. in quo mihi bene complacui ipſum audite. Verba ſunt patris ad filium in baptiſmo: quem oſtendit hodie mundo tanꝗ extenſo digito. id eſt ſpiritu ſancto qui deſcendit in columbe ſpecie ſuper euꝫ. Triplici teſtimonio dominus glorificatus ē in baptiſmo. Primum eſt teſtimoniū iohannis. De quo iohānis. i. ¶ Vidit iohānes ihesum veniētem ad ſe ⁊ ait. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi Venerat em̄ ſicut vnus de populo ut baptizaētur ab eo. ſed iohānes ſpiritu ſancto reuelante eum cognouit ⁊ illum demōſtrauit. Unde bernardus. Valde humiliaris domine. nimis abſconderis: ſed iohānem vtiqꝫ

B

nō latebis. Nonne ipſe eſt qui te nōdum natus agnouit. nōne ipſe ē qui per vtriuſqꝫ materni vteri parieteſ recognouit. Et quia voce oris turbis clamare non potuit: ſaltem matreꝫ ſuam motu exultationis edocuit. Ecce inquit agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. nō dicit morbos corporis. nō moleſtias carnis: ſed peccatū quod eſt morbus anime. corruptio mentis Sed fortaſſis minus credis iohānis teſtimonio. Ecce ſecundū teſtimoniū maius iohāne. ſcꝫ ſpirit9 ſancti aduenietis in ſpecie columbe. De quo Johis. i. ¶ Vidi ſpiritū deſcendentē de celo: ⁊ manſit ſuper euꝫ Bernardus Nō incongrue ad indicandū agnum dei venit columba. ꝗ in auibus hijs eſt ſumma vtriuſqꝫ innocētia. ſumma māſuetudo. ſumma ſimplicitas. nocere cuiꝙ neſciūt. ledere nō nouerūt. Sed ne fortuito caſu id eueniſſe cauſeris. Ecce terciuꝫ teſtimoniū maius hijs. vox ſpūs dei patris. ꝗ maieſtas domini intonuit ſuper aquas maris ⁊ vox patris audita eſt. Hic eſt filius meus dilect9 in quo mihi bene cōplacui In quibus verbis ꝯmendat eum a quatuor. Primo a ſingularitate cuꝫ dicit. hic eſt quaſi diſcretus ab alijs. cui nemo ſimilis ⁊ ſpecialis i tribus Primo in donoꝝ plenitudine De quo iaco. .iij. ¶ Nō ad menſuram dat ei deus pater ſpiritū. ¶ Secundo in peccati immunitate quia nec peccatū commiſit. qui nec peccatuꝫ ꝯtraxit. De q̄ pſal. ¶ Qui ingredit̄ ſine macula ⁊c̄ Tercio in verbi vniōe. De quo pſal. ¶ Fiat man9 tua ſuper virtutē dextere tue. De hijs hebre. vij. ¶ Talis ei

C

decebat ut nobis eſſet pontifex. ſcūs
id eſt omni grā plenus ⁊ ↄfirmatus
innocēs a peccato actuali. impollutꝰ
a macula originali. ſegregatus a pec
catoribus. qꝛ caro eius de maſſa pec-
catrice aſſumpta eſt ⁊ mundata. ⁊ ex
cellentioꝛ celis. i. angelis. factꝰ. quia
verbo unitus.

Secundo ↄmendat eum a nobilita-
te cum dicit. filius meus. i. ↄſubſtan
tialis: cum omnia bona ↄmunicauit
Unde ioh. xvij. ¶ Mea omia tua ſūt
⁊ tua mea ſunt. Unde pſal. ¶ Domi
nus dixit ad me filius meꝰ es tu ego
hodie genui te. Preſens ⁊ preteritū
iungit: ut innuat illam generationē
eſſe eternā. Non em̄ fuit qđ preterie
rit. ⁊ ꝓpter hoc dicit hodie. nec ita ē
quin ante fuerit. ⁊ ideo dicit. genui
te. Iſa. vlti. ¶ Nunquid ego qui ali
os parere facio carnaliter. ipſe non
paream ſpiritualiter mihi filiū coe
ternum. Idem. liij. ¶ Generationē
eius quis enarrabit. quaſi diceret. nl'
lus.

Tercio ↄmendat eum a dilectōne cū
dicit. dilectus. qꝛ omnes cauſe dilecti
onis fuerunt in eo. ſ. eloquentia diui
ne ſapie. pulchritudo. potentia. mun
dicia ⁊ honorificentia. De quibꝰ he
bre. i. ¶ Locutꝰ eſt nobis in filio ⁊c̄.
Et nota ꝙ ſpecialiter dilectus eſt pa
tri ꝓpter obedientiā. Philip. ij. ¶ Fa
ctus eſt obediens patri vſq; ad mor
tem. mortem aūt crucis. In hoc ꝙ a
it factus: notatur ꝙ eius obedientia
fuit voluntaria. In hoc ꝙ dicit vſq;
ad mortē: notatur quod finalis. In
hoc ꝙ ait. mortem autem crucis no
tatur ꝙ maxima. ignominioſa. ⁊ dura
Dilectus matri ꝓpter magnificenti

D

am. qꝛ ſibi ſoli donauit ꝙ mater eſſet
⁊ virgo. Unde ipſa dicit. Fecit mihi
magna qui potens eſt ⁊c̄. ¶ Dilectꝰ
angelis ꝓpter ſapientiam. Unde apo
ca. i. ¶ In quē deſiderant angeli ꝓſpi
cere tanꝙ in ſpeculum glorie. Sap.
vij. ¶ Candoꝛ eſt em̄ lucis eterne: et
ſpeculum ſine macula dei maieſtatis
Dilectus apoſtolis ꝓpter honorificē
tiam. Unde pſal. ¶ Mihi autē nimis
honorati ſunt amici tui deus. Unde
ait ioh. xv. dicens ¶ Nō vos me elegi
ſtis: ſed ego vos elegi. ¶ Dilectus
martiribus ꝓpter victoriam Unde a
po. vi. ¶ Uidi ⁊ ecce equus albus. id
eſt ordo martirum: qui dealbauerūt
ſtolas ſuas in ſanguine agni. ⁊ qui ſe
debat ſuper illum. ſcilicet xp̄s qui pu
gnabat ꝑ eis. habebat arcum. i. auto
ritatem ſacre ſcripture. ⁊ data ē ei co
rona: ⁊ exiuit vincens ⁊ vinceret. Un
de canit eccleſia. Tu vincis in marti-
ribus ¶ Dilectus ↄfeſſoribus ꝓpter
iuſticiā. Unde de eccleſia dicit' apo.
xix. ¶ Datū eſt illi ut cooperiat ſe biſ
ſo. id eſt operibus iuſticie. ſplendido
ꝓpter honeſtatem ↄuerſationis. ⁊ cā
dido ꝓpter puritatem intētionis.

Dilectus virginibꝰ ꝓpter mundiciā.
Unde ſap. iij. ¶ Quā felix ſterilis et
nō coinquinata que nō ſciuit thorū
in delicto. habebit fructꝰ in requie
animaꝝ ſanctaꝝ. De hijs apocali. v.
¶ Dignꝰ eſt agnꝰ qui occiſus eſt ac-
cipere virtutem. ſ. ut ei attribuat' gra
tia ſingularis a matre. ⁊ diuinitatem
ſcꝫ ut detur ei manifeſta ratio digni
tatis a patre. ⁊ ſapiam ſibi attributā
ab angelis ⁊ fortitudinē a martiribꝰ
⁊ honorē ab apoſtolis. ⁊ gloriā a vir
ginibus. ⁊ benedictionē a ↄfeſſoribꝰ

Quarto ꝯmendat eum ab oīmo da bonitate cū dicit. In quo mihi bene ꝯplacui. ꝙ nunq̄ patri diſplicuit. nū q̄ oculos maieſtatis offendit. immo ſemper voluntatē eius impleuit. ſicut ipſe ait Ioh. viij. ¶ Que placita ſunt ei facio ſemper. Unde merito volun tatis ſue recōciliauit nos patri. quod nullus alius potuit. ſicut oſtēdit iob ix. ¶ Nō eſt qui vtrumq; valeat argu ere ⁊ ponere manū ſuam in ambob9 Ubi dicit grego. Optat ventuꝝ me diatorem: qui ⁊ hoiem argueret non delinquere ⁊ deo in ſe opera quibus placaretur oſtenderet. Nos quoq; q̄ tuor hec ꝯſequimur in baptiſmo

Primo enī diſcernimur a grege infi delium ⁊ caractere ⁊ nomine. Unde pſa. lv ¶ Erit dominus noīatus in ſi gnū qđ auferetur. ꝙ caracter baptiſ malis indelibilis. Idem. lxv. ¶ Ser uos meos vocabit alio noīe. ſcilicȝ ut denoīentur xp̄iani a xp̄o.

Scđo nobilitamur ī adoptōȝ filioꝝ De quo .i. ioh. iij. ¶ Uidete qualem caritatē dedit nobis pater vt filij dei noīemur ⁊ ſim9. Bernar. Particeps noīs ſiue hereditatis xp̄ianus ſiue fr̄ xp̄i ſum qđ dicor. dei ſuȝ heres. cohe res aūt xp̄i. Unī ioſeph fr̄ibus ait ge ne. xlv. ¶ Ego ſum frater veſter ⁊c̄.

Tercio diligimur affectu in cognati one multoꝝ. Pater ei tribuit nobis potentiā: ne per violentiam opprima mur. filius ſapiam: ne per fraudulē tiam ſeducamur. Sp̄us ſanctus bo nitatē: ne ꝑ maliuolētiā depuemur

Quarto efficimur placidi in decore virtutū ⁊ in fructificatōe bonorum opeꝝ. Unde pſal. ¶ Concupiſcet rex decorē tuū. Sap. iiij. ¶ Placita erat deo aīa eius. ꝑpter hoc ꝓparauit illū educere de medio iniquitatū. ſic po mū poſtq̄ eſt bene maturꝝ placiduȝ efficitur ⁊ colligitur. ⁊ in menſa dn̄i p̄ntatur. Iſa. vlti. ¶ Adducēt omēs frēs veſtros de cunctis gentibus do num dn̄o. qđ erit qn̄ miniſterio an geloꝝ transferemur ad regnū. Qđ ipſe nobis preſtare dignet ⁊c̄.

Dn̄ica prima poſt epiphanie.

Epiſtola. Roma. xij.

Fratres. obſecro vos per miam dei ut exhibeatiſ corpora veſtra hoſtiā viuen tē. ſanctā. deo placentē. Rōnabile ob ſequiū vr̄m. ⁊ nolite ꝯformari huic ſeculo: ſȝ reformamini in nouitate ſen ſus vr̄i: ut ꝓbetis q̄ ſit voluntas dei bona ⁊ bn̄ placens ⁊ ꝑfecta. Dico ei per grām que data ē mihi oībus q̄ ſunt int̄ vos. nō plus ſape q̄ oȝ ſape re: ſȝ ſapere ad ſobrietatē. Et vnicuiq; ſicut de9 diuiſit menſurā fidei. Sic enī in vno corpore multa hēmus mē bra. oīa aūt mēbra nō eundē actum hn̄t. ita multi vnū corp9 ſum9 ī xp̄o Singuli aūt alter alteri9 membra. in xp̄o iheſu dn̄o noſtro.

Euangeliū. Luce. ij.

In illo tempore. Cū factus eēt iheſus annoꝝ. xij. aſcēdentib9 il lis iheroſolimā ſm ꝯſuetudinē diei feſti. Cōſummatiſq; dieb9 cū redirēt remāſit puer ih̄s in ih̄rl'm. ⁊ nō cog nouerūt parētes. Exiſtimātes aūt illū eē in comitatu: venērūt iter diei ⁊ re q̄rebāt eū int̄ ꝯgnatos ⁊ notos. ⁊ nō inueniētes regreſſi ſunt in iheruſa lem: requirentes eū. Et factum eſt p9 triduū inuenerūt euȝ in templo

ſedentem in medio doctoꝝ audienté illos: ⁊ interrogaté eos. Stupebát autem omnes qui audiebant eum ſuper prudentia ⁊ reſponſis eius. Et videtes ammirati ſunt. Et dixit mater eius ad illuȝ. Fili quid feciſti nobis ſic. Ecce pater tuus ⁊ ego dolentes q̄rebamus te. Et ait ad illos. Quid é ꝙ me querebatis. neſciebatis. quia ī hijs que patris mei ſunt oportet me eſſe. Et ipſi nō intellexerunt verbum quod locutus eſt ad illos. Et deſcendit cū eis ⁊ venit nazareth. ⁊ erat ſubditus illis. Et mater eius ↄſeruabat omia verba hec ↄferens in corde ſuo Et ihesus proficiebat etate ⁊ ſapientia ⁊ gratia apud deum ⁊ homines.

¶ Sermo. xxvi. de euangelio.

Remanſit puer Iheſus in Iheruſalem: et non cognouerunt parétes eius ⁊c. Dominus iheſus frequenter nominatur in euangelio puer: non tam ꝓpter etatem ꝙ̄ ꝓpter puritaté. id eſt peccati immunitateȝ. ⁊ ſpecialiter in quinqȝ locis.

Primo in circumciſione. de quo Luce. ij. ¶ Poſtꝙ̄ ↄſummati ſūt dies octo ut circūcideretur puer ⁊c.

Secundo in manifeſtatione, de qua Math. iij. ¶ Inuenerunt pueruȝ cū maria matre eius.

Tercio in preſentatione. de qua Luce. ij. ¶ Cū inducerent pueꝝ iheſum

Quarto in herodis perſecutione. de qua math. ij. ¶ Surge ⁊ accipe pueꝝ

Quinto in aſcēſione ad diem feſtum De qua hic. In quibus notant᷑ quinqȝ puritates quas debet quiſquis fidelis habere

Prima eſt circumciſionis. i. puritas quinqȝ ſenſuum: qui deſignant᷑ per quinqȝ ſiclos argenti: quibus primo genitus hoīs redimebatur. Nume. xviij. ꝙ fides que eſt prima virtutū in cordibus fideliū moritur: niſi puritate quinqȝ ſenſuum ↄſeruetur.

Secunda eſt manifeſtatōnis. ſ. puritas bonoꝝ operum. quibus ꝓximis manifeſtamur. De qua math. v. Luceat lux veſtra coraȝ hoībus. Iob. ix ¶ Si lotus fuero quaſi aquis niuis: ⁊ fluxerint velut mundiſſime de me tu tn̄ ſordibus intingens me. i. ſordidum peccatis oñdens. ꝙ nemo mundus a ſorde ⁊c.

Tercia eſt p̄ſtationis. ſ. puritas cogitationū ⁊ delectationū. quibus diuinis oculis preſentamur. Unde pſal. ¶ Scrutans corda ⁊ renes de9. Iſa. pri. ¶ Auferte malū cogitationuȝ veſtrarum.

Quarta ē perſecutionis. ſ. puritas cōſcientie: que nō apparet niſi in tribulatōe. Unde pſa. xxxviij. ¶ Memento qm̄ ambulauerim corā te in veritate quo ad fidem. ⁊ in corde perfecto q̄ ad dilectōnem. ⁊ qd̄ bonū eſt in oculis tuis fecerim: quo ad operationeȝ vbi dicit glo. Felix ↄſcientia que in tempore maloꝝ p̄t recordari bonoꝝ. Iob. xxvij. ¶ Tēptauit me cor meuȝ in omni vita mea. i. Petri. iiij. ¶ Nemo veſtꝝ patiat᷑ quaſi homicida aut fur. aut maledicus. aut alienoꝝ appetitor. ſi aūt ut xpianus nō. erubeſcat. glorificet aūt deū in iſto noīe.

Quinta eſt aſcēſionis ad diē feſtū. ſ. ut ꝓpter celeſte regnū oīa faciamus. Unde eccl. ij. ¶ Sapientis oculi in

capite ei9. Math. vi. ¶ Si ocul9 tu9 fuerit ſimplex. i. intentio directa ad deū totū corp9 tuū. i. ɔgeries opeꝝ lucidū erit. // Notatur aūt hic qua tuoꝛ circa ihesum. Manſio. amiſſio. re quiſitio. ⁊ inuentio. Manſio notatur cū dicit ¶ Remanſit puer ihesus in iheruſalem. Aſcenderat aūt duoden9 cu m parentibus ad feſtū paſche. qꝛ preceptū erat i lege exo. xxiii. ut om nis maſculus de iſrahel in tribus ſo lemnitatib9. ſ. paſcha ⁊ penthecoſtes ⁊ ſcenophegia ſe dn̄o in iheruſalem preſentaret ⁊ offerret hoſtias deťmi natas in lege tn̄ illi qui remoti erant interueniēte neceſſitatis articulo: de duabus ſolemnitatibus poterant ex cuſari. Sed de ſolemnitate paſchali nō niſi ſola infirmitas excuſabat. Et ideo parentes dn̄i ad feſtum paſche ſpecialiter aſcendiſſe ɔmemorantur. In hijs tribus feſtis triplex ſtatus fidelium deſignatur. In paſcha quā do offerebanť grana manibus con fricata notatur ſtatus penitentie. In quo penitens per iugem ɔtritionem ⁊ carnis macerationem deponit pec cati veterem ɔſuetudinem. Colo. iij. ¶ Expoliantes vos veterem hoīem cum actib9 ſuis. hoc feſtū eſt expur gatio fermentoꝝ. Vn̄ exo. xij. ¶ Nō inuenietur fermentū in domibus ve ſtris. i. in cordibus veſtris. Modicuꝫ fermenti totam maſſam corrumpit. ⁊ modicum venenum totum corpus inficit. ſic ⁊ vnum moꝛtale quantum cunqꝫ ſit modicum: totam congerieꝫ bonoꝛum operum deſtruit. ⁊ aīam interficit. ⁊ anteꝙ filij iſrahel face rēt phaſe: ſemper pharao eos oppreſ ſit. ſed eo celebrato: ſubmerſus eſt in mari rubꝛo. Sic ⁊ dyabolus oppri mit peccatoꝛem. nec ceſſat exigere tri butum peccatoꝛuꝫ donec faciat pha ſe penitentie. Tunc enim in amaritu dine contritōis ſubmergitur dyabo lus. non audens inquietare ipſum

In pēthecoſtes qn̄ offerebāť panes nouaꝝ frugū notať ſtatus perfectō nis ſiue iuſticie. in q̄ iuſt9 offert dn̄o nouitatē vite. Ro. vi. ¶ In nouitate vite ambulem9 In h̄ feſto data ē lex vetus populo. In hoc etiam ſpirit9 ſanctus ſuper apoſtolos venit. Pen thecoſtes idem eſt ꝙ quinquaginta quia numerus eſt anni iubilei. quia in ſtatu iuſticie implet homo man data diuina. recipit ſpiritusſancti ca riſmata: quando remittuntur debi ta peccatoꝛum. redit vera libertas. in cipiunt omnia eſſe virentia noſtra: ut in omnibus creaturis tanq̄m in ſpeculum videamus ⁊ laudemus de um ⁊ delectemur in ipſo.

In ſcenophegia autem que interpꝛe tatur fixio tabernaculorum deſigna tur ſtatus glorie. in quo corpoꝛa no ſtra immobilia erunt ⁊ immutabili a. Unde dicit pſalmiſta. ¶ Nō com mouebitur in eternum: qui habitat in iheruſalem. Dominus autem aſ cendens ad diem feſtum paſche: vo luit ibi manere: per hoc nobis innu ens. ut cum per penitentiam ad de um tranſimus: ab eo non recedam9 dicentes cum patriarcha iacob gene ſis. xxxij. ¶ Non dimittam te niſi benedixeris mihi ⁊c. Item ſponſa Cāticorum. iij. ¶ Tenui eum: nec di mittam. Sed heu multi cito rece dunt a feſto penitentie. Quibus ait Bernardus. ¶ Venturo paraſtis

E

hoſpicium confitentes peccata cum
gemitu. caſtigantes corpora. elemoſi
nas impendentes. Et ecce ſuſceptū
proditis inimicis. Immo exire cō-
pellitis priores nequitias admitten
do. quod ignominius eſt ꝙ non reci
pere. Unde poeta Turpius ejicitur
ꝙ non admittitur hoſpes In hoc ꝙ
erat duodennis. notatur ꝙ non poſ
ſumus feſtum deo celebrare. niſi per
affectum gemine dilectionis ⁊ per-
fectionem operis. Nam duodenari
us ex duobus ⁊ decem perficitur.
Unde eccleſiaſtici. iij. ¶ Filij ſapien-
cie eccleſia iuſtorum. ⁊ natio illorum
obediencia ⁊ dilectio. quia hec ab e
is naſcuntur per doctrinam verbi ⁊
exempli. Amiſſio notatur cum dici
tur. Et non cognouerunt parentes
eiꝰ. ſcilicet beata virgo que vere ma
ter eius erat. ⁊ ioſeph qui erat pater
eius putatiuus. Luce ſecūdo. ¶ Vt
putabatur filius. ioſeph. ne fama v-
ginis lederetur. ⁊ ipſe dominus na-
tus de adulterio diceretur. Itē erat
eius nutricius. ⁊ ideo pater vocatus
Mathei. vj. ¶ Scit pater veſter. ꝙ
hijs omnibus indigetis Sꝫ quomo
do potuit obliuiſcendo relinqui qui
tanta parentum prouidencia nutrie
batur. Ad hoc dicendum. ꝙ cauſa a
miſſionis non fuit obliuio. ſed quia
ſeorſum viri ſteterunt ⁊ mulieres e-
orum ſeorſum. que laudabilis con
ſuetudo ſemper deberet in eccleſijs ⁊
proceſſionibus obſeruari. vt viri eſ-
ſent ſeparati a mlieribꝰ. Vn̄ dn̄s ¶ Se
orſum viros ⁊ ſeorſum mulieres in
archā introire precepit. Geneſis. vi
Parentes domini ſpiritualiter deſig
nant penitentes qui eum in corde

F

concipiunt per timorem. ⁊ pariunt
in opere per amorem. Unde Iſaie.
xxvi. Alia littera. ¶ A timore tuo do
mine concepimꝰ ⁊ q̄ſi parturiuimꝰ
⁊ peperimus ſpiritum ſalutis Iſti
dum ſunt in iheruſalem id eſt in trā
quillitate mentis habent ſecum ihe-
ſum. quia ſicut ait pſalmiſta. ¶ In pa
ce factus eſt locus eius Sed mox vt
redeunt ad tumultum ſeculariū ne
gotiorum amittunt ipſum Unde. iij
Regum. ij. Salomon ait ſemei ¶ E
difica. tibi domum in iheruſalem ⁊
habita ibi. ⁊ nō egrediaris inde huc
atqꝫ illuc. Quacunqꝫ autē die egreſ
ſus fueris. ⁊ tranſieris torrentem ce
dron. id eſt dimiſeris penitencialem
dolorem. Interpretatur em̄ triſtis
meror. ſcito te interficiendum Et
Nota ꝙ quidam amittunt iheſum
per ignoranciam credēdorum. qui-
bus ipſe dominus ait Mathei. xxiij.
¶ Ecce relinquetur vobis domus
veſtra deſerta. Iohānis. xij. ¶ Abijt
⁊ abſcondit ſe ab eis. Quidā per
ignoranciam faciendorum. vt ſim-
plices layci. De quibus Iohānis. x.
¶ Querebant eum apprehendere et
exiuit de manibus eorum.
Primi ſunt ceci. Et ideo nō poſſunt
iheſum videre
Scd̄i paralitici. Et ideo nō poſſunt
eū tenere Itē quidam amittunt eū
per negligēciam. vt prelati ocio de-
diti. qui dicere poſſūt Mathei vltio
¶ Nobis dormientibꝰ. i. circa faciē
da torpētibus. diſcipuli furati ſunt
eū. diſcipuli ſūt boni ſubditi circa ſa
lutē ſuā ſolliciti. q̄lis erat ſamuel ſub
hely ſacerdote q̄ adeptꝰ ē gr̄ciā ſacer-
docij. ꝙ ille ꝑ negligentiā correctōis

amiſit. Item quidam amittunt eum
per ſcienciā. vt litterati ⁊ omnes qui
contra conſcienciam peccant. quibus
dominus ait Oſee. vij. ¶ Ve eis qui
receſſerunt a me. vaſtabuntur quo-
niam preuaricati ſunt in me. Idem
ix. ¶ Ve eis cum receſſero ab eis. pri
us enim deſerit homo deum ꝙ deꝰ
hominem. Nam deus primus eſt ĩ
acceſſu. ⁊ vltimus in receſſu. Itē qui
dam amittunt eum per errorem vt
philoſophi ⁊ heretici. Unde ipē ait
Mathei. xxiiij. ¶ Si dixerint vobis
Ecce in deſerto eſt. id eſt in doctrīa
philoſophorum. quam fideles deſe
ruerant. nolite errare. ecce imperial'
eſt. id eſt in doctrina hereticorum
qui ĩ latibulis falſa dogmata ſua cō-
fingunt nolite credere. Sequitur đ
requiſitione. exiſtimantes illum eſſe
in comitatu. id eſt inter eos qui ſimi
liter concomitabantur. Venerūt iter
die. hoc eſt ſtatȝ ea die qua redierūt
a iheruſalem. ⁊ requirebant eum in
ter cognatos ⁊ notos. id eſt vicinos.
Hoc factum eſt ſcđa die poſt Illi in
comitatū ſuſpicantur eſſe iheſuȝ qui
in multiplicatione comitum ⁊ equo
rum ⁊ gregum credunt eſſe ſalutem.
De quibus. pſalmiſta ¶ Hij in curri
bus ⁊ hij in equis. ⁊c̄. Oſee quinto.
¶ In gregibus ſuis ⁊ in armentis ſu
is vadunt ad querendum dominuȝ
⁊ non inuenient. ablatus eſt ab eis
Inter cognatos ⁊ notos querūt ihe.
ſum qui circa indigentes auari. circa
propinquos ſuos ſunt prodigi ⁊ ta-
men per hoc credunt ſaluari. cum
dicat pſalmiſta. ¶ Diſperſit. id eſt nō
vni ſed multis tribuit. vt pluribus
proſit. dedit pauperibus. ⁊ non diui

tibus Iuxta illud Mathei decimono
no. ¶ Si vis perfectus eſſe. ⁊c̄. In
perſona talium dicit ſponſa. Cāticoꝝ
vltimo ¶ In lectulo meo. id eſt ĩ vo
luptate carnali. vel in amore mūdia
li. torpēs per noctes. id eſt ſeculares
in peccatis exiſtentes. queſiui quem
diligit anima mea. quia ipſe pro me
dedit dilectam animam ſuam. Ihe
remie. xij ¶ Queſiui illum. ⁊ non in
ueni. quia qui in tenebris ſunt alijs
oſtendere lucem non poſſunt. ſurgā
diluculo a ſompno corporis. ⁊ circui
bo ciuitatem huius mundi. ⁊ per vi
cos ⁊ plateas. id eſt ſtricte ⁊ large vi
uentes. ſi poſſim eum inuenire alicu
bi. Inuenerunt me vigiles. id eſt ve
ritatis predicatores. qui cuſtodiunt
ciuitates id eſt eccleſias. vt animas e
ripiant. non vt burſas impleāt. qui-
bus ait. Nunquid quem diligit ani
ma mea vidiſtis. id eſt docere me vi
am ſalutis. Paulum cum pertran
ſiſſem eos. id eſt per eos tranſirem.
videns conuerſationem. ⁊ audiens
predicationem eorum. Inueni queȝ
diligit anima mea

Sequitur hic de inuentione. ⁊ non
inuenientes regreſſi ſunt in iheruſa-
lem. tercia die. ⁊ factum eſt poſt tri
duum inuenerunt eum. Triduum
hoc ſignificat correctionem cogitati
onis. locutionis. ⁊ operationis. poſt
quot inuenitur iheſus ¶ De hijs
Yſaie. i. ¶ Auferte malum cogitatio
num veſtrarū ab oculis meis. ecce
correctō cogitatōis. quieſcite agere ꝑ
uerſe. diſcite benefacere. Ecce corre
ctio operis. querite iudicium. ſubue
nite oppreſſo. Iudicate pupillo De
fendite viduas. ¶ Ecce correctio

I
locutionis. que maxime eſt in conſul
tando ⁊ aduocando ⁊ bene iudican
do pro perſonis miſerabilibus. ⁊ ve
nite ⁊ arguite me dicit dominus. ſi
non remunerauero vos. Ubi nota
ꝙ paſtores. id eſt prelati ⁊ doctores
inueniunt eum in preſepio ſacre ſcri
pture. De quo Job. vi. ¶ Nunquid
mugiet bos cum ante eum preſepe
plenum steterit. Mage id eſt religio
ſi ⁊ contemplatiui qui prudēter no
uerunt incantare. mundum. carnem
⁊ dyabolum. Inueniunt eum in do
mo proprie conſciencie. De quo Sa
piencie. viij. ¶ Intrans in domum
meam conquieſcaꝫ in illa. Parentes
eius id eſt penitentes inueniunt euꝫ
in templo per ſtudium orationis in
medio doctorū per auditū predica
tionis. De primo Iſaie. xliij. ¶ Do
mus mea domus orationis vocabi
tur. De ſecundo. Eccleſiaſtici. vi.
¶ In multitudine preſbiterorum
prudencium ſta. ⁊ ſapiencie illorum
ex corde coniungere vt omnem nar
rationem dei poſſis erudire. Hoc ſig
natum eſt. iij. Regum. xix. vbi legit̄
ꝙ cum dominus apparuit helie trā
ſierunt. quatuor coram eo.
Primo ſpiritus grādis. ⁊ fortis ſub
uertens montes ⁊ conterens petras.
Secundo commotio
Tercō igis. ⁊ i nullo iſtoꝝ fuit dn̄s.
Quarto ſibilus aureten9. ⁊ ibi dn̄s.
In primo notat̄ ſuperbia q̄ altos ⁊
conſtantes ſepe ſubuertit. vn̄ Job de
cimoquarto ¶ Mons cadens defluit
vt ſaxum tranſfert de loco ſuo
In ſcd̄o luxuria. q̄ motus eius ſur
git preter imperiū rationis. vn̄ Ro
manos. vij. ¶ Video aliam legeꝫ in
mēbris meis. ⁊c̄
In tercio notatur auaricia que nun
q̄ dicit ſufficit. Prouerbiorū. xxx
In quarto notatur orationis deuo
tio. etiam ſacre ſcripture expoſitio.
Unde yſaie. viij ¶ Aque ſyloe vadūt
cum ſilentio. ⁊ in hijs inuenit̄ dn̄s.
¶ Dominica prima poſt octauam
Epiphanie Ep̄la ad Romanos. x.

FRatres habentes do
nationes ſcd̄m graciaꝫ que
data eſt nobis differētes. ſi
ue ꝓphecia̅ ſcd̄m ratione̅ fidei. ſiue
miniſterium in miniſtrādo. ſiue qui
docet in doctrina. Qui exhortatur ī
exhortādo Qui tribuit in ſimplicita
te. Qui preeſt in ſollicitudie Qui mi
ſeret̄ in hilaritate Dilectō ſine ſimu
latōe Odientes malū. adherētes bo
no. Caritatē fraternitatis inuicē dili
gentes. Honore inuicem p̄uenientes
Sollicitudine n̄ pigri. Spiritu fer
uentes. Dn̄o ſeruientes Spe gaudē
tes in tribulatōe pacientes Oratōni
inſtantes. Neceſſitatib9 ſanctorū cō
mūicantes Hoſpitalitatē ſectantes.
Bn̄dicite perſequentib9 vos Bene
dicite. ⁊ nolite maledicere. Gaudete
cū gaudentib9. et flete cū flentibus.
Idipm inuicē ſenciētes Nō alta ſapi
entes. ſ; hūilibus ꝯſenciētes.

¶ Euāgelium. Johānis. ij.

IN illo tempore Nuptie fa
cte ſunt in chana galilee. Et erat ma
ter iheſu ibi. Vocatus eſt aūt iheſus
et diſcipuli ei9 ad nuptias Et defici
ente vino dicēmr̄ iheſu ad eū Vinū
n̄ hn̄t. Et dicit ei iheſ9. Quid mihi
et tibi ē mulier Nondum venit hora

mea Dicit mater eius miniſtris
Quodcunqꝫ dixerit vobis facite. E
rant autem ibi lapidee ydrie ſex poſi
te ſcd̄m purificationem iudeorum.
capientes ſingule metretas binas vl'
ternas. Dicit eis ihesus. Implete y
drias aque. ⁊ impleuerunt eas vſqꝫ
ad ſummuꝫ Et dicit eis ihesus hau
rite nunc ⁊ ferte architriclino. ⁊ tu
lerunt Ut aūt guſtauit architriclinꝰ
aquam factum vinuꝫ. ⁊ non ſciebat
vnde eſſet. miniſtri aūt ſciebant qui
hauſerunt aquam Uocat autem ſpō
ſum architriclinus ⁊ dicit ei Omnis
homo primo bonum vinum ponit.
⁊ cum inebriati fuerit homines. tūc
id quod deterius eſt Tu autem ſer
uaſti bonū vinum vſqꝫ ad huc. hoc
fecit ihesus initium ſignorum ī cha
na galilee. ⁊ manifeſtauit gloriaꝫ ſu
am. ⁊ crediderūt in euꝫ diſcipuli eiꝰ

Sermo vicesimusseptimus. De
euangelio

Nuptie facte ſūt in cha
na galilee. ⁊c̄. In ſerie preſē
tis euangelij. iiij. declarantˀ
ſcꝫ. Diuinij nuptialis celebritas. ibi
Nuptie facte ſunt. Loci congruitas
ibi In chana galilee. i. in quodaꝫ vi
co illius prouincie. Conuiuaruꝫ no
bilitas. ibi Et erat mater ihesu. ⁊c̄.
Mira dei voluntas. ibi Et deficien
te vino. ⁊c̄. Has nuptias quidam fu
iſſe dicunt beati iohannis. ſed non ē
probabile. qꝛ facte ſunt poſt vocatio
nem beati iohannis ⁊ aliorum apo
ſtoloruꝫ. tamen veriſimile eſt qꝛ ſpō
ſus, vel ſponſa fuiſſent conſanguinei
beate virginis. ⁊ ideo ipſa ⁊ filiꝰ cū
diſcipulis vocati fu erunt. Uenit au
tem ad nuptias dominus vt coniu
gij ſacramentum ſua preſencia conſe
craret. ⁊ miraculorum ſuorum initō
honoraret Spiritualiter autem tales
nuptie fiunt quotidie inter criſtum
⁊ fidelem propter quam aſſumendā
de ſolio maieſtatis voluit in exilium
tranſmigrare. vt rex regum ſociare
tur ancille. potentiſſimus infirme.
ditiſſimus paupercule. pulcherrimꝰ
ſordide Immo quod mirabilius eſt
pro amore huius ancille omniuꝫ do
minus efficitur ſeruus. Unde ad phi
lipenſes. ij. Exinaniuit ſemetipm
⁊c̄. Bernardus Erat filius ⁊ factꝰ
eſt ſeruus. nec ſolum formam ſerui.
accepit vt ſubeſſet. ſed etiam mali ſer
ui. vt vapularet. ⁊ ſerui peccati vt pe
nam ſolueret cum culpam non habe
ret Item pro amore huius infir
me omnium potentiſſimus fit infir
mus. Unde dicitur Iſaie. liij. De
ſiderauimus eum virum dolorum
⁊ ſcientem infirmitatem. tamen ſic
ait Apoſtolus. prima Corinthioruꝫ
primo. Quod infirmuꝫ eſt dī for
tius eſt hominibus. quia paciendo
diabolū ſuperauit. moriēdo de mor
te triumphauit. ⁊ nos ab eius domi
nio potentiſſime liberauit. Item pro
amore huius paupercule. ille cuius
theſauri incomperabiles ſunt. cuius
eſt orbis terre ⁊ plenitudo eius. fa
ctus eſt pauper. vt nec domicilium
haberet in quo caput reclinaret.
Unde dicitur ſecunda ad Corinthi
os ſeptimo Scitis gratiam domi
ni noſtri ihesu criſti. qm̄ ꝓpter nos

C

egenus factus eſt cum eſſet diues.
Jeremie.xiiij. ¶ Quaſi colonus fu/
turus eſt terra. ⁊ quaſi viator decli
nans ad manendum. Jtem pro a/
more huius ſordide deformis vo/
luit apparere. vt ille qui eſt ſpecioſꝰ
forma pre filijs hominum. cuius
pulchritudinem ſol ⁊ luna mirant̄
non haberet ſpeciem vel decorem.
Unde Bernardus. Jntuere pānis
ſordidum. plagis liuidum. Sputi
illinitum: Morte pallidum. ⁊ nigrū
Ad quid autem hoc totum vt ancil
lam reginam efficeret. infirmaꝫ po
tentem. paupercu lam diuitem. ⁊ ſor
didam pulchram. Unde pſalmiſta.
¶ Conſiderans redemptam animā
⁊ ad connubium tam glorioſum aſ
ſumptam dicit. Aſtitit regina que. ſ.
prius erat ancilla. a dexteris tuis: q̄
prius ei ad pedes iacuerat vt infir/
ma. Jn ueſtitu deaurato. que prius
erat paupercula. Circumamicta va
rietate. id eſt virtutuꝫ decore. Ber/
nardus. Unde tibi o humana aīa
vnde tibi hoc vbi tamen ineffabil̄
gloria. vt eiꝰ ſpōſa merearis eē quē
deſiderant angeli proſpicere Quid
retribues domino pro omnibus q̄
retribuit tibi. Ut ſit ſocia menſe
ſocia regni. ſocia deniqꝫ thalami. vt
introducat te rex in cubiculum ſuū.
Uide quibꝰ brachijs in carne caſti
tatis reamandus ⁊ amplectendꝰ ſit
qui tanti te eſtimauit. Jmmo qui tā
ti te fecit vt te de latere ſuo formarꝫ
⁊ propter hoc ſompnum mortis ac/
ciperet. De hoc felici connubio ipſe
dominꝰ ait Oſee.ij. ¶ Sponſabo te
mihi in ſempiternum. ⁊ ſponſabo te
mihi in iudicio ⁊ iuſticia. ⁊ in miſe/

D

ricordia ⁊ in miſerationibus. ⁊ ſpon
ſabo te mihi in fide Tercio dicit ſpō
ſabo. Quia tripliciter deſponſatur a
nima criſto

Primo ordine conuerſo deſponſat̄
in contritione. que deſponſatio eſt in
fide. ſed viam meroris quando pec
cator cognoſcit ſe offendiſſe deum. ⁊
propter hoc eternum meruiſſe ſup
plicium ⁊ amiſſionem eternorū bo/
norum. ſperat tamen veniam per cō
tritionem. ⁊ ideo flet pro peccatis ſu
is ⁊ deprecatur pro eis veniam. ⁊ ſic
in domo conſciencie anulo fidei ſub
arratur.

Scdō deſponſatur in confeſſione. ⁊
tunc quaſi in facie eccleſie ducitur. ⁊
a ſacerdote per abſolutionem bene/
dicitur. que deſponſatio eſt in iudi/
cio ⁊ iuſticia per diſcuſſionem ⁊ ca
ſtigationem ſui. ⁊ in miſericordia ⁊
in miſeracionibus per ſubuentioneꝫ
proximi

Tercō deſponſatur in ſatiſfactione ⁊
tunc per ſpeꝫ glorie in ſponſi thala/
mū introducit̄. ⁊ in āplexibus eius
familiariter delectet̄. q̄ deſpōſatō eſt
in ſempiternū. vt d̄ cetero nolit rece
dere a ſponſo ſuo. Vn̄ Johannis. vi.
¶ Ecce ſanus factus es iam noli. ⁊c̄
Jn hijs nuptijs ſunt tria bona. ſ. Fi
des id eſt fidelitas. ne ſponſo. id eſt
xp̄o dimiſſo. adulter. i. dyabolus ad
mittat̄. ſic̄ quibuſdā adulteris imꝑ
perat dn̄s. Jſaie.lvij. Juxta me diſco
operuiſti te. ⁊c̄. Jtē proles bonoruꝫ
operū. q̄ ſic̄ dic̄ Ap̄ls. i. Thymothei
ij. ¶ Saluabitur mulier per genera
tionē filiorū. ſ. ve illis qui procurāt
venena ſterelitatis oſendēdo ſugge
ſtiōi demonis. De q̄ Deutero.xxxij

E

fel draconum vinum eorum.ſcilicet
dilectio peccati Similit᷑ ve illis qui
filios ſuos occidunt mortificādo bo
na opera per ſubſequēs mortale pec
catum. De quibus Ozee nono ¶ Ef
fraym adducet ad interfectionē fi
lios ſuos. Item ibi eſt ſacramentum
id eſt inſeparabilitas. vt nunquā ſe
paretur a criſto. Canticorum.tercio.
¶ Tenui eum nec dimittam. Locus
harum nuptiarum eſt chana galilee
id eſt zelus tranſmigrationis // Tri
plex eſt autem tranſmigratio.ſcilicet
De vicijs ad virtutes. De virtute in
virtutem. De mundo ad criſtum.
Prima eſt penitencium
Scōa iuſtorum
Tercia beatorum // Unde eſt ꝙ he
ſdras filios iſrahel vocat filios trāſ
migrationis. filios captiuitatis. ⁊ fi
lios prouincie // Filij tranſmigrati
onis ſunt penitentes. quia tranſmi
grant de vicijs ad virtutes // Filij
captiuitatis ſunt iuſti qui deſiderant
egredi. cōcupiſcunt diſſolui ⁊ eſſe cū
criſto // Filij prouincie ſunt hij qui
iam ad patrie felicitatem. ad angelo
rum ſocietatem. ad diuine viſionis
dulcedinem peruenerunt // In pri
ma tranſmigratione nunciat᷑ matri
monium. vnde dominus Iheremie
iij. ¶ Reuertere ad me ⁊ ſuſcipiā te
In ſecunda ratificatur Unde Iſaye
liij. ¶ Miſericordia mea non recedet
a te. ⁊ fedus pacis mee nō mouebit᷑
in te. In tercia confirmatur. Un
Iſaie. lxvij. ¶ Gaudebit ſpōſus ſu
per ſponſam ⁊ gaudebit ſuper te do
minus deus tuus. Conuiue harum
nuptiarum ſunt maria id eſt amari
tudo compunctionis. ⁊ iheſus. id eſt

F

ſpes ſalutis. ⁊ diſcipuli eius id eſt di
ſciplina bone conuerſationis. De qui
bus Jeremie. xxxi. ¶ Statue tibi ſpe
culum. ecce bona conuerſatio. Pone
tibi amaritudines. ecce cōpunctio.
Dirige cor tuum in viam rectam.
ecce ſpes que non declinat ad dexte
ram per preſumptionem. nec ad ſini
ſtram per deſperationem // Sex y
drie ſunt ſex opera ſatiſfactionis qui
bus purificatur penitens a ſordib9
cordis
Prima eſt carnis maceratio. De q̄
Johelis. ij. ¶ Conuertimini ad me
in toto corde veſtro. ⁊c. Unde Cori
thiorum. i. ¶ Quotidie oramus. vt
mundi per abſtinenciā ipſi canam9
gloriam.
Scōa eſt peregrinatōnis aſſumptio
De q̄ Baruch. iiij. ¶ Delicati mei
ambulauerunt vias aſperas. ſicut e
nuchus qui venit adorare in iheru
ſalem Actuū. viij. Item ſic helcana
que deſcendebat de ciuitate ſua ſtatu
tis dieb9 vt adoraret dominū in ſilo
// Tercia eſt elemoſinarum largitio. de
qua Danielis. iiij. ¶ Peccata tua ele
moſinis redime Unde domin9 Lu
ce. xi. ¶ Date elemoſinam ⁊ ecce. ⁊c.
// Quarta eſt iniuriarum remiſſio. De
qua Eccleſiaſtici. xxviij. ¶ Relinq̄
proximo mortuo nocenti te. ⁊ tunc
deprecanti tibi peccata ſoluentur.
Un Luce. vi. ¶ Dimittite ⁊ dimitti
tur vobis // Quinta ē frīs ↄuerſio.
De q̄ Jacobi vltio ¶ Qui ↄuerti fe
cerit peccatorem ab errore. ⁊c. Un
Jeremie. xv. ¶ Si conuertis cōuer
tam ad te // Sexta eſt orationis con
tinuatio. de q̄ Jacobi vltio ¶ Multū
vȝ deprecatō iuſti aſſidua. // Unde

Mathi.xvij. Hoc genꝰ nõ eijcit̃ niſi ꝑ
orationem ⁊ ieiunium Hee ydrie ca
piunt metretas binas. cum exercitan
do in eis dolemus de peccato omiſſi
onis ⁊ tranſgreſſionis De quibꝰ pſal
miſt. ¶ Delictum meum cognitum
tibi feci. ⁊ iniuſticiam meam nõ ab
ſcondi. Ternas capiunt. cum dolemꝰ
qui peccauimus in deum In proxi-
mum In noſmetipſos. De quibus
pſalmiſta ¶ Peccauimus cum patri
bus noſtris. iniuſte egimus iniqui-
tatem fecimus. Aqua in vinum con
uertitur. cũ de dolore preſentis mi
ſerie tranſimus in gaudiũ iocundi
tatis eterne. Eccleſiaſtici. iiij. ¶ Vi-
num ⁊ muſica. id eſt fruitio. ⁊ laus
dei letificat cor hominis Unde do
minus diſcipulis ait Johannis. xvi.
¶ Triſticia veſtra cõuertetur in gau
dium. quaſi diceret. aqua veſtra con
uertetur iu vinũ. // Nota quadru
plicem aque mutationem. Nam in
egipto aqua mutatur in ſanguinem
Exodi. vij. In marath de amaritu
dine conuertitur in dulcedinem Ex
odi. ij. In iherico de ſterilitate in fe
cunditatem. iiij. Regum. ij. In nup
cijs iſtis mutatur in vinũ // Egip
cij nanq; id eſt tenebroſi ſunt carna-
les ⁊ ſeculares. quibus aque tribula
tionis conuertuntur in ſanguinem
peccati mortalis. quia in miſerijs nõ
ſubſiſtunt. ſed murmurant ⁊ blaphe
mant. ⁊ ideo inquinat non purificat
eos. De quibꝰ Apoca. xvi. ¶ Blaſ
phemauerunt deum celi pre dolori
bus ſuis ⁊ non egerunt penitenciã
de operibus ſuis Unde Sapiencie
primo ¶ Cuſtodite vos a murmura
tione que nihil prodeſt // Iherico-
nite. id eſt odorãtes ſunt actiui qui
odorare incipiunt delicias paradiſi.
quibus aque tribulationis de mor-
bo ſterilitatis conuertuntur in ſani
tatem fecunditatis per appoſitionẽ
ſalis. id eſt ſapiencie celeſtis. quia nõ
impediuntur tribulationibus ab o
peribus bonis. Unde pſalmiſta. In
uenerunt me. ⁊c̃. // Iſrahelite ſunt
contemplatiui. quibus amaritudo
conuertitur in dulcedinem conſola
lationis. ꝓpter immiſſionem ligni. ſ.
memoriam dominice paſſionis. De
quibus Deuteronomij. xxxiiij ¶ In
undationes maris quaſi lac ſugent.
Unde Job. vi. ¶ Hec mihi ſit conſo
latio vt affligens me dolore nõ pa-
reat // In nuptijs autem patrie ce
leſtis mutatur aqua in vinum eter
ne ſuauitatis. Unde Apocalipſis. vij
¶ Abſterget deus omnem lacrimã
lacrimã ab oculis eorum. ⁊c̃. Yſaie
xxxv. ¶ Gaudium ⁊ leticiam obtine
būt ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. ⁊c̃ .:.

¶ Dominica ſecunda poſt octauã
Epiphanie // Epiſtola ad Roma
nos duodecimo

Fratres Nolite eſſe
prudentes apud voſmetip
ſos. Nulli malum pro ma
lo reddentes. Prouidẽtes bona: nõ
tantum coram deo. ſed etiam coram
omnibus hominibus. ſi fieri poteſt
quod ex vobis eſt cum omibus hoi
bus pacem habentes. Non voſmet
ipſos defẽdentes kariſſimi. ſed date
locum ire. Scriptum eſt enĩ Michi
vindictam ⁊ ego retribuam dic̃ do
minꝰ. Sed ſi eſurierit inimicus tuꝰ

ciba illuz Si ſitit potum da illi. Hoc
enim faciens carbones ignis conge
res ſuper caput eius. Noli vinci a
malo. ſed vince in bono malum.

¶ Euangelium. Mathei. viij.

IN illo tempore Cuz
deſcendiſſet ihesus de mon
te ſecute ſunt euz turbe mľ
te. Et ecce leproſus veniens adora/
bat eum dicens. Domine ſi vis po/
tes me mundare. Et extendens ihe
ſus manum tetigit eum dicens. Uo
lo. mundare. Et confeſtim munda
ta eſt lepra eius. Et ait illi ihesus.
Uide nemini dixeris. ſed vade ⁊ o
ſtende te ſacerdoti. ⁊ offer munus
quod precepit moyſes in teſtimoni/
um illis. Cuz autē introiſſet caphar
naum acceſſit ad eū centurio rogās
eum ⁊ dicens. Domine puer meus
iacet in domo paraliticꝰ. ⁊ male tor
quetur. Et ait illi ihesus. Ego veni
am ⁊ curabo eum. Et respondens
centurio ait Domine non ſuz dignꝰ
vt intres ſub tectum meuz. Sed tm̄
dic verbo ⁊ ſanabitur puer meus.
Nam ⁊ ego ſum ſub poteſtate cōſti
tutus habens ſub me milites. ⁊ dico
huic vade ⁊ vadit. ⁊ alio veni ⁊ ve
nit Et ſeruo meo. fac hoc ⁊ facit.
Audiens autem ihesus miratus eſt
⁊ ſequentibus ſe dixit. Amē dico vo
bis. non inueni tantaꝫ fidem in iſra
hel Dico autem vobis ꝙ multi ab
oriente ⁊ occidente venient ⁊ recū/
bent cum abraham ⁊ yſaac ⁊ iacob
in regno celorum. Filij autem regni
eijcientur in tenebras exteriores. ibi
erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Et di
xit ihesus centurioni. Uade ⁊ ſicut
credidiſti fiat tibi Et ſanatus eſt pu
er eius in illa hora

¶ Sermo viceſimuſoctauꝰ. De
euangelio

Cum deſcendiſſet iheſꝰ
de monte. ⁊c̄. Tria notare
poſſumus circa dominum
in hijs verbis. ſcilicet humilitatem
Caritatem. ⁊ poteſtatem. Deſcenſus
humilitatis notatur cum dicitur.
Cum deſcendiſſet ihesus de monte.
Bernardus. Oportebat criſtum de
ſcēdere vt nos aſcendere doceremur
Deſcendit autem decem gradibus
propter nos
Primo a patria celeſti in exiliuz hu
ius mundi. Unde. i. Johannis. iiij.
¶ In hoc apparuit caritas dei in no
bis quoniam filium ſuum vnigeni
tum miſit deus in mundum. ⁊c̄. vn̄
ait yſaias. xliij. ¶ Propter vos eum
miſi in babilonem. ſcꝫ. filium meum
in mundum peccato confuſuz. Ber
nardus O ineſtimabilis dignatio ⁊
penitus inexcogitabilis. ꝙ in huius
carceris horrorem. tanta dignata ē
deſcendere celſitudo.
Scd̄o de forma dei in formā ſerui.
De quo ad Philipenſes. ij ¶ Exina
niuit ſemetipſum formam ſerui acci
piens. Ubi dicit leo papa. Aſſump/
ſit formam ſerui ſine ſorde peccati.
humana augēs. diuina nō minuens
quia illa eſtimatio fuit miſerationis
nō defectio poteſtatis. Unde ait yſa
ias. xliij ¶ Seruire me feciſtis pc̄tis

B

veſtris. Unde tanq̄ ſeruus lauit pe
des diſcipulorum.
Tercio de diuitijs in paupertatem.
Unde .ij. cor. viij. ¶ Scitis gratiã
dñi noſtri iheſu xpi. quoniam ꝓpter
nos egenus factus eſt cū eſſet diues.
ut illius inopia diuites eſſetis in ſpi
ritualibus ⁊ eternis. Adeo nãq; pau
per fuit q̄ ſemetipſum nō habuit. q̄
ſe nobis dedit. Unde yſa. ix. ¶ Filiꝰ
datus eſt nobis. Bernardus ¶ Pau
per natus eſt. pauper vixit. pauper o
bijt.

Quarto de potentia in infirmitatẽ.
ut panis vite eſuriret. fons indefici
ens ſitiret. fortitudo noſtra laſſaret̃.
vita eterna moreret̃. Unde yſa. liij.
¶ Dominus voluit eum cōterere. id
eſt permiſit eū crucifigi in infirmi
tate. ij. Cor. vlti. ¶ Crucifixus eſt ex
infirmitate: ſed viuit ex virtute dei

Quinto de gloria in ignominiã. ut
in eadem ciuitate ⁊ ab eodẽ populo
a quo glorioſe ⁊ honorifice ſuſceptus
eſt ī die palmarum: ſe permitteret igno
minioſe tractari. publice derideri. et
cum ſceleratis reputari. Unde pſal.
¶ Omnes videntes me deriſerūt me
Yſa. liij. ¶ Deſiderauimus eū deſpe
ctum ⁊ nouiſſimū virorum.

Sexto de ſapia in ſtulticiam: ut corã
ſacerdotibus accuſatus. a pilato inter
rogatus. ab herode temptatus nihil
reſpondit. Treno. iij. ¶ Ex ore domi
ni nō egredient̃ nec bona nec mala.
Yſa. liij. ¶ Sicut ouis ab occiſionem
ductus eſt. ⁊ quaſi agnus coram ton
dente ſe expoliatus ⁊ ceſus a militibꝰ
obmuteſcet ⁊ nō aperiet os ſuum.

Septimo de pulchritudie in defor
mitatem vt ille in quem deſiderãt an

C

geli ꝓſpicere. ſpecioſus forma pre fi
lijs hominū. ceſus alapis. illitus ſpu
tis non haberet ſpeciem vel decorẽ.
Unde yſa. liij. ¶ Nō eſt ſpecies neq;
decor.

Octauo de vita in mortẽ. Unde ihe
remie. xij. ¶ Dedi dilectam animã
meam in manus inimicorum eius.
Yſa. liij. ¶ Tradidit in mortem aiã
ſuam ⁊c̃.

Nono de cruce in ſepulchrum. Unde
Treno. iij. ¶ Lapſa eſt lacu vita mea
⁊ poſuerunt lapidẽ ſuper me.

Decimo de mundo in limbum. Un
de ſapien. viij. ¶ Attingens a fine vſ
q; ad finem fortiter. id eſt a ſummo
celi vſq; ad limbum inferni.

Hee ſunt decem linee quibus deſcen
dit ſol iuſticie in forma humilitatis
noſtre ⁊ per eaſdem aſcendit in die aſ
cenſionis in ſignum noſtre ſanitatis.
Yſaye. xxxviij.

Secundo notatur attractō caritatis
cum ſubdit ¶ Secute ſunt eum tur
be multe. ipſo eas trahente. benigni
tate. manſuetudine. ⁊ ſapientia. Ideo
attraxi te miſerans tui. Ozee. xi ¶ In
funiculis adam traham eos. ⁊ in vin
culis caritatis. id eſt ea bonitate. ⁊ di
lectione qua adam creaui ⁊ ad peni
tentiam ꝓuocaui. Ubi nota diuerſi
tatem ſequentiū. Alij enī ſequebant̃
eum ꝓpter curationem. ut infirmi.
Alij ꝓpter ammirationem: ut curioſi
Alij propter cibum. ut famelici. Alij
propter caritatem. ut apoſtoli. Alij
propter doctrinam. ut ſimplices ſiti
entes verbum dei. Alij propter calū
niam. ut philoſophi. Unde verſus.
Morbus. ſigna. cibus. amor. atq; ca
lumnia. dogma. Cauſe cur xpiſtum

D

turba ſecuta fuit. Similiter nunc quidam ad predicationem veniunt ut curentur. ſcilicet penitentes. Pſal. Sana animam meam quia peccaui tibi. Et ſapientie. xvi. Non herba neqꝫ malagma ſanabit eos: ſed ſermo tuus domine qui ſanat omnia Quidam ut admirentur ſcilicet faſtidientes qui nolunt audire motiua: ſi alta ꝛ ſubtilia. Prouer. xxvij. Anima ſaciata calcabit fauum id eſt verbum dei deuotionis dulcedine plenum. ſi anima eſuriens etiam amarꝫ pro dulci ſumet. Quidam ut cibentur. ſcilicet ypocrite qui eſuriũt laudes hominum. Job. xiij. Nunquid faciem eius. id eſt dei accipitis: quaſi facientes laruas vobis. Quidam ut accendantur. ſcilicet amantes. Unde dicit ſponſus canticorũ. v. Anima mea liquefacta eſt ut dilectus locutus eſt. Quidã ut inſtruantur. ſcilicet clerici ꝛ ſeculares. Quidam ut calumnientur ut emuli ꝛ inuidi. Eccleſiaſtici. xi. Bona in mala ꝯuertens inſidiatur. ꝛ in electis ponit maculã Tercio notatur oſtẽſio poteſtatis cũ dicit. Ecce leproſꝰ veniens. Quatuor in hoc leproſo nota: que in qualibet peccatore inquiruntur.

Primum eſt fides que notatur cum dicit. Ueniens. non ſolum corpore: ſi fide. Similiter peccator debet venire ad deum paſſibus fidei ꝛ penitentie: que ſunt peccati cognitio. deteſtatio. accuſatio ꝛ correptio. De quibus pſalmiſta. Iniquitatẽ meã ego cognoſco. ecce primũ. ꝛ peccatũ meum contra me eſt ſemper. ecce ſecundum Tibi ſoli peccaui ꝛ malũ coram te feci. ecce tercium. Ecce enĩ veritatẽ di

E

lexiſti. quidam cũ miſericordiã facit iuſticiã exigit: ut puniat homo ſeipſũ ecce quartum.

Secundum eſt humilitas: que notatur cũ dicit adorabat eum genuflexo ſicut Math. i. Et pcidens in faciẽ ſuam. ſicut dicit Luce. v. In capitis inclinatione notatur erubeſcentia. q̃ſi diceret. Non ſum dignus oculos ad te leuare. quia peccaui in celum ꝛ coram te. In genuflectione notatur infirmitas mentis. quia per nos nõ poſſumus ſtare. Unde pſal. Genua mea infirmata ſunt a ieiunio. id eſt ſtatus mentis debilitatus a defectu gratie dei. In pſtratione infirmitas corporis. quia ſumpti ſumus de puluere. Unde geneſ. xviij. Loquar ad dñm meũ cũ ſim puluis ꝛ cinis

Tercium eſt confeſſio ꝓprie immundicie ꝛ diuine potentie cũ dicit. Dñe potes me mũdare. Immũdiciã ſui ꝯfitetur cũ dicit. me. Potentiã dei cũ dicit. potes. Similiter ꝛ peccator immundiciã ſuam debet oſtẽdere. ꝛ de potentia dei non diffidere. De pmo ꝓuer. xxviij. Qui abſcõdit ſcelera ſua nõ dirigetur. Augꝰ. Non actiores dolores inimico infligimꝰ q̃ꝫ plagas peccatorꝫ ꝯfitẽdo ꝛ penitẽdo ſanamꝰ De ſcđo iob. xiiij. Quis põt facere mundũ de immũdo ꝯceptũ ſemie. nõne tu qui ſolus es. Quartũ eſt imploratõ beniuolẽtie cũ addit. Si vis q. d. de ptãte tua non dubito: ſed de volũtate. non q̃ꝫ tu immiſericors. ſed q̃ꝫ ego indignus. ꝛ ideo peto miam. ut tu velis non ꝓpter merita mea Similiter peccator orationi debet inſtare. q̃ꝫ ut dicit eccl. xxxi. Oro humiliãtis ſe nubes penetrabit. Judith. ix.

F

humilium ⁊ manſuetorũ depreciatio nes tibi ſemper placuerunt. Unde ſe quitur. Et extendens manũ tetigit eum dicens. Uolo. mundare. Et no ta hic quatuor correſpondẽtia ſupra poſitis. Leproſus enim venit. ⁊ iheſꝰ manum extendit Ille adorauit ⁊ ihe ſus eum tetigit. Ille dixit ſi vis. ⁊ ihe ſus ait volo. Ille dixit. potes me mũ dare. ⁊ iheſus ait. mundare. ⁊ ita eũ ſanauit eo genere quo fuerat obſecra tus. Tetigit autem leproſum domiꝰ propter duo.

Primo ad oſtẽdendũ ꝙ nõ erat ſub lege que ꝓhibebat tactum leproſi. le uitici. xiij. Secundo ut oñderet ꝙ nullum leproſum vel infirmum de beamus abhorrere. Unde Iob. v. Uiſitans ſpeciem tuã nõ peccabis. Unde dicit hic expoſitor yſaac. Ido diuina ſapientia medicina pariter ⁊ doctrina: que ſolo verbo potuit: lepro ſum tactu curare maluit: ut tu quan tum facilius ⁊ inquantũ affectuoſiꝰ potes: beneficium impendas. opꝰ pi etatis impleas. nec abhorreas illum ſemper attendens ꝓpter quem facis. Ille enim ſemper pulcher ẽ. ſemper mundus. ſemper honeſtus. ſed dig nus in omni potentia. loco. ⁊ tempo re. Cantor pariſienſ. ponit exemplũ hic de ſacerdote leproſorum: qui fe cerat murum inter ſe ⁊ illos: ⁊ per fo ramen audiebat confeſſiones eorum ⁊ corpus dñi porrigebat. qui diuino iudicio percuſſus eſt lepra ex media parte: remanente illa parte ſana quã vertebat ad eos Item quidam ſeruꝰ adeo abhominabat᷑ leproſos: ut nec elemoſinã vellz eis deferre: ſed dei iu dicio leproſus effectus: neceſſe fuit

A

ut habitaret cum illis. Moraliter au tem extendit dominus manũ contra peccatorem timorẽ incutiendo. Un de pſal. Niſi conuerſi fueritis: gla dium ſuum vibrauit. Unde ait pro uerbiorum vltimo Extendi manũ meam: ⁊ non fuit qui aſpiceret. Tan git gratiam infundendo. Unde pſal miſta Tange montes ⁊ fumigabũt Mundat: peccata remittendo. Unde yſay. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum: quaſi nix dealbabuntur. per gratiam refrigerantem a malo. ⁊ ſi fuerint rubra quaſi vermiculus. velut lana alba erunt. per gratiam calefacientem ad bonum. Iobelis vl timo Mundabo ſanguinem eorũ quod nõ mundaueram. ⁊ dominus ꝯmorabitur in ſyon.

Eodem die.

Sermo viceſimuſnonus.

Domine puer meus ia cet paraliticꝰ in domo ⁊ ma le torquetur. Centurio iſte dicit᷑ primitie gentium. quia primꝰ ex gente credidit ſine documento ex teriori. ⁊ inſtruit nos ad tria.

Primo ad caritatem ⁊ ꝯpaſſionem. quia ſic ſollicitus eſt pro ſeruo ſuo in firmo. Unde eccleſiaſtici. xxxiij. Si eſt tibi ſeruus: ſit tibi quaſi aĩa tua quaſi fratrem ſic eum tracta.

Secundo ad orationẽ. ꝙ deuote do minum rogat pro eo: cum ille per ſe non poſſet orare. Iuxta illud eccleſi aſtici. xxxviij. Fili in tua infirmi tate ne deſpicias teipſum: ſed ora do minum: ⁊ ipſe curabit te.

Sermo

[illegible]

[illegible] corpus meum

[illegible] Hic [illegible]

[illegible] sicut [illegible]

[illegible]

[illegible] viciij

[illegible] Qui delicate

[illegible] postre

[illegible] Dicitur au

[illegible]

[illegible] diligit virtu

[illegible] hereditatem.

[illegible] diligit vitam de

[illegible] vitam eternā. [illegible]

[illegible] pro lentic

[illegible] et quod pe

[illegible] primog

[illegible] carnales non c

[illegible] Ite

[illegible] et corpus [illegible]

[illegible] sicut [illegible]

[illegible] eum, qui lud

[illegible] apostolus ad

[illegible] ludit cum dyab

[illegible] acqui

[illegible] illi

[illegible] moritur in

[illegible] Qui n

[illegible] ille qui ƒe

[illegible] eum opere

[illegible] Item ludit

[illegible] rebus tem

[illegible] quando

[illegible] Ecclesi

[illegible] est metu

[illegible] reueretur .

[illegible] suo. et miseri

[illegible] quomodo

[illegible] Debet enī se m

[illegible] hospitis: qu

[illegible] temporalia: et e

[illegible] liberabit

D

ix. ¶ Caſtigo corpus meum :⁊ in ſer
uitutem redigo. Hic ſeruus a pueri/
cia eſt domandus: ſicut pullus equi
nus:alioquin precipitat seſſorem ſuū
id eſt ſpūm in foueam viciorꝝ. Unde
puer.xxviij. ¶ Qui delicate a pueri
cia nutrit ſeruū ſuum.poſtremo illū
ſentiet ꝯtumacem. Dicitur autē cor
pus puer ꝑpter indiſcretionem.quia
ſicut puer magis diligit vnuȝ pomū
ꝙ totam patris hereditatem. ita cor
pus magis diligit vnicam delectacō
nem ꝙ totam vitam eternā. In quo
aſſimilatur eſau:qui pro lenticula vē
didit primogenita.⁊ quod peius eſt
abijt paruipendens ꝙ primogenita
vendidiſſet ⁊ ſic carnales non curant
ſi vitam eternam amittunt. Item pu
er appetit ludere:ita ⁊ corpus Ludit
enim cum ſpiritu: ſicut iſmahel cum
yſaac ut ſupplantet eum.qui ludꝰ per
ſecutio eſt.ſicut ait apoſtolus ad gala
thas.iiij. Item ludit cum dyabolo.
quia eius perſuaſionibus acquieſcit.
⁊ in fine penitere ꝓponit:ſed illudit
ei a dyabolo quando moritur in pec
cato. Unde baruch.iij. ¶ Qui in aui
bus celi ludunt. ſicut ille qui ꝯſequē
do auem nitebatur eam capere ⁊ pre
cipitauit ſe de rupe. Item ludit cum
mundo:temporalibus rebus vtendo
Sed illudit ei mundus: quando in
morte dimittitur nudus. Eccleſiaſti
ci.v. ¶ Sicut egreſſus eſt nudus de
vtero matris ſue:ſic reuertetur .⁊ ni
hil auferet de labore ſuo.⁊ miſerabi
lis ⁊ ꝑſus infirmitas.quomodo ve
nit ſic reuertitur. Habet enī ſe mun/
dus ad modū mali hoſpitis: qui ap
plaudit per bona temporalia:⁊ emū
git ſpiritualia ⁊ in fine ſubtrahit om

E

nia.⁊ ita mundus tollit ſubſtantiam
dyabolus animā:carne ver mibus de
relicta. Unde eccleſiaſtici.x. ¶ Cū mo
rietur homo hereditabit beſtias. id
eſt principes vel amicos ſua vaſtātes:
⁊ ſerpentes.id ē demones.⁊ vermes.
Unde verſus Vermibꝰ eſca caro.res
mundo.ſpiritus orcho. Cedit : plus
duplici pars ſua cuiqȝ placet .
Sequitur de infirmitate cum dicit.
Jacet paraliticus in domo.id ē in cō
uerſatione ſeculari.de qua amos.iij.
¶ Percutiam domū hyemalem ⁊ do
mum eſtiualem. id ē mundum.qui
aduerſitate ⁊ ꝓſperitate habitatores
ſuos deprimit ⁊ exaltat. Et male tor
quetur.ecce triplex malum.ſcilicȝ ꝙ
iacet.quia paraliticus.⁊ quia torque
tur. Jacet per terrenorꝝ amorē. Jux
ta illud ¶ Conglutinatus eſt in terra
venter noſter.id ē appetitus terreni/
tati coniunctus. Unde mirum non
ē ſi ventrem dolet. Jhere.ij. ¶ Uen/
trem meū doleo.ventrē meuȝ doleo
Dolet enim in acquirēdo ⁊ in cuſto
diendo. Unde poeta. Miſeria ē mag
ni cuſtodia cenſus. Et nota ꝙ mu
lier grauida appetit comedere terraȝ
Sic ⁊ anima a dyabolo impregnata
terram comedit.⁊ ita incurrit male/
dictionem ſerpentis. Michee vltimo
¶ Lingent puluerem ſicut ſerpens .
Quidam namqȝ rodunt .⁊ quidam
lingunt terram. Rodunt terram ty
ranni ⁊ predones:qui per violentiaȝ
auferunt aliena. Sed lingunt mer/
catores qui per fraudes ⁊ vſuras lin
gunt nō ſua. Unde ꝓpheta ¶ Inimi
ci eius terram lingent. Paralitica ef
ficitur anima per torporem quando
non exercitatur per bonā operacōeȝ

F

Unde eccleſiaſtici.xxx. ¶ Seruo ma liuolo torturā ⁊ compedes. mitte il lum in operationē ne vacet. torpent pedes. id ē affectus quando non co gitat nec appetit celeſtia. torpent ma nus id eſt opera quando non agit ſa lubria. Unde merito contra talem ꝓ fertur illa ſententia Mathei.xxij. Li gatis manibus ⁊ pedibus proijcite e um in tenebras exteriores. Contra hoc optimum conſilium datur eccle ſiaſtici.ix. ¶ Quodcunqȝ poteſt man9 tua facere inſtāter operare. quia nec opus ad merendum nec ratio ad ex cuſandū ſe. nec ſapientia ad aliquid de deo guſtandū. nec ſcientia ad be ne conuerſandū: erit apud inferos quo tu properas. ¶ Mala anima torquetur a triplici demonio. ſcilicet ira. inuidia. triſticia. Ira ē demoniū nocturnum quia vexat hominem in nocte extincta ratione que eſt ſol ani me. Unde ephes.iiij. ¶ Sol nō occi dat ſuper iracundiam veſtram. Itē eſt demoniū clamoſum. Unde eccle ſiaſtici.xxviij. ¶ Homo iracundus in cendit litem. Item eſt impetuoſū ⁊ ideo rōnibus ligari non pt̄. Unde ꝓuerbiorū.xxvij. ¶ Ira nō habet mi ſericordiam: nec erumpens furor im petum excitatum quis ferre poterit. Item magis vexat magnos ⁊ potētes ⁊ diuites. Unde eccleſiaſtici.xxviij. ¶ Scd̄m ligna ſilue: ſic ignis exarde ſcit. ⁊ ſcd̄m virtutem. id ē potentiam hominis: ſic miſericordia illius erit. ⁊ ſm̄ ſubſtantiā ſuam. id eſt opulen tiam exaltabit iram ſuam Unde ſene ca. Non intereſt ei ex ꝙ magna cau ſa ira naſcatur: ſed in qualem peruei at animam. ſicut ignis non refertur

G

ꝙ magnus ſit: ſed quo incidat. Nam etiam maximū ſolida non recipiunt. Arida vero ⁊ corrumpi facilia: ſcintil lam quoqȝ fouent vſqȝ in incendiū. Inuidia eſt demonium meridianū. quia vexat hominē in die id eſt in cō ſideratione proſperitatis aliene. Un de iob.v. ¶ Per diem incurrunt te nebras. vbi dicit greg. Mens inuida cum de alieno bono affligitur: quaſi de radio lucis obſcuratur. Unde ge ne.xxviij. ſomniū ioſeph quod erat proſperitatis indicium: inuidie et o dij fomitem fratribus miniſtrauit. Item eſt demonium taciturnum. ꝗ in occulto detrahit. Unde eccleſiaſti ci.x. ¶ Si mordeat ſerpens in ſilen tio: nihilominus habet qui in occul to detrahit: immo plus mali habet qꝫ vno morſu plures intoxicat. Item lente vexat: ⁊ nō cum impetu. Unde comparatur ethne que ſeipſā conſumpſit lente. Unde alanus. Nil aliud niſi ſe valet ardēs ethna crema re. Sic ſe non alios inuidus igne co quit. Item magis vexat paruulos. Unde Iob.v. ¶ Paruulum occidit inuidia. Et poeta. Liuor iners vici um: mores non exit in altos. ¶ Triſticia eſt demoniū veſpertinum. quia tunc incipit hominem vexare: cum dies ꝓſperitatis incipit declina re. Uexat enim in amiſſione rerum temporalium. in inflictione flagello rum. ⁊ in amiſſione conſanguineorū. ¶ Contra primum yſa.xv. ¶ Aque dybon quod interpretatur fluxus eo rum. ſcilicet lacrime illorum qui plo rant pro fluxu rerum temporalium replete ſunt ſanguine. quia fedāt: nō mundant. Unde ſequitur. Ponam

ſuper ophon additamentū. id eſt ut de lacrimis ad lacrimas. de laborib9 ad labores tranſeant. ⁊ duplici contritione conterantur. ¶ Contra ſecū dum puerbioꝝ.iij. ¶ Diſciplinā domini fili mi ne abijcias. quia ſicut dicitur hebꝛe.xij. ¶ Flagellat omnē filium quem recipit. ⁊ ita ſignū eſt diuine adoptionis. ¶ Contra terciū pri.thimo.iiij. ¶ Non contriſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpem non habent Eccleſiaſti.xxij. ¶ Modicū ploꝛa ſuper mortuum: quoniā requieuit a laboribus ⁊ miſerijs huius vite Sicut dicit apoca.xiiij. ¶ Amodo iam dicit ſpiritus ut requieſcat a laborib9 ſuis

¶ Dominica tercia poſt octauas Epiphanie.

Epiſtola. Roma.xiij.

Fratres. nemini quicq̄ debeatis: niſi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit primum legem impleuit. Nam nō adulterabis. nō occides. non furaberis. non falſum teſtimonium dices. non cōcupiſces rem pꝛoximi tui. Et ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc verbo inſtaurat. Diliges pꝛoximū tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malū nō operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

¶ Euangelium. Mathei.viij.

In illo tempore. Aſcēdente Iheſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Erat enī ventus illis contrari9. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt diſcipuli eius et ſuſcitauerunt eum dicentes. Domine ſalua nos: perimus. Et dicit eis. Quid timidi eſtis modice fidei. Tunc ſurgens Iheſus imperauit vētis ⁊ mari. ⁊ facta eſt tranquillitas magna. Porro homines mirati ſunt dicentes. Qualis eſt hic. quia venti ⁊ mare obediunt ei.

¶ Sermo triceſimus de euangelio.

Domine ſalua nos perimus. Hec eſt oratio diſcipulorum periclitari timentium. In qua beniuolentiam domini captant a tribus. ſcilicet a potentia. a benignitate ipſi9. ⁊ a miſeria ſui ¶ Et pꝛimo allegant potentiam cum dicunt. Domine. quaſi dicerent. Tu qui dominaris poteſtati maris: limitando ⁊ cohercendo illud. ſm̄ q̄ ait Iob.xxviij. ¶ Circumdediſti terminum mari. ⁊ dixiſti. huc uſq; venies. ⁊ non pꝛocedes amplius. ⁊ hic confringentur tumentes fluctus tui. Item commouendo illud ſicut ait pſalmiſta ¶ Accinctus potentia qui conturbas pꝛofundum maris. Item compeſcendo. ſcd̄m q̄ ait Iob.iij. ¶ Poſt tempeſtatem tranquillū facit. Item diuidendo ⁊ deſiccando. Iuxta illud yſaye.li. ¶ Poſuiſti profundum maris viam: ut tranſirent liberati.

¶ Secundo allegant benignitatem cū addunt. ſalua nos. quaſi dicerent. tuum eſt ſaluare. quia domini eſt ſalus

Non enim ſine cauſa vocaris iheſus
id eſt ſaluator. immo ſcd̃m nomen tu
um: ita ſit ⁊ opus tuum. ⁊ ideo ſalus
noſtra in manu tua eſt domine. gene
ſis. .xlvij.

Tercio allegant ſuam miſeriã cuȝ ad
dunt. perimus. Duo ingerebant il
lis periculũ. ſcilicet ventus vehemẽs
⁊ mare tumens. quia nauicula operi
ebatur fluctibus ⁊ implebatur. Sed
miranda efficacia huius orationis.
ſtupenda potẽtia ſaluatoris: mox ſur
git dominus: ut voluntatem timenti
um ſe faciat. ⁊ orationes eoꝝ exaudi
at. ⁊ ſaluos faciat eos. imperat ventis
⁊ mari: ⁊ fit tranquillitas magna. ſi
cut predictum erat eccleſiaſtici. .xliij.
In ſermõe eius ſiluit ventus. cogita
tione ſua. id eſt ſapientia ⁊ voluntate
placauit abiſſum. ⁊ plantauit illum
ſcilicet ventuȝ dominus iheſus. quia
omnia per ipſum facta ſunt. Hoc fa
ctum figuram gerit eoruȝ que quo
tidie fieri videmus ⁊ ſentimus in no
bis. Unde videndum eſt. quid na
uis. quid mare. ⁊ quid pericula ma
ris ſignificent. ⁊ qualiter liberemur
ab eis.

¶ Nauis eſt eccleſia: que inferius debȝ
eſſe clauſa ad aquas deliciarum ⁊ di
uitiarum temporaliũ. De quibus ge
neſis. i. ¶ Congregent aque que ſub
celo ſunt in locum vnum. ſcilicȝ ſenſu
alitatem: ut nõ occupent rationem.
Item eccleſia ad modum nauis arta
fuit in principio tempore martiruȝ.
Arta erit i fine tempore antixpi. La
ta eſt in medio tempore noſtro. quã
tum ad dilatationẽ pacis ⁊ pſperita
tis: tamen in medio eſt ſentina cupi
ditatis. Sed robur nauis eſt in prin

cipio ⁊ in fine. ita ⁊ in eccleſia. Unde
in typum huius ozeas primo genuit
filium. medio filiã. vltimo filium.
quia ſicut ait pſalmiſta ¶ Adhuc mul
tiplicabunt filij in ſenecta vberi ⁊c.
De hac naui puerbioꝝ vltimo ¶ Fa
cta eſt quaſi nauis inſtitoris de lõge
portans panem ſuum. Inſtitor. id eſt
mercator: eo ꝙ in acquirendis mer
cibus ſedulus inſtet. Hic eſt xpriſtus
qui merces ſuas attulit a celeſti patri
a in regionem noſtram: ut alias mer
ces emeret ⁊ referret. attulit deitateȝ
ut emeret humanitatem. attullit ſeip
ſum: ut nos emeret ſibi. Sed o tardi
tas noſtra. o caritas ſua. Per triginta
⁊ tres annos laborauit ⁊ ſudauit in
hoc cõtractu: ut perficeret commer
cium ſuuȝ. Unde ait pſa. .xliij. ¶ Pre
buiſti mihi laborem in iniquitatibꝰ
tuis. Emit autẽ nos precio magno.
ſcilicet ſanguine ſuo. Unde pri. petri
ij. ¶ Redempti eſtis nõ corruptibili
auro vel argento: ſed precioſo ſangui
ne agni incontaminati ⁊ immaculati
iheſu xpriſti. Unde auguſtinꝰ. O bo
ne mercator gratias agimus tibi. ꝗ
emiſti nos ſanguine. mundabimus
euangeliũ. legimus inſtrumentũ no
ſtrum. ſerui tui ſumus. creatura tua
ſumus. feciſti nos. redemiſti nos.
Uoluit autẽ nos magno precio eme
re ꝓpter tria.

¶ Primo ut ꝙ precioſa creatura ſit ho
mo oſtenderet. De quo propheta yſa
yas deciotercio. ¶ Precioſior eſt vir
auro ⁊ homo obrizo. id eſt auro mũ
do ⁊ rutilante. Unde bernhardus.
Quid ergo infelix. quo me vertam:
ſi tantum theſaurum. ſi precioſum il
lud depoſitum: quod xpriſtus ſibi

ſanguine proprio precioſius vendi
cauit. contigerit negligencius custo-
dire.

¶ Scd̄o vt homo ſe de cetero pro vi-
li precio non exponeret. Sicut
ſalomon de luxurioſo ait Prouerbio
rum. vi. ¶ Precium ſcorti vix vni⁹
panis. quia delectatio que ibi appeti
tur breuis ꝛ vilis eſt ꝛ pro ea datur
anima criſti ſanguine cōparata. vn̄d
ſequitur. Mulier autem viri precio-
ſam animam capit Mathei. x. ¶ Non
ne duo paſſeres. ſ. anima ꝛ corp⁹ aſſe
veneunt. id eſt diabolo exponuntur
pro peccato momentanee delectatio
nis

Tercio vt ipſe ſolus poſſideret. vnde
Corinthiorum. vi. ¶ Non eſtis vr̄i.
Epti enim eſtis precio magno. Vn̄
Auguſtinus. tanti emit vt ſolus poſ
ſideat. ſed ve illis qui introducunt gē
tem viciorum in poſſeſſionem ſuam
De quibus. Ezechielis. xliiij ¶ Suf
ficiāt vobis omnia ſcelera veſtra do
mus iſrahel. eo ꝙ inducitis filios a
lienos. id eſt demones ꝛ incircumci-
ſos carne. quo ad peccata carnalia. vt
ſint in ſanctuario meo ꝛ polluant do
mū meā Iſte nobilis mercator i
pleuit naniculam ſuam id eſt preſen
tem eccleſiam mercibus ſuis. qui de
longe id eſt de exilio huius mundi
portat panem ſuum. ſ. panem penitē
cie ꝛ doloris. quo veſcitur dum eſt i
illo. Geneſis. iij. ¶ In ſudore vultus
tui veſceris pane tuo. ꝛc̄.

Videamus nunc quid mare ſignifi
cet. per quod currit hec nauis Mare
eſt preſens ſeculū ab amaritudine di
ctum In quo triplicem amaritudi-
nem ſentit anima noſtra ſecularis

Prima eſt in. receſſu a deo De quo
Jeremie. ij ¶ Scito ꝛ vid̄. quia ma
lum ꝛ amaruȝ eſt reliquiſſe dominū
deum tuum.

Scd̄a in acceſſu ad munduȝ in quo
multipliciter amaricatur. In labore
acquirendi. In ſollicitudine retinen
di In terrore amittendi. ꝛ in dolore
amiſſi. De quo Ozee. xij. ¶ Ad iracū
diaȝ prouocauit me effraym in ama
ritudinibus ſuis Eccleſiaſtes. ij ¶ Cū
cti dies eius doloribus ꝛ erumpnis
pleni ſunt. nec per nocteȝ. nec per me
ridiem quieſcit

¶ Tercia eſt in r̄morſione vermis inte
rioris. De quo. Eccleſiaſtici. iiij.
¶ Beatus qui non eſt ſtimulatus i̅
triſticia delicti. Nunc videndum eſt
de periculis huius maris. De qui-
bus Eccleſiaſtici. xliij ¶ Qui nauigāt
mare enarrant pericula eius. id eſt
prelati qui deſcendūt mare in naui
bus ꝛ audiunt ꝛ reſpiciunt pericula
ſubditorum. Iteȝ tria naui precipue
ſunt timenda. ſcȝ ne ſubmergatur. ne
frangatur. ne abſorbeatur. Fluctib⁹
eñ ſubmergitur. ad ſuttes id eſt mō
tes ſabuli. vel ad ſcapulos frangitur
vndaruȝ vertigine abſorbetur. ſicut
contigit in pharaone. A ſimili fidel̄
anima periclitatur in tribus

Primuȝ eſt ſuperbia. que per tumo
rem fluctuum deſignatur. De quo
dicit̄ Iſaie. xlviij. ¶ Impij quaſi ma
re feruens quod quieſcere non po-
teſt. Item iob. xv. ¶ Quid te eleuat
cor tuum. ꝛ quare magna cogitans
attonitos habes oculos

Scd̄m eſt auaricia que notatur in
harena ꝓpter ſterilitatem.
Unde dicitur Eccleſiaſtici. v. Qui

amat diuicias fructu3 non capiet ex
eis. In hac. moratur diabolus. Un
Apocalipſis. xij. ¶ Stetit draco ſup
harenam maris

Tercium. eſt luxuria que ad modu3
vertiginis abſorbet cor. vñ Prouer
biorũ. vi ¶ Qui adulter eſt propter
cordis inopiam perdit animam ſuã.
Adulteri enim ⁊ fornicatores nõ ha
bẽt cor. quia toti carnei ſunt. ſicut di
cit Auguſtinus Unde Jeremie. v.
¶ Audi popule ſtulte qui nõ habes
cor. Oſee. iiij. ¶ Fornicacio. vinum
⁊ ebrietas auferunt cor Ebrietas e
ni3 facit cadere cor de pectore in vẽ
trem. Fornicatio de ventre in renes
Conſuetudo de renibus in ſterquili
nium. Sunt ⁊ alia tria pericula. ſc3
Occurſus piratarum. Cantus ſyrena
rum. ⁊ concurſus ventorum Pyrate
ſunt demones de quibus dicitur. E
zechieles. xxvij. Scdm aliam litte-
ram Fortitudo tua viri pyrate Ab
hijs maxime formidandum eſt quã
do nauis non habet ventum gracie.
De quo pſalmiſta. ¶ Spiritus tuus
bonus deducit me in terram rectam
⁊c̃. Syrene ſũt voluptates carnales.
De quibus Iſaye. xiij. ¶ Syrene in
delubris voluptatis. hee ſũt filie mo
abitarum que filios iſrahel decepe-
runt. Numeri. xxv Uenti ſunt diuer
ſe temptationes. De quibus Danie
lis. vij. ¶ Quatuor venti pugnabãt
in mari magno. flat enim quaſi ab o
riente quando temptatõ eſt de expe
riẽdo non expertu3. ſicut quando E
ua comedit illicitum. Prouerbiorũ
ix. ¶ Aque furtiue dulciores ſunt
Item quaſi ab occidente. quando tẽ
tatio eſt de dimittendo bonum ince

ptum. Unde Jeremie. iiij. ¶ Neſciãt
⁊ ignorent. donec veniamus in me-
dio eorum ⁊ occidamus eos. ⁊ ceſſa-
re faciamus opus Item quaſi ab a
quilone quando temptatio eſt a pu
ſillanimitate. tunc proponit quis in
melius vitam mutare. Unde Iſaye
xxvi. ¶ Que eſt iſta fiducia qua con
fidis. aut quo conſilio. ⁊ qua forma
rebellare diſponis Eccleſiaſtici. xliij.
¶ Frigidus ventus aquilo flauit. ⁊
gelauit criſtallum ab aqua. Item q̃ſi
a meridie quando temptatio eſt de
differendo in poſterum bonum ꝓ
poſitum. Unde Sophonie. ij. Uox
cantantis in feneſtra. ⁊c̃. Contra hec
pericula hodie orat eccleſia. Deus
qui nos in tantis periculis. ⁊c̃

Nunc videre reſtat qualiter hec pe
ricula euadamus. euigilat ihesus ad
vocem diſcipulorum. ſurgit ⁊ impe
rat ventis ⁊ mari ⁊ ita fit tranquilli
tas magna. dormit ihesus in te cum
tu dormitas in fide. ⁊ ceſſas in bo-
no opere Unde prima ad Corinthi
os vltimo. ¶ Uigilate ⁊ ſtate in fide
Somnus ille letalis eſt. quia fides ſi
ne operibus mortua eſt. nec fides. i.
fictalis ⁊ fragilis laudabilis eſt. q2 i
ea nec reſiſtitur dyabolo aduerſario
qui circuit tanq̃ leo rugiens. Et
nota q2 ſicut dicitur Mathei quarto
¶ Erat ihesus in puppi ſuper ceruj-
cal dormiens. Puppis eſt poſterior
pars nauis. Unde tunc dormit ihe
ſus in puppi. cum terga ſibi vertis. ⁊
non recordaris illius Uertunt ter
ga guloſi. Unde dicitur Ezechielis.
viceſimotertio ¶ Proieciſti me poſt
corpus tuum. ⁊c̃. Item auari. de
quibus Jeremie. ij. ¶ Uerterunt ad

me tergū ⁊ non faciem. Hoc faciũt
quando vident aliquem pauperem
⁊ in tempore ſue tribulationis dicũt
ſurge ⁊ libera nos. Sed reſpondet e
is. vbi ſunt dij tui que inique feciſti
tibi. ſcʒ denarij ſurgant ⁊ liberent te
congregati tui Item ſuperbi ⁊ ingra
ti de quibus dicitur. Dederunt hũe
rum recedentem. ⁊ ceruicem ſuam i
durauerunt nec audierunt. Simi/
le zacharie. vij. ¶ Auerterunt ſcapu
las recedentes ⁊ aures ſuas aggrega
uerunt ne audirent. Super ceruical
dormis. cuʒ tu dormis in mollice de
liciarū. ⁊ in delectationibus carnis
Unde Jeremie. xxxi. ¶ Uſquequo
delitijs diſſolueris filia vaga. Sed
euigilas dum torporem abicis. Pro
uerbiorum. vi. ¶ Uſquequo piger
dormis. ⁊c̄. Surgis cum in operibꝰ
bonis excitaris. Danielis. viij. ¶ Cũ
qꝫ ſurrexiſſem faciebam opera regis
Sic per illa iuuãte gracia fit in cor
de tranquillitas magna qua vincun
tur temptamenta. ſerenatur conſcien
cia. anhelat mens ad gaudia patrie.
ad portum eterne felicitatis

¶ Sermo triceſimusprimus.

TOllite iugum meū
ſuper vos. In hijs verbis
totum hominem intendit
dominus reformare. Et primo re/
format vim iraſcibilem per humili
tatem obediencie. cum dicit. Tollite
iugum meum ſuper vos. ¶ Scd̄o
vim rationabilem per ſtudium diſci
pline. cuʒ ſubdit. ⁊ diſcite a me. quia
mitis ſum ⁊ humilis corde

Terci o vim concupiſcibilem: ꝓpter
appetitum quietis eterne. cum addit
Et inuenietis requiem aīe veſtre
Quis enim non obediat illi qui im/
perat mari ⁊ ventis ⁊ obediunt ei.
Quis ab eo non addiſcat in quo ſũt
ōnes theſauri. ſapiencie ⁊ ſciencie dī
abſconditi. Quis illum non appetat
in q̊ ſolo eſt ſufficiencia omnis boni.
Primo autem hortatur nos ad obe
dienciam mandatorum ibi. Tollite
iugum meum. ⁊c̄. De qua Eccleſia/
ſtici vltimo ¶ Comparate vobis ſine
argento ſapienciam. ⁊ collum veſtrū
ſubicite iugo eius. Obediencia prio
debet eſſe voluntaria. Unde ait Tol
lite. quaſi diceret. Non impono vo/
bis vt bobus vel aſinis. Sed vos vt
homines tollite vobis ſi vultis. Do
minus eñ filios vult habere nō ſer
uos. vnde in edificatione tabernacu
li dixit moyſes. Exodi. xxv ¶ Ab om
ni homine qui offert vltroneus acci
pies. ⁊ ſcd̄m hoc malefaciunt illi qui
ponunt filios ſuos in monaſterio cō
tra voluntatem illorū. cum dicat. pš
¶ Uoluntarie ſacrificabo tibi. ⁊c̄.
Scd̄a debet eſſe iuſta. id eſt in hijs
tantum que ſunt ſcd̄m deum. Quia
ſic ait Gregorius. Nunquam per o
bedienciam debet malum fieri. licet
aliquando bonum quod agitur in/
termitti. ⁊ ideo addit. meum. ¶ Tri
plex eſt iugum
¶ Primum eſt proprie voluntatis qd̄
non eſt ſimplex. ſed multiplex. quia
ſinguli ſenſus iugum ſuū imponũt
Unde Luce. xiiij. Iuga boū erant
quinqꝫ id eſt curioſitatem ſenſuum
non ſine magno labore acquiſiui. va
na inueſtigando ⁊ delectando in eis

B

hoc iugum quam graue ſit oſtendit
Job.vij.¶ Poſuiſti me contrarium
tibi.⁊ factus ſum mihimetipſi gra-
uis. Ubi dicit Bernardus. Nullum
bonum mihi importabilius meipſo
Nulla ſarcina grauior. Factus ſum
mihi talentum plumbi.reſedit ni-
quitas.ſuper illud. Ozee.x.¶ Confū-
detur iſrahel in voluntate ſua Eccle
ſiaſtici.viij.¶ Poſt concupiſcencias
tuas non eas.⁊ a voluntate.⁊c̄

¶ Scd̄m eſt diabolice dominationis.
De quo Yſaie.x.¶ Auffertur onus e
ius de humero tuo ⁊ iugum eius d̄
collo tuo.⁊ computreſcet iugum a fa
cie olei.id eſt a preſēcia miſericordie
dei.qui dicit. Iheremie.xxx.¶ Con-
teram iugum eius de collo tuo.⁊ vi
cula illius diſrumpam. Hoc iugo ſe
ſubdunt qui ſuggeſtioni eius conſen
tiunt. Unde Ozee.x.¶ Effraim vi-
tula docta diligit trituram. quia ſic
vitula ſponte ſuccedit ad iugum vt
comedat de frugibus aree Ita pecca
trix anima ſponte ſe ſubdit diabolo
propter appetitum delectationis mo
mentanee

¶ Terciū eſt diuine iuſſionis.de quo
dicitur. Iugum meum ſuaue eſt. Et
hoc propter ſex.

¶ Primo propter dominationem.ꝙ ſi
cut ait auguſtinꝰ. Qui hoc iugo ſub
ditur cuncta habet ſubiecta. Unde
Deuteronomij.ij.¶ Omnis locꝰ quē
calcauerit pes veſter.veſter erit. Pri
ma Corinthiorum.iij.¶ Omnia ve
ſtra ſunt.ſed hoc videt̄ ꝙ quicquid
eis datur de ſuo datur.⁊ ita dantes
nihil vel parum merentur Ad hoc
phileſophus.reſpondet. Si omnia
ſapientis ſunt nihilominus quodcū

C

qꝫ proprium in rebus ſuis dominiū
habeat iure ciuili omnia regis ſunt
⁊ tamen illa quorum ad regem per
tinet vniuerſa poſſeſſio in ſingulos
dominos diſtributa ſunt.⁊ vnaque
qꝫ res habet ſuum poſſeſſorem Itaqꝫ
regi ⁊ domino mancipiū ⁊ pecuni
am dare poſſumus .nec dare illi de
ſuo dicimur. Ad regem eñ poteſtas
omniū pertinet ad ſingulas propri
etates. Ex hoc patet ꝙ illud quod
pauperi tribuis de tuo tribuis ⁊ mꝉ
tum mereris.

¶ Scd̄o propter vnctionem.quia ma
gne conſolationis eſt. Sub hoc iugo
Unde Eccleſiaſtici.xxxviij.¶ Ung-
uentarius faciet pigmenta ſuauitati
⁊ vnctiones conficiet ſanctitatis.
Tercio propter ſubleuationem.quia
licet ſimus ſub honore.deus tñ a ſu-
periori onus eleuat.ſic mater quan
doqꝫ portat onꝰ ſuper caput filij ſui
⁊ tñ ipm̄ reputat portare Sic ⁊ dñs
totum tribuit nobis ad meritū.licet
ipſe faciat. Und̄ Gen.xv.¶ Credidit
abrahā deo.⁊ reputatū ē ei ad iuſti-
ciam.

¶ Quarto ꝓpter promiſſionem .quia
mag̃ eſt ſpes mercedis. vn̄.ij. Corin
thiorū.iiij.¶ Id quod in preſenti eſt
momentaneum ⁊ leue.tribulationis
noſtre ſupra modum in ſublimitate
eternū glorie pondꝰ operatur in no
bis.quaſi diceret. Tribulatio eſt quā
titate modica.duratione momētanea
Acerbitate mīſerabilis.⁊ finitiua in
loco calamitatis.ſꝫ glīa q̄ntitate imē
ſa.duratione eterna.delectatōe ineſti
mabilis in loco amenitati. Ro.viij.
¶ Non ſunt condigne.⁊c̄. ¶ Quinto
ꝓpter amorē.ꝙ ſic ait Auguſtinꝰ.oīa

F

vulnus habuit alligaturam vulneri
non refugit. Eccleſiaſtici.xx. ¶ Quã
bonum eſt correctaꝫ manifeſtare pe
nitenciam
Quarta in baptiſmate in qua docet
nos inferiores non contemnere. ymm
mo noſipſis ſubdere. Unde ait Ma/
thei.iij ¶ Sic decet nos implere om
nem iuſticiam.i. ſuperhabundantẽ
humilitateꝫ. Eccleſiaſtici.iij. ¶ Quã
to magnus es humilia te in omnibꝰ
Hoc idem docuit nos. quia parenti/
bus ſubdi voluit. Unde Luce.ij Et
erat ſubditus illis. Ubi dicit Bern
hardus. Quis. quibus. deus homi
nibus. Deus inquam cui angeli ſub
diti ſunt. cui pricipatus ⁊ poteſtates
obediunt ſubditus erat marie. ⁊ etiã
ioſeph propter mariam
¶ Quinta eſt in aſini ſeſſione. In qua
docuit nos d̄ bonis corporis non ſu
perbire Immo ipſum rationi humi
liter ſubdere ſi volumus ciuitatem
ſanctam intrare Unde.i. ad Corin/
thios.ix ¶ Caſtigo corpus meum ⁊
in ſeruitutem redigo
¶ Sexta eſt in pedum ablutione In q̃
docꝫ nos vilia officia appetere ⁊ hu
militer alijs ſeruire. Unde Mathei
xx. ¶ Filius hominis non venit mi
niſtrari. ſed miniſtrare.
Septima eſt in crucis ⁊ mortis paſ
ſione. in qua docet nos non reſiſtere
malo. ſed quaſlibet contumelias ⁊ in
iurias illatas equanimiter tolerare.
Unde eccleſiaſtici.ij. Omne quod ti
bi applicitum fuerit. accipe.ſ. cum
graciarumactione. ⁊ in dolore ſuſti/
ne. ⁊ in humilitate tua pacienciã ha
be qm̄ in igne probatᷣ aurū ⁊ argen
tū. Homines vero receptibiles.i. dig

G

ni a deo recipi in camino humiliati
onis. Has humilitates oñt in ſe bea/
tus franſciſcus ¶ Primam in expro
bratione quã faciebat ſibi exprobra
ri a fratre qñ ab aliquo laudabatur
Scdaꝫ in habitus paupertatis aſſū/
ptione. quãdo adhuc ſecularis in ec
cleſia beati petri rome cum alijs pau
peribus mendicauit ¶ Terciam in
funi vilificatione. qñ fune in colluꝫ
ligato precepit ſe trahi per ciuitateꝫ
Aſiſij. eo ꝙ infirmus comederat car
nes. ¶ Quartam in obedienciã ſub
ditorū. ꝙ quocunqꝫ ibat ſocio itiniri.
obedire volebat ¶ Quintam in cor
poris maceratione. ꝙ poſtꝙ religio
nis aſſumpſit habitum carnis conti/
nuum ſubijt cruciatum ¶ Sextam
in obſequio leproſorum. quorū vlce
ra lauabat. ⁊ ſaniem extergabat
¶ Septimã in perpeſſione doloruꝫ cir
ca vltimū vite ſue. adeo vt ſicut inter
rogatus reſpondit quodcunqꝫ aliud
genus martirij ſibi ferre leuius eſti
maret Tercio promittit nobis qui
etem animarum. cum ſubdit. Et in
uenietis requiem animabus veſtris
non corporibus. que requies diuitū
⁊ ocioſorum. De qua Eccleſiaſtici.xi
¶ Inueni requiem mihi. ⁊ non mã
ducabo de bonis meis ſolus. ſicut di
ues dicebat. Luce.xij. ¶ Anima ha/
bes multa bona poſita in annos plu
rimos. requieſce. comede. bibe. epu/
lare Requies anime eſt quadruplex
Prima incipientis. ſcilicet ceſſare ab
operibus malis. De qua Iſaie.i.
¶ Quieſcite agere peruerſe. Hanc re
quiẽ valde nitiᷣ diabolꝰ impedire.
Unde pharao dicit. Exodi.v. ¶ Uide
tis ꝙ turba.ſ. multitudo penitenciū

quanto magis ſi dederitis ei requiez
ab operibus ſuis. ¶ Scđa eſt profi
cientis.ſ.delectari in operibus bonis
De qua Iſaie.xxviij. ¶ Hec eſt requi
es mea reficite laſſum ¶ Tercia eſt
perfecti.ſ.delectari. De qua Job tri
ceſimoſexto ¶ Requies mēſe tue erit
plena pinguedine Menſa hec triplex
eſt.ſ. Lectio. Oratio. Meditatio.que
tunc eſt in plena pinguedine . quan
do anima deuotione exaltatione la-
crimaruz. vel cordis effuſione reple
tur ¶ Quarta eſt peruenientis.ſ. frui
eterno bono. De qua Iheremie.xxxi
¶ Vadet ad requiem ſuam iſrahel.
Deuteronomij.xij. ¶ Trāſibitis ior
danem.quod interpretatur deſcenſ9
coruz.ſ.mundi.in quo electi per hu
militatem deſcendunt.⁊ habitabitis
in terra quam domin9 deus veſter
daturus eſt vobis. vt requieſcatis a
cunctis hoſtibus per circuitum. ⁊
abſqz vllo timore habitetis. Iſaie.xx
xij ¶ Sedebit populus meus in pul
chritudie pacis ⁊ tabernaculis fidu
cie.⁊ in requie opulenta

¶ Dominica in ſeptuageſima
Epiſtola pria ad Corinthios.ix.

FRatres neſcitis quod
hij qui in ſtadio currunt ō
nes quidem currunt. Sed
vnus accipit brauium . Sic currite
vt conprehēdatis. Omnis enim qui
in agone contēdit ab omnibus ſe ab
ſtinet. Et illi quidem vt corriptibi-
lem coronam accipiant. Nos autem
in corruptam Ego autem ſic curro
non quaſi incertuz.ſic pugno.non q̄
ſi aerem verberans Sed caſtigo cor
pus meum.⁊ in ſeruitutem redigo.
ne forte cum alijs predicauerim ipe
roprobus efficiar Nolo autem vos
ignorare fratres.quoniaz patres no
ſtri omnes ſub nube fuerunt.⁊ om
nes mare tranſierunt.⁊ omnes i mo
yſe baptiſati ſunt in nube ⁊ mari. Et
oēs eandē eſcam ſpiritualē manduca
uerunt Et omnes eundem potum
ſpiritualem biberunt. Bibebant au
tem de ſpiritali cōſequente eos petra
Petra autem erat criſtus

¶ Euangelium. Mathei. xx.

IN illo tēpore dixit iheſus
diſcipulis ſuis parabolam hanc. Si
mile eſt regnuz celorum homini pa
trifamilias.qui exijt primo mane cō
ducere operarios in vineam ſuam.
Conuentione autem facta cum ope
rarijs ex denario diurno. miſit eos
in vineaz ſuaz Et egreſſus circa ho-
ram terciaz vidit alios ſtantes in fo-
ro ocioſos ⁊ dicit illis.ite ⁊ vos in vi
neam meam.⁊ quod iuſtum fuerit
dabo vobis. Illi autem abierunt. I
terum autem exiuit circa ſextaz ⁊ no
nam horam.⁊ fecit ſimiliter Circa
vndecimam vero horam exiuit ⁊ in
uenit alios ſtantes ⁊ dicit illis Quid
ſtatis hic tota die ocioſi. Dicunt ei
Quia nemo nos conduxit. Dicit il-
lis. Ite ⁊ vos in vineam meam Cuz
autem ſero factum eſſet.dixit domi-
nus vinee procuratori ſuo Voca o
perarios ⁊ redde illis mercedem.in
cipiēs a nouiſſimis vſqz ad prios Cū
ergo veiſſent qui circa vndecimā hōz
venerāt acceperūt ſingulos dnarios

A

Venientes autem ⁊ primi arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi Acceperunt autem ⁊ ipſi ſingulos denarios ⁊ accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias dicentes Hij nouiſſimi vna hora fecerūt ⁊ pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei ⁊ eſtus. Et reſpondens vni eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueniſti mecum. Tolle ergo quod tuum eſt ⁊ vade. Volo autem ⁊ huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi An nō licet mihi quod volo facere An ocul9 tuus nequam eſt quia ego bonus ſū Sic erunt nouiſſimi primi ⁊ primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati. pauci vero electi.

Dominica in ſeptuageſima
Sermo viceſimuſtercius.

Circumdederunt me gemitus mortis. ⁊c. In hac dominica incipit ſeptuageſima .ſ. tempus ſeptuaginta dierum. ⁊ terminatur in ſabbato poſt paſcha. ⁊ repreſentat tempus captiuitatis iſrahelitice plebis. que propter peccata ſua punita fuit in ſeruitute babilonica per annos. lxx Vbi ſic ait pſalmiſta Suſpenderunt organa ſua dicētes Quomodo cantabimus canticū domini in terra aliena. Hoc idez dominus comminatus fuerat. Iheremie. xxv Perdam ex eis vocez gaudij. ⁊ vocem leticie. vocem ſponſi ⁊ vocem ſponſe. vocem mole ⁊ lumen lucerne. Iſtud etiam nos in noſtra ſeptuageſima repreſentamus. cantica

B

leticie ſuſpendendo. Dimittimus enī vocem gaudij. ſ. Alleluia. quod ſignificat ineffabile gaudium angeloruz ⁊ hominum in eterna felicitate letācium. Vnde dicitur Apocalipſis decimonono Audiui quaſi vocez magnam tubarum multaruz in celo dicencium. Alleluia. Item Deuteronomij. xiiij. Per vicos quaſi muſica ſalutaris armonia celeſtis. que nō ſoluz homines. ſed ⁊ angelos delectat Dimittimus ⁊ vocez leticie. ſ. Te deum laudamus quod frequenter cantare ſolemus quando aliquo negocō bene geſto letificamur Ideo hūc ymnum beatus Ambroſius compoſuiſſe dicitur quando beatum auguſtinum conuertit ad fidem. In quo non ſolum ordines ſupernorum ſpirituum. ſed etiam cetus aliorum ſanctorum oſtenduntur aſſidue laudare deum. Dimittimꝰ quoqꝫ vocez ſponſi ⁊ ſpōſe. ſ. Gloria in excelſis deo quod cecinit exercitus celeſtis in natiuitate redemptoris. quando tanqꝫ ſponſus proceſſit de thalamo ſuo. i. de vtereo virginali. cum ſponſa ſua id eſt eccleſia vnita ſibi humana natura. Iohannis. iij. Qui habet ſpōſam ſponſus eſt. Ad litteram quoqꝫ per totum temp9 ſeptuageſime nuptiarum ſolemnia prohibentur Dimittimus etiam vocem mole. ſ. Ite miſſa eſt. qua populus celebrata miſſa licenciabatur ad prandium. vt innuatur iam tempus adeſſe ieiunij ⁊ non prandij Mole itaqꝫ ſunt maxille Vnde ⁊ dentes maxillares vocant molares. Dimittimus etiam lumen lucerne. ſ. ornatū eccleſie. que eſt ſcriptura laicorum vt in eo legāt ornat9

moꝛtum.⁊ ſumuntur caſule nigre:in
ſignum triſticie. Unde peccãti popu
lo dominus ait exo.xxxiij ¶ Depone
oꝛnamentũ tuum ut ſciam quid fa/
ciam tibi. Sicut autẽ iudei non toto
tempoꝛe.lxx.annoꝝ fuerunt in dolo
re ↄtinuo:ſed habuerũt aliquid gau
dij: data illis a cyro.lx.ãno licẽtia re
deũdi. Ita ⁊ nos ĩ ſabbato ſcõ gaudẽ
debemus:data nobis licẽtia repatri/
andi ad regnum per paſſionem xpi.
qui ſignatur per cyrum. Uerum ꝙ
popul9 ille multũ laboꝛauit in appa
ratu reuerſionis. ita ut triſticia labo
ris gaudio liberationis videret᷑ com
mixta. Ideo nos poſt alleluya ſubiũ
gimus tractum.ſ. Laudate dominũ
omnes gentes. Et ꝙ illi cum leticia
redeuntes:laboꝛe itineris vexabant᷑
Ideo nos per totam ſeptimanã paſ
chalem graduale cum alleluya canta
mus.per graduale laboꝛẽ.per all'a le
ticiã deſignãtes Quia vero intrantes
patriã plenum gaudium habuerũt
Ideo nos in ſabbato poſt paſcha: in
quo terminatur.lxx.duo alleluya cã/
tamus:ſignãtes ꝙ in ſabbato reſurre
ctionis duplicem ſtolam recipiem9.
hebꝛe. iiij. ¶ Relinquitur ſabbatiſ/
mus populo dei. Tangitur etiam in
ſeptuageſima illoꝛuꝫ que noſtram fi
gurat:exilium humani generis . qđ
incepit ab adam . ⁊ durat per ſepteꝫ
etates mundi .

¶ Pꝛima etas durauit vſqꝫ ad noe.
¶ Secunda vſqꝫ ad abꝛahã.
¶ Tercia vſqꝫ ad moyſen.
¶ Quarta vſqꝫ ad dauid.
¶ Quinta vſqꝫ ad tranſmigrationem
babilonis.
¶ Sexta vſqꝫ ad xpꝛiſtum.

Septima vſqꝫ ad finem mundi.
Unde in hac dominica legit᷑ hiſto/
ria libꝛi geneſ vbi agitur de deuiati
one ⁊ erroꝛe pꝛimi parentis. In quo
exilium noſtre peregrinationis ince
pit. In cuius perſona hodie clamat
eccleſia in introitu miſſe. Circumde/
derunt me gemitus moꝛtis ⁊c̃.
Tria bona contulerat dominus ade
in ſtatu innocẽtie:quandam immoꝛ
talitatem.paradiſi amenitatẽ.⁊ ſpem
eterne felicitatis. Immoꝛtalitas pꝛi
mi hominis erat potentia quedam.
ſcilicet poſſe non moꝛi. qua durante
pati non poterat a veneno:vel a fer
ro Unde yſidoꝛus ¶ Dum homo in
paradiſo immoꝛtaliter viueret.ignis
non vreret.aqua non mergeret.non
ſpinarum aculei vulnerarent neqꝫ ae
ris abſentia ſuffocarꝫ.nõ omnia que
nocent moꝛtalibus impedirent. Hec
potentia habet duplicem cauſam . v
nam intra.aliam extra. Cauſa ab in.
tra fuit oꝛdinatio anime ad coꝛpus
que manebat ꝙ diu anima non ſepa
rabatur a ſua vita.ſcilicet deo. Unde
pſalmiſta ¶ Ira ſcilicet moꝛs in indi
gnatione eius.⁊ vita in voluntate ei9.
Cauſa ab extra fuit lignũ vite:quod
naturaliter hunc effectum habebat
ut qui ex eius fructu comederet:coꝛ
pus eius ſtabili ſanitate firmaretur.
nec vlla infirmitate vel etate deterio
raretur Paradiſus interpꝛetatur
oꝛtus deliciarum.⁊ eſt quidam loc9
in partibus orientis.adeo enim emi
nens:ut ad ſublimarem regionẽ per
tingat. Unde ⁊ illic aque diluuij nõ
poterũt aſcendere. Eſt etiam delica
tus valde.utpote fluminibus irrigu
is. arboꝛibus qꝫ communis generis

E

frondoſus ⁊ nemoroſus. fructu tam
pulchro ad videndū. ꝗ ſuaui ad ve
ſcendum. Refertur valde etiam tem
peralis. quia ibi non frigus. nō eſtꝰ
ſed perpetua temperies aeris domi/
natur. Unde dicit alanus. Non ibi
bachantis boree furit ira: nec illic.
Fulminat aura nothi. nec ſpicula
grandinis inſtant Non ibi naſcentis
expirat gratia floris. Naſcendo mo/
riens: ſed vultu ſemper eodem. Gau
deus eterni vireſcit munere veris.
Quicquid depaſcit oculos vel inebri
at aures. Seducit guſtus nares ſuſ/
pendit odorem. Demulcet tactu re/
tinet locus ille locorum.

Huius amenisſimi loci aditus eſt pꝰ
peccatū primi parentis intercluſus
Ita ꝙ nemo illuc nunꝗ̄ accedere po
tuit: preter enoch ⁊ heliam. quorum
ſcilicet alter tranſlatus. alter curru
igneo legitur raptus in illum Spes
etiam erat ibi transferendi in meliꝰ.
ſcilicet de paradiſo terreſtri in cele/
ſtem. de vita animali in ſpiritualem
non per mortem: ſed per aliquā mu
tationem: licet incertum ſit vtrum ſi/
mul transferendi eſſent. ut erit ī die
iudicij de corporibꝰ glorificatis. an
per ſucceſſionem ut modo eſt de ani/
mabus ſanctis. Ab hijs tribus
bonis cecidit in tria mala contraria.
ꝓpter inobedientie culpam

Et primo cecidit ab immortalitate ī
mortalitatem. ſcilicet a potentia non
moriendi in neceſſitatem moriendi.
ſibi ⁊ ſue poſteritati. Unde de hoc di
cit pſalmis. Quis eſt homo qui vi
uit ⁊ non videbit mortem: Et ſicut a
it boetius. Primus homo mortē in
abel filio ſuo meruit experiri. ut quā
ta eſſet pena quam ipſe exceperat pro
baret in ſobole. ⁊ ipſa expetitione for
tius torqueretur.

Secundo cecidit de paradiſi ameni
tate in calamitatem preſentis miſerie
ut in labore ⁊ dolore operaretur ter
ram de qua aſſumptus eſt. ⁊ in ſudo
re vultus ſui veſceretur pane ſuo.

Tercio cecidit de ſpe bone patrie: in
timorem pene eterne. Unde dicitur
eccleſiaſtici. ix. Neſcit homo vtrū
amore an odio dignus ſit. Clamat
ergo propter neceſſitatem moriendi
Circumdederunt me gemitꝰ mor
tis. Et bene dicit circumdederunt.
quia omni etati ⁊ omni perſone. ⁊ in
omni loco. in omni tempore ⁊ in om
ni parte imminent mortis inſidie.
Unde illud. Quocunq̄ ingrederis:
ſequitur mors corporis vmbra.

Clamat etiam propter timorem in/
ferni. dolores inferni circūdederūt
me. quia ſicut ait auguſtinus. Ibi cō
tinuus gemitus. cruciatus eternus.
dolor ſummus. penalis ſenſus. Tor
quent animas. extorquent ⁊ puniunt
corpora damnata: nec finiunt.

Clamat tercio propter calamitatem
preſentis exilij dicens In tribula/
tione mea inuocaui dominum. quo
niam ſicut ait Joſephus primo libro
antiquitatum. Adam peccati veniā
poſtulabat. rogabatq̄ dominum ne
ſe nimis affligeret. ⁊ exaudiuit de tē
plo ſancto ſuo vocem meam. quia ꝓp
ter miſericordiā reductus ē ad gra
tiam. Unde ſapi. x. Hec illum qui
primus formatꝰ eſt a deo pr̄ orbis
terrarū. cū ſolꝰ eſſet creatꝰ cuſtodiuit
dū fuit in ſtatu innocentie ⁊ duxit il
lum a delicto ſuo. Unde Ozee. xi.

G

¶ In funiculis adam traham eos in
vinculis caritatis. Ecce ſi unum pecca
tum ade tam diſtricte punitum eſt:
ut nōgentis annis ⁊ amplius vite hu
ius miſerias lueret. ⁊ fere quatuor
milibus annoꝝ inferni tenebras ſu
ſtineret. qualiter punient᷑ tranſgreſ
ſiōes noſtre tam multe. tam magne.
nec volumus eas diſſimulare cum ſu
pernus iudex cui reddituri ſumꝰ de
ſingulis rationem multitudinem nu
meret. ⁊ magnitudinē ponderet ⁊ di
uturnitatem menſuret. Unde amos
v. ¶ Ego cognoui multa ſcelera ve
ſtra. ⁊ fortia peccata veſtra. Et iō mul
tis lacrimis ⁊ orationibus. multis ie
iunijs ⁊ elemoſinis opus eſt ut pecca
ta veſtra quibus mors debebebatur
eterna: ſatiſfactione congrua redima
mus. Qđ autem ſine ſatiſfactione in
cōueniens ſit deū peccata dimittere
ꝓbat anſelmus multiplici ratōe
Primo. quia ſi peccatum ſine ſatiſfa
ctione dimitteretur: nō puniretur. ⁊
ita eſſet inordinatum. Hec em̄ eſt rec
ta peccati ordinatio: ut ſcđm menſu
ram culpe ſit ⁊ menſura pene.
¶ Secundo. ꝙ ſimiliter eſſet apud de
um de peccantibus ⁊ nō peccantibꝰ
iudiciū: quod deo nō ꝯuenit.
Tercio. ꝙ ſi nulli legi ſubiaceret pec
cator: liberior eſſet iniuſticia ꝙ iu
ſticia quod valde inconueniens eſt.
quia ſic iniuſticia ſimilis eſſet deo: q̄
ſolus nulli legi ſubiacet.
¶ Quarto. quia toleraret deꝰ intolera
bilem. ſ. ut creatura non redderet deo
omne debitū quod abſtulit creatori.
¶ Quinto. quia alleuarent᷑ ad equali
tatem angeloꝝ: qui angelis equales
nō eſſent: cum tales oporteat in ſuper

A

na ciuitate aſſumi. quales ſunt boni
angeli: alioquin ruina eorū non erit
reſtaurata. Preterea. margaritā ſor
didā in theſauris ſuis: qđ nullus ſa
piens faceret. Unde iuſtum ⁊ neceſſa
rium eſt: ut dignos fructus peniten
tie faciamꝰ.

¶ Eodem die de evangelio.

Sermo tricesimustercius.

Simile eſt regnum ce
lorum homini patrifamili
as: qui exijt primo mane cō
ducere operarios in vineam ſuam.
Prouer. xv. ¶ Fauus mellis verba
ꝯpoſita. Fauus ē ſacra ſcriptura. mel
ſpūalis intelligentia que ad modum
mellis ceteris doctrinis dulcior ⁊ ſu
auior eſt. In fauo duo ſunt. mel ⁊ ce
ra. Cera que eſt fomentum luminis
pertinet ad cognitōem veritatis. que
illuminat intellectum ſpūalem. dul
cedo mellis ad ſuauitatē bonitatis
que reficit ⁊ confortat affectum. Un
de pſal. ¶ Quā dulcia faucibus me
is. i. palato mentis. eloquia tua ⁊c.
Uerba compoſita ſunt epiſtole ⁊ euā
gelia. lectiones ⁊ cantus. inſtinctu ſpi
ritus ſancti in officijs eccleſie ordina
ta per totum. Itaqꝫ in hodierno offi
cio monemur fugere ocioſitatē: ⁊ in
uitamur ad laborē. Primus homo ſi
cut lectum eſt poſitus fuit in paradi
ſo: ut operaret ⁊ cuſtodiret illud. Sꝫ
operatio illa nō erat laborioſa: ſed de
licioſa. nec ad neceſſitatem: ſed ad re
creationem. videlicet ut obſeruaret
ibi per diſciplinam obedietie: qđ po
ſtea attēdebat in terra ꝑ agriculturā

ut ita ipſe obtemperaret ſuo creatori ſicut terra ſuo cultori. Quod quia rénuit obſeruare: pretergreſſo mandato obedientie: eiectꝰ de amenitate paradiſi in exilium huiusmundi: punitus eſt labore: dicente domino ¶ In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

Nec valet aliter reformari ad ſtatuꝫ glorie: niſi per laborē penitentie. Unde bernardus. Homo ad laboreꝫ natus: ſi laborem refugit nec facit: ad quod natus eſt, ad quid venit in mūdū. quid reſpondebit ei qui miſit eū qui inſtituit ut laboret. Triplex autem labor ꝓponitur nobis hodie in officio miſſe. ſcilicet operādi in vinea. certandi in agone. currendi in ſtadio. Primus in euangelio. Secūdus ⁊ tercius in epiſtola. Primꝰ eſt incipientium. Secundus proficientium. Tercius perfectorum.

Vinea eſt anima que magnum laborem exigit: que ſi bene excolitur: copioſum fructum reddit. ⁊ niſi continuus labor adhibeatur: ſterilis reddit᷑. Unde ꝓuerbio. xxiiij ¶ Tranſiui per vineam ſtulti. id eſt vitam negligentis. ⁊ ecce totum repleuerant vrtice. id eſt incentiua luxurie. operierāt faciem eius ſpine. id eſt punctiones ⁊ ſollicitudines terrene. ⁊ materia lapidum. id eſt murus virtutum ⁊ bonorum operum deſtructa erat. Duo opera precipue adhibēda ſunt in vinea excolenda. ſcilicet foſſio. ⁊ putatiō. Unde de mala vinea cui iratus ē dominus ait pſa. v ¶ Nunc oſtendaꝫ vobis quid faciam vinee mee. ponaꝫ eam deſertam nō putabitur ⁊ non fodietur. ⁊ aſcendent ſuper eam vepres ⁊ ſpine. Foditur per cupiditatuꝫ abiectionem. Unde iob. xi. ¶ Defoſſus ſecurus dormies. quia cupidus nunq̄ poteſt eſſe ſecurus. Unde iob ¶ Cum pax ſit ille inſidias ſuſpicat᷑. Putatur per malarum ꝯſuetudinuꝫ remotionem. Unde leui. xxv. ¶ Sex annis putabis vineam tuam. id eſt toto tempore preſentis laboris colliges q̄ꝫ fructus eius. Septimo autem anno ſabbatum erit terre requietionis domini. quia ſi modo vicia noſtra penitentie falce reſecamus. in eterne vite requiem ſine dilatōne intramus.

Ad hanc vineam excolendam quidā ducuntur in prima hora. i. in puericia. que parum habet claritatis: ut lux matutina. ſicut beatus Nicolaus De quo eccleſiaſti. xxxix. ¶ Cor ſuuꝫ tradidit ad vigilandum diluculo ad deum qui fecit illū. ¶ Quidā in hora tercia. ſcilicet in adoleſcentia: que i calore caritatis ꝓficit. ⁊ in ſplendore cognitionis. ſicut beatus benedictus De quo treno. iij ¶ Bonū eſt homini cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. ¶ Quidam in ſexta. ſcilicet in iuuentute: quando ſol in cētro figitur. id eſt plenitudo caloris ſolidatur. ſicut beatus franciſcus. De quo eccleſiaſti. x ¶ Letare iuuenis in adoleſcentia tua. ſcilicet in renouatione hominis interioris. ¶ Quidā in nona. ſcilicet in ſenectute: quando ſol. i. calor etatis deſcēdit. ſicut beatꝰ guthlacus: qui cum fuiſſet latro famoſus ⁊ magnus: mox ut puer ipſius oſtendit ei capillum canum de capite ⁊ cōuerſus ad deum ait. Iam non eſt huius etatis intendere furtis. De quo ſapientie. iiij. ¶ Cani ſunt ſenſus hominis. quaſi diceret. Ille bene canus

A

eſt qui bene ſenſatus ⁊ etas ſenectutis
vita immaculata Cōtra quod de ma
lo ſene dicit ozeas.vij. ¶ Cani effuſi
ſunt ⁊ ipſe ignorat:cum dicat poeta.
Quedam cum prima naſcent̄ crimi
na barba. ¶ Quidam in vndecima
id eſt in etate decrepita. ſicut latro q̄
⁊ nō habuit ſero per etatem: tamen
habuit per crucem. q̄ ſicut ait ſeneca
Quicunq; ad extremū fati ſui diem
venit:ſenex eſt ⁊ ſenex moritur. Non
enim referunt que ſit hominis etas
ſed que ſit meta. Et talibus dicitur.
Quid hic ſtatis tota die ocioſi Joſue
xviij ¶ Vſq; quoq; marcetis ignauia
⁊ nō intratis terram quā dominus
deus patrum veſtrorū dedit vobis.
De labore certaminis dicit̄ in epiſto
la ¶ Omnis qui agone contendit. ſcili
cet pugnādo contra dyabolum ⁊ pec
cata. Ab omnibus ſe abſtinet. id ē ab
ſtinere debet que anime ſunt nociua
Unde ſecūda thimo.ij ¶ Ab omni ſpe
mala abſtinete vos. nemo militās dō
implicat ſe negocijs ſecularibus. De
hoc agone habetur eccleſiaſtici.iiij.
¶ Agonizare ꝓ anima tua ne interfi
ciatur a dyabolo ⁊ vſq; ad mortem cer
ta pro iuſticia. id eſt pro habenda vi
ta eterna. Sed quidam pugnāt ore
tantum:quos nō timet dyabolꝰ. Un
de iob.xlj. ¶ Deridet vibrantem ha
ſtam. ſcilicet predicatorem qui dicit
⁊ nō facit. Contra quod apoſtolꝰ ait
¶ Sic pugno nō quaſi aerem verbe
rans. id eſt nō verbis:ſed rebus. Nā
caſtigo corpus meum: ⁊ in ſeruitutem
redigo. Ita reſiſtendū eſt motui car
nis illicito: ſicut ipſi dyabolo. Unde
.iij. Regum.xx. Quidam de filijs ꝓ
prophetarum dixit ad ſocium ſuum

E

in ſermone domini. Percute me. At
ille noluit percutere. Cui ait. Quia
noluiſti vocem domini audire. ecce
recedes a me: ⁊ interficiet te leo Sic
⁊ caro quoties inſoleſcit. ⁊ aduerſus
ſpiritum concupiſcit. monet ut reper
cuciatur vt caſtigetur. qđ qui rennu
it: interficietur a dyabolo. quādo ra
piet ut leo animam ſuam. Alter per
cuſſit eum in capite. quod facit qui
reſiſtit inicio concupiſcentie. Et ita
cum caro caſtigatur: dyabolus effu
gatur. Unde ſapien.xij. ¶ Cū nobis
diſciplinam das: inimicos noſtros
multipliciter flagellas.
De labore currendi dicitur ¶ Neſci
tis ꝙ hij qui ſtadio currunt ⁊c̄.
Quinq; notantur in curſu que per
fecto viro conueniunt.
¶ Primo namq; qui currit in altum ve
ſtes ſuccingit. Veſtis anime eſt caro
Vn̄ Job.x. ¶ Pelle ⁊ carnibus veſti
ſti me. Hec veſtis a terra leuanda eſt
ne inquinetur luto luxurie. ſtercore
auaricie. ſanguine odij. ⁊ reliquis cō
tagijs.
¶ Secundo terram leuiter premit. et
vir iuſtus affectus ſuos temporali
bus non affigit. Unde hebreos.xiij
¶ Non habemus hic manentem ci
uitatem:ſed futuram inquirimus
Tercio ſpacium quod cito tranſit. et
hic in ſecularibus moram non facit
Unde dicit bernardus ¶ Vis peruе
nire: incipe tranſilire: alioquin peri
bis in deſiderio. Unde dicitur eccle
ſiaſti.xi. ¶ Fili ne in multis ſint actꝰ
tui. Iheremie viceſimonono. ¶ Qui
conatur multa agere incidit in iudi
cium. ⁊ ea que non ſunt contra ſe nō
attendit. Et hoc in vno ſolo mentis

F

ſtatu figit: quaſi nō curans de alijs.
hebre.xij. ¶ Aſpicientes in actorem
fidei ꝛ cōſummatorem ihesum pſal.
Unam petij a domino ꝛc.
Quarto ad metam cito pertingit. qꝛ
hic ad regnum velociter tranſit. Stu
det enim in hac vita purgari. Unde
ſapien.iiij. ¶ Conſummatus in breui
expleuit tempora multa. Stadium
eſt octaua pars miliarij. Tradunt
enim greci ſcriptores herculem gi-
gantem vno anhelitu centum vigin-
tiquinqꝫ paſſus percurriſſe ꝛ ſtetiſſe.
ꝛ illud ſpacium vocaſſe ſtadium.
Eſt itaqꝫ ſtadiū vita preſens: in qua
non remiſſe. non pigre: ſed veloci ꝛ a
lacri greſſu debemus poſt xpriſtum
currere: q̄ exultauit ut gigas ad cur-
rendum viam. Currere eſt perficere
Finis ſtadij eſt terminus vite Unde
bernardus. ¶ Ibi fige tu xpriſtiane
curſus tui metam: vbi xpriſtus poſu
it ſuam. Deutrono.i. ¶ Precesſit vos
dominus deus noſter in via: ꝛ meta
tus eſt locum in quo tentoria figere
debetis. Ecce triplex labor operādi.
certandi. currendi. Reddit autē de
us mercedem laborum ſeruoꝝ ſuoꝝ
ſcilicet denarium operantibus. coro
nam certantibus. brauium currenti
bus: quod totum deus ipſe eſt: qui e
rit omnia in omnibus. finis laborū
ꝛ merces ſingulorum.

¶ Dominica in ſexageſima.

Epiſtola. Corinth.xi.

FRatres Libenter ſuf
fertis inſipientes: cum ſitis
ipſi ſapiētes. Suſtinetis em̄

ſi quis vos in ſeruitutē redigit. ſi quiſ
deuorat. ſi quis accipit. ſi quis extol-
litur. ſi quis in faciē vos cedit. Scdꝫ
ignobilitatē dico quaſi nos infirmi
fuerimus in hac parte In quo quis
audet. in inſipiētia dico. audeo ꝛ ego
hebrei ſunt: ꝛ ego. Iſrahelite ſunt: ꝛ
ego. ſemē abrahe ſunt ꝛ ego. miniſtri
xpriſti ſunt ꝛ ego. Ut minus ſapiens
dico: plus ego. In laboribus pluri-
mis. in carceribus abundantius. in
plagis ſupra modū. in mortibus fre
quenter. A iudeis quīquies quadra
genas vna minus accepi. Ter virgis
ceſus ſum. ſemel lapidatus ſum. ter
naufragium feci. Nocte ꝛ die in ꝓ-
fundo maris fui. in itineribus ſepe.
periculis fluminum. periculis latro
num. periculis ex genere. periculis
ex gentibus. periculis in ciuitate. pe
riculis in ſolitudine. periculis in ma
ri. periculis in falſis fratribus. In
labore ꝛ erumna. in vigilijs multis.
in fame ꝛ ſiti. in ieiunijs multis. in
frigore ꝛ nuditate. Preter illa que
extrinſecus ſunt. inſtantia mea quoti
diana ſollicitudo omnium eccleſiarū
Quis infirmatur: ꝛ ego nō infirmor.
Quis ſcandalizatur: et ego nō vror.
Si gloriari oportet que infirmita-
tis mee ſunt gloriabor Deus ꝛ pater
domini noſtri Iheſu xpriſti ſcit qui
eſt benedictus in ſecula qꝛ non men
tior. Damaſci prepoſitus gentis are
the regis cuſtodiebat ciuitatem da-
maſcenorum ut me comprehende-
ret. Et per feneſtram in ſporta di-
miſſus ſum per murum. et ſic effu.
gi manus eius. Si gloriari opor-
tet: non expedit quidem. Ueniam
autem ad viſiones et reuelationes

a

⁊ reuelationes domini. Scio hominem in xpristo ante annos quatuordecim. ſiue in corpore. ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit. raptum huiuſmodi ad tercium celum. Et ſcio huiuſmodi hominem ſiue in corpore: ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit. quoniam raptus eſt in paradiſum. ⁊ audiuit archana verba: que non licꝫ homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor. pro me autem nihil niſi in infirmitatibus meis. Naꝫ ⁊ ſi voluero gloriari non ero inſipiens. Veritatē em̄ dicam. Parco autem ne quis me exiſtimet ſuper id quod videt in me aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis mee angelꝰ ſathāe ut me colaphizet. Propter qđ ter dominum rogaui ut diſcederet a me ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur in infirmitatibus meis gloriabor: ut inhabitet in me virtus xpriſti.

Euangelium. Luce. viij

In illo tempore. Cuꝫ turba plurima conuenirent ⁊ de ciuitatibꝰ properarent ad iheſum dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat: ſeminaē ſemen ſuum. Et dum ſeminat: aliud cecidit ſecus viam ⁊ conculcatum eſt. ⁊ volucres celi cōederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram. ⁊ natum aruit. quia non habuit humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas. ⁊ ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam. ⁊ ortū fecit fructum centuplum. Hec dicēs clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem euꝫ diſcipuli eius que eſſet hec parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe miſterium regni dei. Ceteris autem in parabolis: ut videntes non videant. ⁊ audientes nō intelligant. Eſt autem hec parabola. Semen eſt verbum dei. Qui autem ſecus viam hij ſunt qui audiunt. Deinde venit dyabolus. ⁊ tollit verbum de corde eorum: ne credentes ſalui fiant. Naꝫ qui ſupra petram: hij ſunt qui cū audierunt: cum gaudio ſuſcipiunt verbum. ⁊ hij radices non habent. quia ad tempus credūt. ⁊ in tempore temptationis recedunt. Quod autem in ſpinis cecidit: hij ſunt qui audierunt ⁊ a ſollicitudinibus ⁊ diuitijs: ⁊ voluptatibꝰ vite euntes ſuffocantur: ⁊ nō referunt fructū. Quod autem in terram bonam: hij ſunt qui in corde bono ⁊ optimo audientes verbum retinent illud ⁊ fructum afferunt in pacientia.

Sermo. xxxiiij. de euangelio.

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuuꝫ. Dicit yſa. xxx. Dabitur pluuia ſemini tuo vbicunqꝫ ſeminaueris in terra Semen eſt verbum dei. pluuia gratia. De qua ezechie. xxxiiij. Pluuie benedictionis erunt. Promittit ergo dominus predicatori ꝙ in quacūqꝫ gente ſeminauerit verbum dei. ipſe pluuiam gratie largietur. Magna ꝓmiſſio ꝙ gratia ſequitur ad hoc. valde beatum eſt audire verbum dei cū per hoc audientibꝰ gratia infundat

B

Semen quod hodie ſeminam9 hoc eſt. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemē ſuum. Hec dominica vocatur dn̄ica ſexageſima que incipit hodie ⁊ terminatur in feria quarta paſchali. Sexagenarius autem numerus fit ex denario ſexies in ſe ducto ⁊ competit viduis. Denarius enim eſt numerus preceptorum. ſenarius numerus laborum. Sex eñ dies ſunt in quib9 licet operari. ⁊ ſignat laborem aīarum viduatarum a xriſto. que ī hoc laborant ut per completionem decalogi ad perfectōnem operum veniāt ⁊ in fine vite: que terminato tempore ſexageſime ad eternam requiez vocate mereantur audire ¶ Venite benedicti paťs mei. quod in quarta feria paſchali cantatur in officō miſſe. Et quoniam eccleſia in hac vita multipliciter affligitur vt tanq̄ aurum in fornace purgetur proponitur nobis exemplum apoſtoli in epiſtola hodierna: ut ipſius imitatione fortes ſimus in tribulationib9. miſericordes in compaſſione fraterna. humiles in gratia nobis collata. Unde ī collecta meritis eius petimus adiuuari. propter hoc hodie fit ſtatio rome ad eccleſiam ſancti pauli. Uerum quia in temptationibus alij perſiſtunt. ⁊ alij deficiunt: proponitur euangeliuz in quo perſiſtentes deſignantur per bonam terram. deficiētes vero per malam. in qua ſemen vite a volucribus rapitur: vel a ſole ſiccatur: vel ſuffocatur a ſpinis. Nam alij ſubuertuntur temptationibus demonum: qui deſignantur per volucres. Alij aduerſitatibus tribulationum que de deſignātur in ſole. Alij per proſperitates car

C

nalium voluptatum: que intelligun tur in ſpinis. Propter hoc clamat eccleſia hodie in officio miſſe ¶ Exurge quare obdormis domine. Ter autem dicit. exurge. propter triplicem impugnationem.

¶ Et primo clamat pro tribulatis Exurge quare obdormis domine ſicut ⁊ diſcipuli clamauerunt Math. viij. ¶ Domine ſalua nos perim9. Uidetur enim dormire quando non liberat ſuos a tribulatōe: ſed non dormit quia propter purgationem a malis. ⁊ promotōnem in bonis eos tribulari permittit. Unde dicitur Jheremie primo. ¶ Uirgam vigilantem ego video.

¶ Clamat ſecūdo pro ſubuerſis proſperitatib9. exurge ⁊ ne repellas in finē Repulit dominus altare ſuum. id ē cor hominis. eo q̄ ipſe homo execrauit illud. ſtatuens ibi ydolum mortalis peccati. maledixit ſanctificationi ſue. id eſt anime quaz ſanctificauerat in baptiſmo. Sequitur. quare faciez tuam auertis. id eſt reſpectuz miſericordie. que ad modum ignis glaciez peccatorum diſſoluit. Apocalipſis. i. ¶ Oculi eius tanq̄ flamma ignis. Unde reſpexit petrum ⁊ fleuit amare. Et cauſam aduerſionis notat cuz ſubdit. ¶ Adheſit in terra venter noſter. ad modum ſerpētis cui dicit dominus geneſis tercio. alia littera. pectore et ventre repes. Repit namq̄ homo pectore. qui a terrenis cogitationibus ſordidatur. Repit autem homo ventre: qui a libidine coīquinatur ⁊ maculatur.

¶ Clamat tercio pro impugnatis a tēptationibus. Exurge dn̄e adiuua nos

⁊ libera nos ¶ Modus inſinuatur
cum in fine ſexageſime cantatur. Ve
nite benedicti patris mei ⁊c. quaſi
diceret. Ab hijs omnibus liberabe-
ris. ſi perfeceris opera miſericordie
que perducunt ad denariū vite eter
ne. ⁊ congrue euangelium de ſemine
ad euangelium de vinea ſequitur.
vt habeamus panē quo reficiamur
in vinea laborantes. Dicamus. Ex
ijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum
In hac parabola ſeipſum dominus
comparat ſeminanti. verbuꝫ compa
rat ſemini. Audiencium corda com
parat terre. cuius vna pars eſt vie
proxima. Alia petroſa. Alia ſpinoſa.
Alia bona. Poſſumus auteꝫ circa
ipſum dominum conſiderare tria. ſ.
humilitatem. Laborem. ⁊ Largita
tem

¶ humilitas notatur cum dicit Exijt
qui ſeminat Sed vnde de palatio
glorie in agrum noſtre miſerie. De
ſinu patris ad aſpectum noſtre mor
talitatis. ſicut ipſe teſtatur Johannis
decimoſexto ¶ Exiui a patre ⁊ ve
ni in mundum quaſi ad agrum in
cultum ad colendum eum Unde di
cit̄ zacharie decimotercio ¶ homo
agricola ego ſum quoniam adam ex
emplum meum ab adoleſcencia mea
Agricola humilis eſt. ⁊ vilis a ciui-
bus reputatur. ⁊ dominꝰ noſter ihe-
ſus criſtus humilis apparuit. ⁊ ſine
honore in patria ſua fuit Unde di
citur Mathei. decimotercio ¶ Non
eſt propheta ſine honore niſi in pa-
tria ſua ⁊ in domo ſua. ⁊c. Item di
citur Job duodecimo ¶ Deridetur
iuſti ſimplicitas lampas contempta
apud cogitationes diuitum. ſcilicet
criſtus De quo dicitur Yſaie ſexage
ſimoſecundo ¶ Saluator eius vt lā-
pas accendatur Et videbunt gentes
iuſtum tuum. ⁊ cuncti reges incli-
tuꝫ tuum. Et vocabitur tibi nomē
nouuꝫ. quod os domini nominauit

¶ Item agricola vilia habet indumen
ta. ⁊ dominus noſter vilitatem nr̄e
conditionis induit ſibi. Unde dici
tur in ſacra ſcriptura ¶ Jheſus erat
indutꝰ veſtibus ſordidis. zacharie.
tercō. non ꝙ haberet ſordem culpe
ſed tantum veſtimentis penalitatis
aſſumpte quam diſpoſuit in die paſ
ſionis terminato opere noſtre r̄dem
ptionis Unde ſequitur ibi Auferte
veſtimenta ſordida ab eo

¶ Item agricola non vadit ad agrum
cum equo. ſed per terram graditur.
⁊ aliquando in aſino vehitur. ⁊ do
minus noſter non in curru aureo.
non in equo feruido. ſed ſemel tantū
legitur ſediſſe in aſina. cum ſemper ī
labore pedum ſuoruꝫ confecerit iter
ſuum. Unde dicitur in ſacra ſcriptu
ra ¶ Jheſus fatigatus ex itinere ſede
bat ſic. ſcilicet fatigatus ſupra fonteꝫ
propter leuiationem laſſitudinis. ⁊
refrigerationem caloris.

¶ hanc humilitatem ammiratur Jhe
remie. decimoquarto ¶ Quare quaſi
futurus colonus es in terra ⁊ quaſi
viator declinans ad manendum
Colonus proprie dicitur vnus qui
de vna terra tranſit in aliaꝫ. ⁊ quaſi
viator. nō quaſi manſionarius decli
nans ad manendum. Quia in pro
pria venit ⁊ ſui euꝫ non receperunt
Ideo tranſiuit ad gentes

F

Quare futurus es velut vir vagus.
quia non habuit domum vbi caput
reclinaret vir fortis q̄ſi n̄ potens ſal
uare quaſi diceret. quia tu qui fortis
es ſcd̄m deitat̄e quare futurus es ſic
ille qui ſaluare non poteſt permitten
do humanitatem tuam tot conuicijs
affici vel affligi ⁊ crucifigi.

Labor notatur cum dicit. Exijt qui
ſeminat ſeminare. Magnus labor eſt
in excolendo ⁊ ſeminando terram.
Unde ⁊ agricolas conſueuimus vo
care laboratores. Labor illoruꝫ pro
prie apparet in callo manuum. Unde
⁊ dominus in manibus oſtendit no
bis laborem ſuum. Luce vltimo
¶ Uidete manus meas ⁊ pedes me
os. Johannis. xx ¶ Infer digituꝫ tu
um huc ⁊ vide manus meas. nō ma
defectas ſudore. ſed infectas cruore
non habentes duriciam callorum. ſꝫ
fixuram clauorum. cui reſpondit. pſ̄
¶ Tu ſolus domine laborem ⁊ dolo
rem conſideras. compaciendo labori
⁊ dolori humani generis. vt tradas
eos in manus tuas

Boues ſui ſpecialiter fuerūt apoſto
li. quibus ait Mathei decimonono.
¶ Tollite iugum meum ſuper vos.
Unde binos ⁊ binos elegit eos. Ec
cleſiaſtici triceſimooctauo ¶ Qui te
net aratrum predicationis. ſcilicꝫ ſpi
ritus. Qui ait Iſaye ſexageſimoprio.
¶ Spiritus domini ſuper me. eo qd̄
vnxit me. euangeliſare pauperibus
miſit me. ⁊ qui gloriatur in iaculo ꝟ
borum ſuoruꝫ. eo ꝙ penetret corda
diſcipulorum. Luce decimo ¶ Con
fitebor tibi domine pater celi ⁊ ter
re. Stimulo ſacre exhortationis. bo
ues agitat. Mathei. decimo ¶ Nolite

G

timere eos qui corpus occidunt. ani
mam autem occidere non poſſūt. ꝛc.
Et conuerſatur in operibus eorum
Mathei vltimo ¶ Ecce ego vobiſcū
ſum omnibus diebus Et notatur ra
tio eius in filijs tauroruꝫ id eſt nup
tio iudeoruꝫ qui filij ſunt patriarch
arum Unde Mathei quindecimo
¶ Non ſum miſſus niſi ad oues que
perierunt domus iſrahel

Largitas notatur cum dicitur. ſemē
ſuum. ſcilicet gracie ⁊ doctrine. Ueit
enim ad nos plenus gracie ⁊ verita
tis. tanꝙ agricola oneratus duob⁹
ſaccis ſemine plenis. quod ꝓprie di
citur ſemen ſuum. quia non inuenie
batur in granario domus noſtre. ſꝫ
attulit illud ad nos de granario cele
ſtis patrie. Omnes enim duo mala
ſemina a prio parente traducta pul
lulare in nobis ſenciebamus. ſcilicet
ignoranciam boni. ⁊ concupiſcenciā
mali. Unde dicitur Iſaie primo
¶ Niſi dominus exercituuꝫ reliquiſ
ſet nobis ſemen quaſi ſodoma fuiſſe
mus. ⁊ quaſi gomorra ſimiles eſſe
mus. id eſt muti a laude dei propter
ignoranciam ⁊ aſperitateꝫ i iniuri
am proximi propter concupiſcenci
am. Item Sodoma interpretatur
muta. Gomorra interpretatur aſpe
ra. ſed ipſe dominus attulit ſemen eu
angelice doctrine propter ignorāci
am. ſemen gracie propter concupiſcē
ciam. Unde Johannis primo
¶ Gracia ⁊ veritas per ihesum cri
ſtum facta eſt. Iteꝫ dicitur Jeremie
triceſimoprimo ¶ Ecce dies veniūt
dicit dominus. ⁊ ſeminabo domum
iſrahel. ſcilicet intellectum. ⁊ domuꝫ
iuda id eſt affectum ſemine hoīs.

ib

id eſt tritico. ⁊ ſemine iumentorum
id eſt ordeo ¶ Item in tritico nota
tur gracia quam ſeminat in affectu.
Unde dicitur in ſacra ſcriptura.
¶ Saciauit turbaꝫ ſeptem panibus tri
ticeis. Mathei decimoquīto. In qui
bus ſeptem gracie ſpiritusſancti deſi
gnantur Item in ordeo notatur do
ctrina quam ſeminat in intellectu
Unde dicitur Mathei decimoquar
to. ¶ Saciauit turbam quinqꝫ panibꝰ
ordaceis. In quibus quinqꝫ libri ve
teris teſtamenti notantur Dicit hoc
beatus Bernardus O genus adam
ꝙ multi ſeminauerunt in te. ⁊ tam p̄
cioſum ſemen ꝙ male perijt. Semi
nauit in terra noſtra tota trinitas
Seminauerunt Angeli. Apoſtoli.
Martires. Confeſſores. Uirgines.
Seminauit deus pater d̄ corde ſuo
eructuans verbum bonum. Semi
nauit ⁊ filius Ipſe eniꝫ eſt qui exijt
ſeminare. Seminauit ⁊ ſpiritusſan
ctus. Quia ipſe venit ⁊ apparuit di
ſcipulis diſperditis linguis tanꝙ ig
nis. Ita tota trinitas ſeminauit. Pa
ter panem de celo. Filius veritatem
Spiritusſanctus caritatem
¶ Seminauerunt angeli ſancti prudē
ciam. qui prius eam alijs errantibꝰ
tenuerunt. Sed ⁊ apoſtoli hanc ip
ſam ſeminauerunt nobis. quando re
cedentibus his qui mundi huius ſa
pienciam ſequebantur. ipſi vero ad
heſerunt. Unde dicitur Johannis
ſexto. ¶ Martires vero manifeſtum
eſt fortitudinem ſeminaſſe. Porro
confeſſores ſeminauerunt iuſticiam
quam in omni vita ſua ſecuti ſunt.
Uirgines ſancte temperanciaꝫ ſemi

J

nauerunt. que perfecte libidineꝫ cal
cauerunt
¶ Una pars huius ſeminis cecidit ſe
cus viam id eſt ſuper corda luxurio
ſorum carnalibus cogitationibus. ⁊
demonum ſuggeſtionibus peruia
De quibus dicitur Job decimono
no. ¶ Simul venerunt latrones eiꝰ
⁊ fecerunt ſibi viam per me ⁊ obſe
derunt in gyro tabernaculum meuꝫ
Fratres meos longe fecit a me. ⁊c.
Hic tripliciter perit ſemen
Primo a luto carnalis delectationis
abſorbetur. De quo dicit pſalmiſta
¶ Eripuit me de lacu miſerie ⁊ de
luto fecis
¶ Scd̄o quia a tranſeuntibus. id eſt a
carnalibus affectionibus conculcatᷣ
De quibus dicitur Job viceſimo.
¶ Uadent ⁊ venient ſuper eum hor
ribeles. id eſt immunde affectatio
nes ⁊ turpes. omnes tenebre abſcon
dite ſunt in occulis eius. Deuorabit
eum ignis. ⁊c
¶ Tercio. quia a volucribus id eſt de
monijs deuoratur vnde dicitᷣ Deu
teronomij. triceſimoſecūdo ¶ Deuo
rabunt eos aues morſu amariſſimo
Dentes beſtiaruꝫ inmittant in eos
cum furore trahencium ſuper terrā
atqꝫ ſerpencium Item dicitur Ju
dicum ſexto. ¶ Cum ſeminaſſet iſ
rabel. id eſt criſtus per ſe ⁊ ſuos aſcē
debat madyan ⁊ amelech. ⁊ ceteri o
rientalium nationum. id eſt demo
nes apud eos ponentes tentoria ſic
erant in herbis cuncta vaſtabant vſ
qꝫ ad introituꝫ gaze. nihilqꝫ omnino
ad vitam pertinens permittebant in
iſrahel. nō oues nō boues nō aſinos.

K

Alia pars huius ſeminis cecidit ſu-
pra petram id eſt ſupra corda ſuper
borum indomita ⁊ nullo predicati
onis vomere penetrata De quibꝰ
zacharie. vij. ¶ Cor ſuū poſuerūt vt
adamantem ne audirent legem. hic
dupliciter perit ſemen

Primo quia a petris. ſcilicet cogitati
onibus obſtinatis colliditur. Unde
Eccleſiaſtici. xl. ¶ Radices inmūde
ſuper cacumē petre ſonant. id eſt co
gitationes male ſuper duriciam ob
ſtinati cordis perſtrepunt.

Scdō. quia deficiente humore gra
cie in perſecutionis eſtu ſiccatur.
Unde dicitur Job octauo ¶ Nun-
quid vireſcere poteſt cedrus. id eſt
ſuperbus ſine fructu boni operis.
Abſqꝫ humore gracie. aut creſcere ca
rectum ſine aqua. id eſt ſuperbꝰ qui
in inpaciencia ſe tractari non ſinit
Immo ſecat manus tractantis Joeȝ
quindecimo. ¶ Non ditabitur nec
perſeuerabit ſubſtācia eius. nec mit
tet in terram radicem ſuam

Alia pars cecidit inter ſpinas. id eſt
ſuper corda auarorum ſollicitudini
bus ⁊ curis lacerata ⁊ cruentata. De
quibus dicitur. Prouerbiorum. xv
¶ Iter pigrorum. ſ. auarorum. qui
pre omnibꝰ pigri ſunt ad aggrediē-
dum penitenciam. quaſi ſepes ſpina-
rum. id eſt plenum ſpinis diuiciarū
que aculeis ſollicitudinum mentes
confodiunt poſſeſſorum. Unde ver
ſus Diues diuicias non cōgregat
abſqꝫ labore Nec tenet abſqꝫ metu
nec deſerit abſqꝫ dolore. Multi tamē
punctiones iſtas eſtimant delicias
De quibus dicitur Job triceſimo.

L

¶ Eſſe cum ſentibus delicias repu-
tant. hic perit ſemen quia a ſpinis ſi
mul creſcentibus ſuffocatur. Unde
dicitur Geneſis. iij. ¶ Maledicta ter
ra i opere tuo. ſpinas ⁊ tribulos ger
minabit tibi. ⁊c. Nec mirum ſi ſolli
citudo temporalium ſuffocet verbū
dei in laycis. cum iam ſuffocauerit
illud in clericis ⁊. in religioſis. vnde
conquerit᷑ dominꝰ yſa. xxxij. ¶ Su
per humerum populi mei. id eſt ſu
per corda clericorum ⁊ religioſoruȝ
qui ſunt mihi populus peculiaris.
ſpine ⁊ vepres aſcendent quanto ma
gis ſuper omnes domos gaudij ciui
tatis exultantis. i. ſup cordibus layco
rum vnde dicitur Michee ſeptimo.
¶ Qui optimus eſt in eis quaſi pali-
urus qui habet ſpinas curuas. ⁊ tra
hit lanam ab ouibus. ⁊ qui rectus.
quaſi ſpina de ſepe que non ſinit ho-
minem in vineam vel in ortum in
trare

In primo notatur rapacitas.

In ſcdō tenacitas clericorum ⁊ reli-
gioſorum. Ecce tres partes predica
tionis ſue aſſerit dominus periſſe. n̄
vicio ſeminis vel ſeminantis. Sed a
nime male ſuſcipientis. Unde conq
ritur dominus Yſaie quadrageſimo
nono. ¶ Inuacuuȝ laboraui ſine cau
ſa ⁊ vane fortitudinem meam conſū
pſi. Item dicitur Eccleſiaſtes. ij.
¶ Cumqꝫ me conuertiſſeȝ ad vniuer
ſa opera que fecerant manus mee. ⁊
ad labores in quibus fruſtra ſuda-
ueram. vidi in omnibus vanitatem
⁊ afflictionem anime mee.

¶ Alia pars cecidit in terram bonam
id eſt in corda humilium deuote

M

recipiencium verbum dei. Iuxta il
lud Jacobi. i. In manſuetudine ſuſci
pite inſitū verbum. quod poteſt ſal
uare animas veſtras. ⁊ ortum fecit
fructum centuplum .i. perfectionē
virtutum que per centenarium nūe
rum deſignatur. Unde Geneſis. xxvi
Seminauit Iſaac ī terra illa. ⁊ inue
nit ipſo anno centuplum. Alius euā
geliſta diſtinguit triplicem fructū
terre bone. ſ. Triceſimum. Sexageſi
mum. Centeſimum. Triceſimum in
puritatem cordis vt habeat in ratio
nali cognitionem veri In concupiſci
bili appetitum boni. In iraſcibili de
teſtationem mali. Unde Yſaie. tercio
¶ Dicite iuſto qm̄ bene quoniā fru
ctum ad inuencionem ſuarum come
dit. Sexageſimū in perfectione ope
ris De quo pſalmiſta ¶ Erit tanq̄
lignum quod plantatū eſt ſecus de-
curſum aquarum quod fructum ſu
ū dabit in tempore ſuo. Centeſimū
in ſtudio contemplatiōis Unde Lu
ce. x. ¶ Maria optimā partem elegit.
propter quatuor. Primo quia ſecu-
rior. Job. v. ¶ Beſtias terre nō for
midabit. Scdo. q̄ iocundior. Unde
Prouerbiorum. xv ¶ Secura mens
quaſi iuge conuiuium. Tercio. q̄ fa
miliarior. Unde Deuteronomij. xxx
iij. ¶ Amantiſſimus dominum habita
bit in eo confidenter. q̄ in thalamo
tota die morabitur ⁊ inter humeros
illius requieſcet. Quarto. q̄ diutur
nior. Unde Yſaie. xxxi. ¶ Ignis eſt ī
ſyon. ⁊ caminus eius in iheruſalem.

N

¶ Eodem die

¶ Sermo triceſimuſquintus

Exiit qui ſeminat ſemi
nare ſemen ſuum
Tria diſtinguuntur in hac
parabola. ſcʒ Seminator Semen ⁊
Terra. Seminator eſt penitens. qui
ſeminat in lacrimis penitencie. vt in
gaudio metet fructum eterne vite.
Hunc primo oportʒ exire a clauſtro
male conſuetudinis a quo dominus
vocat Johannis. xiij. ¶ Lazare veni
foras. Sed ille quamuis quatridu
anus ligatus ⁊ fetidus ad vnam vo
cem prodijt foras. Peccator autem
tociens clamatur. ⁊ adhuc prodire
recuſat

¶ Scdo exire debet a concupiſcencijs
carnis. De quo dicitur ad hebreos
vltimo. ¶ Exeamus ad eum extra
caſtra improperium criſti portantes.
Immo improperāt imprimere ſibi
caracterem beſtie. ymaginem huius
mundi. Caſtra hec ſunt delectatio
nes carnales. quibus dominum im-
pugnamus. De quibus ait dominꝰ
per prophetā. Amos. iiij. capitulo
¶ Aſcendere feci putredinem caſtro
rum veſtrorum ad nares veſtras ⁊
non rediſtis ad me. ⁊c. Mirum ē
q̄ in hac putredine delectamur. in
hoc fetore libenter moramur. ⁊ nō
eximus ad vocem criſti

¶ Tercio debet exire a vanitatibus vi-
te ſecularis a quibus ipſe mundus e
iecit nos dicens. Numeri ſecundo ca
pitulo ¶ Surgite ⁊ ite. quia habetis

B

hic requiem. Gregorius Contemnē
dus eſſet hic mundus etiam ſi rebus
pſpis aīmū demulcerꝫ. ſꝫ vbi tot ad
uerſitates ingenuerit. ⁊ tot calamita
tibus animum pulſat quid aliud ꝙ
ne diligatur clamat Quidam autem
timent exire propter aſperitatem pe
nitencie. vnde Job ¶ Qui timet pru
inam irruet ſuper eum nix. i. qui ti-
met penam temporalem incidit ine
ternā. vn̄ Bern. Mirās non affli
gatis pn̄am. Nam malū impunitū
eſſe non poteſt. ſi hic non punitur ꝓ
pria voluntate. alibi ſine fine punie
tur. Pre omnib9 aūt dolendū eſt de
miſero ſene qui videt mortem in ia-
nua ſibi aſſiſtere et gladiuꝫ ſuper capd̄
ſuū vibrari. ⁊ tn̄ adhuc recuſat exire
De quo Numeri. i. ¶ Non eſt egreſſ9
qui habitat in exitu. id eſt licet in ſe-
nectute ſit non egredietur a peccatis
valde diabolus impedit volentes ex
ire. ſicut legitur de pharaone Exodi
quinto. Qui primo dixit filijs iſra-
hel. non exibitis. Scdō ite ⁊ ne lon
gi9 abeatis. Tercio dixit Ite. ſed par
uulos relinquatis. Quarto. Ite ſꝫ pe
cora relinquatis. Primo enim diabo
lus valde reſiſtat ne hoō exeat a pec-
catis. Scdō ſi egreditur temptat vt
redeat Tercio ſi hec nō poteſt ſugge
rere temptat poſſidere paruulos ho
minis. ſ. motus carnis Quarto ſi hoc
non poteſt temptat in nobis poſſide
re appetitus beſtiales ī ardore come
dendi ⁊ bibendi vt quaſi funem in
manu teneat ꝙ nos retrahat ad pec-
cata Nunc videndum eſt de ſemi
ne. Semen noſtrum ſunt cogitatio-
nes. locutiones. ⁊ opera. Galatas. vi.
¶ Benefaciētes nō deficientes. Bo

C

num ſemen eſt elemoſina. De qua. ij
ad Corinthios. ix. ¶ Qui parce ſemi
nat. parce ⁊ metet Item oratio De ꝗ
pſalmiſta ¶ Qui ſeminat in lacrimis
⁊c̄. Item penitencia De qua Eccleſi
aſtici. xi. ¶ Mane. i. in puericia ſemi
na ſemen tuuꝫ. ⁊ veſpere. i. in ſenectu
te non ceſſet manus tua. quaſi dicerꝫ
Incipe benefacere ⁊perſeuera hec
ſunt duo ſacrificia legis matutinum
⁊ veſpertinum. Huic ſemini parcen
dum non eſt duꝫ tempus habueris.
Quia ſicut dicit Bernardus. Modi
ca ſementis detractio. non modicum
meſſis eſt nocumentum. Ita fit vt ſi
penitencia minuitur. miſerabili mō
paulatiꝫ gemmis veſtra corona pri
uatur De omnibus hijs ſeminibus
dicitur. Ozee. x. ¶ Si ex vera noticia
tui euigilaſti timere deum. temetip
ſum humiliaſti. fudiſti lacrimas. ele
moſinas profudiſti. ceteriſqꝫ pietatis
actionibus mancipaſti. ſ. ieiunijs ⁊
vigilijs afflixiſti corp9. ſi pectus tun
ſionib9. celos clamoribus fatigaſti.
bona ſemina vtiqꝫ ſeminaſti. ⁊ hoc ſe
minare ad iuſticiam eſt. Semina e-
nim ſunt bona opera. bona ſtudia. ſe
mina etiam lacrime ſunt. Ibant in-
quit ⁊ flebant mittentes ſemina ſua.
Talia ſemina non reperimus in gra
nario noſtro. ſed verus ioſeph. i. xp̄s
diſtribuit ea populo Vnde ait Ge-
neſis. xlvij. ¶ Accipite ſeīa ⁊ ſerite a-
gros vt fruges habere poſſitis. qui
tā partem regi dabitis reliqͣs. qͣtuor
relinꝗ uobis Pria ꝑs bonorū ope
rū ē ꝯſecutio venie De ꝗ eccle. v. De
ꝓpiciāto pctō noli eē ſine metu Se
cūda eſt cautela culpe De ꝗ Exodi.
quito ¶ Ibim9 ſacrificare dn̄o. nec

accidat nobis peſtis aut gladius .i.
culpa vel pena. Tercia eſt augmenta
tio gracie. De quo prouerbiorũ. iiij
¶ Dabit capiti tuo.i.menti agmenta
graciarũ ⁊ coronam inclitam.i. totꝰ
chorus virtutuꝫ quo coronatur aīa
proteget te. ¶ Quarta eſt meritum
vite eterne. De quo Prouerbiorum
vltimo ¶ Date ei de fructu manuũ
ſuarum. Hec ſunt quatuor partes no
ſtre. ¶ Quinta pars regi debita eſt
bonorum operũ gloria que ſoli deo
debetur. vñ Iſaie.xlij.⁊.xlviij. Glo
riam meaꝫ alteri non dabo.cui pſal‑
miſta conſentit.cum ait ¶ Non nob
domine non nobis.ſed nomini. ⁊c.
Nunc reſtat videre de terra in qua
eſt ſeminandum. Quidam ſeminant
ſecus viam.i.in carne.qui temporali
bus ⁊ tranſitorijs per dilectionem ī
herent.qui omnia ſtudia ſua ad car‑
nis deriuant voluptatem.vñ ad Ga
latas.vi. ¶ Qui ſeminat in carne de
carne metet corruptionem. Quanta
aũt ⁊ qualis ſeges inde proueniat o‑
ſtenditur Galatas.v. ¶ Manifeſta
ſunt opera carnis.que ſunt fornica‑
tio. immundicia.īpudicicia.luxuria
ebrietas. commeſſationes. Quidam
ſeminant inter ſpinas.i.ī mundo cu
piditatibus pleno.ꝙ in omnibus q̄
agunt oculum dirigunt ad terreno
rũ cupiditatem. De quibus Ieremie
xij. ¶ Seminabant triticũ ⁊ meſſu
erunt ſpinas. Qualis autem ſeges in
de ↄſurgat oſtenditur.i. Thimothei
vi. ¶ Qui volunt diuites fieri inci
dunt in temptationem tanꝙ in rete
per conſenſum praue ſuggeſtionis
Vñ Job.xviij. ¶ Inmiſit in rete pe
des ſuos.⁊ in laqueum diaboli per

effectum male operationis que ve
lut laqueo facto gloriantur. De quo
pſalmiſta ¶ Ipſe liberauit me de la
queo venanciũ.⁊ deſideria multa.i.ī
finita que ſaturari non poſſunt.⁊ in
tilia.i.vana.ꝙ que cupiũt diu habe
re non poſſunt.⁊ nociua.ꝙ corpori
⁊ anime nocent. vnde Seneca Que
mergunt hominem in interituꝫ cor
poruꝫ ⁊ perditioneꝫ animarũ. Qui
dam ſeminant ſupra petram.i. in ap
parencia.qui opera de genere bono
rum faciunt propter laudis huma
ne fauorem. De quibus Actuum.i.
¶ Seminaſtis multũ ⁊ intuliſtis pa
rum.ſ.modicũ vane laudis. Vñ gre
gorius. Verecundia eſt magna age
re ⁊ laudi inhiare.⁊ vnde celuꝫ me
rere poterat .inde minimũ fauoris
trãſitorij querere.⁊ igitur modica ē
meſſis culpe.ſ; non ita meſſis pene
Vnde Ozee.viij. ¶ Ventũ ſemiabāt
id eſt opera vacua.⁊ turbineꝫ metēt
id ē eterna ſupplicia. vñ Bern. Stu
pebit inſipiens.cum ex modico ſemīe
copioſam viderit exſurgere meſſem.
ſeu bonã ſeu malã pro diuerſa quali
tate ſementis hoc qui cogitat nulluꝫ
omnino ⁊ paruum eſſe pctm̄.duꝫ fu
turã meſſem potius eſtimꝫ ꝙ ſemēteꝫ
Semiant ergo dum neſciunt. ſemi
nāt dũ occultāt hoīes iniquitatis mi
niſteria dum vanitatis conſilia celāt.
dum perambulant in tenebris nego
cia tenebrarum
¶ Quidam autem ſeminant in terram
bonam.i.in ſpiritu ſancto qui cogita
tiones.locutiones.⁊ actiones ſuas re
ferũt ad aīe vtilitatē .ñ ad carñs vo
luptatē.ñ ad mũdi cupiditatē. ñ ad
humane laudis fauorem. De quo

Galatas. vi ¶ Qui ſeminat in ſpiritu
metet vitam eternam. Qualis autez
ſeges inde proueniat habetur Gala
tas. v. ¶ Fructus ſpiritꝰ eſt Caritas
Gaudium. Pax. Paciencia. Longa
nimitas. Benignitas. Bonitas. Mā
ſuetudo. Fides. Modeſtia. Continen
cia. Caſtitas

¶ Dominica in quinquageſima
Epiſtola. i. ad Corinthios. xiij.

FRatres. ſi linguis ho
minum loquar ⁊ angelorū
caritatem autez non habeā
factus ſum velut es ſonans aut cim-
balum tinniens. Et ſi habuero pro
pheciam. ⁊ nouerim miſteria omnia
⁊ omnem ſcienciam. Et ſi habuero
omnem fidem. ita vt montes tráſfe
ram. caritatem autem non habeam
nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos
pauperum omnes facultates meas.
Et ſi tradidero corpꝰ meum ita vt
ardeam. caritatem autem non habu
ero nihil mihi prodeſt. Caritas paci
ens eſt benigna eſt Caritas non emu
latur. non inflatur. non agit perpe-
ram. non eſt ambicioſa. non querit q̄
ſua ſunt. non irritatur. n̄ cogitat ma
lum. non gaudet ſuper iniquitate.
Congaudet autem veritati. Omnia
ſperat. omnia ſuſtinet. Caritas nunq̄
excidit. Siue prphecie euacuabunt
ſiue lingue ceſſabunt. ſiue ſciencia de
ſtruetur. Ex parte eni cognoſcimꝰ
⁊ ex parte prophetamus Cum autez
venerit quod perfectum eſt euacua
bitur quod ex parte eſt. Cum eſſem
paruulus loquebar vt paruulꝰ. Sa
piebam vt paruulus Cogitabam vt
paruulus. Cum autem factus ſum
vir euacuaui que erant paruuli Vi
demus nunc per ſpeculū in enigma
te. tunc autem facie ad faciem Nunc
cognoſco ex parte. tunc autem cogſcā
ſicut ⁊ cognitus ſum Nunc autez ma
nent. fides. ſpes. caritas tria hec. Ma
ior autem horum eſt caritas.

¶ Euangelium Luce. xviij.

IN illo tempore Aſſumpſit
iheſus duodecim diſcipulos ſuos ⁊
ait illis. Ecce aſcendimus iheruſoli-
mam ⁊ conſūmabuntur omnia que
ſcripta ſūt per prophetas de filio ho
minis. Tradetur enim gentibus ⁊ il
ludetur ⁊ flagellabitur ⁊ conſpuet.
Et poſtq̄ flagellauerit occident euz
⁊ tercia die reſurget Et ipſi nihil ho
rum intellexerunt. Et erat verbum
iſtud abſconditum ab eis. ⁊ ipſi non
intelligebant que dicebantur Factū
eſt autem cum appropinquaret ieri
cho cecus quidam ſedebat ſecus viaz
mendicans. Et cum audiret turbaz
pretereuntē interrogabat quid hoc
eſſet. Dixerunt autem ei q̄ iheſus na
zarenus tranſiret. Et clamauit dicēs
Iheſu fili dauid miſerere mei Stās
autem iheſus iuſſit illum duci ad ſe.
Et cum appinquaſſet interrogauit
illum dicens. Quid tibi vis faciam
At ille dixit Domine vt videaz. Et
iheſus dixit illi. Reſpice fides tua ſal
uum te fecit. Et cōfeſtim vidit. Et
ſequebatur illum magnificans deuz
Et ōnis plebs vt vidit dedit laudez
deo

A

Sermo.xxxvi.de euangelio.

Ecce aſcendimus ihe
roſolimam ⁊c̄. In hac domi
nica incipit quinquageſima
⁊ terminatur in die reſurrectionis.
⁊ ſignat perfectōnem penitentie que
ſubiicit quinqꝫ ſenſus corporis decez
preceptis legis diuine. Unde legitur
Joſue.x.ꝙ ſuſpendit quinqꝫ reges in
patibulis. quod fit quando ſpiritus
quinqꝫ ſenſus:per quos caro regitur
diſponit arbitrio rationis. Hic eſt an
nus iubileus.id eſt remiſſionum.de
quo dominus ait Leui.xxv. ¶ San
ctificabis annum quinquageſimuz
⁊ vocabis remiſſionem cunctis habi
tatoribus terre tue. In hoc anno ter
ra ſabbatizabat.⁊ popul9 vacabat cō
uiuiis.clangebatur tubis. ſeruus he
breus manumittebat̄.hereditas ſua
domino reſtaurabatur. Hec oīa per
penitentiam fiunt in nobis Terra.i.
caro ſabbatizat: quando eam carna
lia deſideria non fatigant Unde pſa.
xiiii. ¶ Requieſcere eam faciam hu
mum ſuam. Populus conuiuiis vacat
qñ cogitationes ⁊ affectōnes mentis
ſpirituales delicias iam prelibant.
Unde pſa.xxv. ¶ Faciet dominus in
monte hoc conuiuium pinguium me
dullatoꝝ.conuiuium vindemie defe
cate. Primum conuiuium fit de caſtis
cogitationibus in affectu. Secundū
de cogitationib9 rectis in intellectu.
Tubis clangitur cum eterna tormen
ta vel premia in animo reuoluuntur
⁊ ex illoꝝ euaſione.⁊ horum ꝓmiſſi
one laudes dn̄o perſoluuntur Unde
pſalmiſta ¶ Aſcendit deus in iubila
tione.⁊ dominus in voce tube.quod

B

fit quando magnificatur deus a no
bis in hilaritate cordis ⁊ confeſſione
oris. Seruus hebreus manumittit̄
quando mens que iam ad cōcupiſcen
tias ſpirituales trāſiuit praue delecta
tioni deſinit ſubiugari Unde pſa.xiiii
Quoniaz ceſſauit exactor:quieuit tri
butum. Hereditas domino reſtaur
tur:quando ab exilio preſentis vite ī
patriam felicitatis eterne anima in
troducitur. Unde exo.xv. ¶ Intro
duces eos ⁊ plantabis in monte here
ditatis tue. Hoc cōſequemur in fine
quinquageſime per xpriſtum. Sed
ꝙ non niſi per fidem.ſpem.⁊ carita
tem ad hec peruenitur.ideo in euan
gelio agitur de fide.⁊ merito fidei.
In introitu miſſe de ſpe ⁊ merito ſpei.
In epiſtola de caritate ⁊ fructib9 ca
ritatis. que omnia deo attribuentes
poſt epiſtolam canimus. Tu es deus
qui facis ⁊c̄. Iuxta illud pſa.xxvi.
¶ Omnia opera noſtra operatus es
domine in nobis. Et cōgrue hoc eu
angelium ſequit̄ ad euangeliū de ſe
mine. Nam qui in ſexageſima ſemi
nimus:in quinquageſima colligim9
fructum. Quid eñ queſiuit cec9 ho
die:niſi ut lumine frueretur. Fruct9
noſter eſt intelligere ⁊ ſentire benefi
cium dominice paſſionis ¶ Ecce aſ
cendimus iheroſolimam ⁊c̄. Hoc eu
angeliū ſepe in eccīa legit̄ ꝙ maxime
inſtituit fidē.erigit ſpem accendit ad
caritatem. Fidē inſtituit in hoc ꝙ ip
ſe dn̄s paſſionē ſuā predixit.⁊ volūta
ri9 ad locū paſſionis acceſſit. Nā fu
tura preſcire ⁊ mori velle nō eſt hoīs
ſed dei ſoli9. Item in cruce pendere
⁊ mori poſſe nō eſt dei:ſꝫ hoīs ꝓprie.
⁊ ita pꝫ ex hoc loco ꝙ xpūs ſit de9 ⁊ hō

C

Spem erigit in hoc qꝛ die tercia re
ſurrexit .⁊ nobis eandē reſurrectōez
pmiſit. Unde ozee. vi ¶ Uiuificabit
nos p9 duos dies. in die tercia ſuſcita
bit nos. Primo die fuit in patibulo
Secundo in monumento. Tercio re
ſurrexit. Ita ⁊ nos prima die in ſtatu
preſentis vite ſumus in cruce peniten
cie. in qua ſi perſeuerauerimus depo
nentur aīe noſtre manibus angeloꝝ
in ſepulchro quietis eterne. reſurrec
turi tercio die. ſ. in extremo examine
in qua corpora nr̄a ꝯfigurabit corpo
ri claritatis ſue. Accendit ad caritatē
in hoc qꝛ oīes penas hoī ꝑ peccato
debitas in ſeipſo ſuſcepit. Quinqꝫ le/
guntᷣ hic illata domino a iudeis. qꝛ
traditur. illuditur. flagellatur. cōſpu
itur ⁊ occiditur. que omnia preuari
catori adeo iure debebant inferri.
Tradi namqꝫ debebat adam tanq̄m
profugus. quia poſtq̄ erat citat9: ut
compareret in iure: abſcondit ſe a fa
cie domini. ꝓpter quod quaſi forban
nitus erat ab imperatore. ⁊ a quocū
qꝫ reperiebatur debebat curie tradi.
Item illudi debebat tanq̄ ſtult9. qꝛ
veſte innocentie ⁊ immortalitatis ex
utus coram facie dei apparuit nud9
⁊ folijs ficus opertus. Item flagella
ri debebat tanq̄ falſiloquus. quia ve
ritatem ſupprimebat. ⁊ crimen in do
minum retorquebat dicens ¶ Muli
er quam dediſti mihi ſociam: dedit
mihi de ligno ⁊ comedi. ac ſi coacte ⁊
nō ſponte vetitum lignū comediſſet.
Item ꝯſpui debebat tanq̄ ignomini
oſus. quia de paradiſo eiectus: quaſi
excommunicat9. ⁊ tunica pellicea ad
modum bruti animalis indutus: au
dire meruit exprobrantis vocez ⁊ ob

D

loquentis. Ecce adam fact9 eſt qua
ſi vnus ex nobis. quaſi diceret deus.
Uidetis hominem non eſſe factum:
qualis per ſuperbiam fieri voluit.
Item occidi debebat perpetuo tanq̄
reus. quia penaz mortis ei fuerat cō
minatus: dicens ¶ De ligno ſcientie
boni ⁊ mali ne comedatis. in quacun
qꝫ enim die comederitis ex eo: morte
moriemini. Hec omnia pius ⁊ miſeri
cors dominus in ſe ferre voluit: ut ꝑ
petuo remoueretur a nobis. Unde
ait. Ecce aſcendimus iheroſolimam
Nemo compellit. nemo vocat. nemo
trahit .⁊ conſummabuntur oīa que
ſcripta ſunt de filio hominis. Unde
cum accepiſſet acetum. dixit. Cōſum
matū eſt. Tradetur eīn gentibus. ſci
licet pilato ⁊ militibus a iudeis. ſicut
Joſeph yſmahelitis a fratribus Un
de pſalmiſta. ¶ Traditus ſum ⁊ non
egrediebar cum tamen manus eoꝝ
euadere poſſem. ¶ Traditus autem
eſt cooperante patris clementia. Un
de Ro. viij. ¶ Proprio filio ſuo non
pepercit: ſed ꝓ nobis oībus tradidit
illum. Item cooperante filij obediē
tia. Unde ephe. v. ¶ Tradidit ſemet
ipſum ꝓ nobis ⁊c̄. Itē dyaboli neq̄
cia. Joh. xiij. ¶ Dyabol9 miſit in cor
ut traderet eū iudas. Itē iude auari
cia. Math. xxvi. ¶ Quid vultis m̄ da
re ⁊c̄. Item cooperante iudeoꝝ inui
dia. Unde math. xxvij. ¶ Sciebat pi
latus qꝛ per inuidiā tradidiſſent euz
⁊ illuderetur. Primo a miniſtris ſacer
dotum velata facie. Secundo ab he
rode in alba veſte. Tercio a militib9
in veſte purpurea. ſceptro arūdineo
corona ſpinea. fallaci annuatiōe. de
riſoria ſalutatōne. Unde trenoꝝ. iij.

E

¶ Factꝰ ſum in deriſum omni popu
lo. ⁊ flagellabitur ad columnā ligatꝰ
⁊ virgis percuſſus vſqꝫ ad ſanguinis
eff uſionem ⁊ iubente pilato. Unde yſa
ye. l. ¶ Corpus meum dedi percutiē
tibus. hec fuit diſciplina pacis. De q̄
yſa. liij. ¶ Diſciplina pacis noſtre ſu
per eum: ⁊ liuore eius ſanati ſumus.
quia dum ſupra dorſum innocentis
fabricauerūt pctōres ⁊ pr̄ placatꝰ ⁊ vul
neribus animaꝝ noſtraꝝ vnguentū
ſuauiſſimū preparatur. ⁊ ꝯſpuetur a
miniſtris ſacerdotum. Unde iob Fa
ciem meam ꝯſpuere nō verentꝰ. Yſa.
l. ¶ Faciē meam nō auerti ab incre
pantibꝰ ⁊ ꝯſpuentibus in me. ⁊ poſt
ꝙ flagellauerint occident eum. ſicut
predictū eſt danie. ix. ¶ Occidetꝰ xp̄s
⁊ nō erit populus qui eū nō negatu
rus eſt. ⁊ die tercia reſurget. ut reſur
rectio cito euacuet ſcandalum crucis
Unde ait miche. vij ¶ Ne leteris in
imica mea. ſ. ſynagoga ſuper me. quia
cecidi: conſurgam. Ecce ꝙ dura ⁊ in
digna ꝓ nobis pertulit dominꝰ ma
ieſtatis. quid debuit facere ⁊ qd̄ non
fecit nobis. Ue autem illis qui tātis
beneficijs exhibent ſe ingratos. Un
de aggei. iij. ¶ Ue ꝓuocatrix ⁊ redē
pta ciuitas. videlicet peccatrix anima
precio ſanguinis eius redempta: que
tam benignum dn̄m ⁊ ſuauem ꝓuo
cat ad furorem peccatis ſuis. Unde
ait Johel. iij ¶ Numquid vltionē vos
redditis mihi: ac ſi male feciſſem vo
bis. ⁊ ſi vlciſcimini vos contra me: ci
to velociter reddam viciſſitudinē vo
bis ſuper caput veſtrum. Deteriora
quippe patitꝰ hodie a falſis xp̄ianis:
ꝙ olim paſſus eſt a iudeis Traditur
eīm a cupidis: qui pro vili precio ven

F

dunt xp̄iſtum: ſicut iudas triginta
argenteis xp̄um vendidit. Unde A
mos. i. ¶ Super tribus ſceleribus iſ
rahel. ⁊ ſuper quatuor nō ꝯuertam.
cum pro eo ꝙ vendiderit pro argen
to iuſtum. innocentem ꝓ muneribꝰ.
⁊ pauperem ꝓ calciamentis. id eſt ꝓ
temporalibus que data ſunt ad neceſ
ſitatem. Unde de ſamuele dicitur ec
cleſiaſti. xlvij ¶ Pecuniam vſqꝫ ad cal
ciamenta ab omni carne non accepit
¶ Quatuor ſcelera cupidorum ſunt.
iniqꝫ acquirere. auare retinere. in di
uitijs ꝯfidere. ꝓximum opprimere.
Unde ihere. ix ¶ Omnis ſupplantās
ſupplantabitur: ⁊ omnis amicꝰ frau
dulenter incedet. ¶ Illuditur a ſup
bis. quorum triplex eſt genus.
Quidam enim ſuperbiūt de iniqui
tate. De quibus ꝓuer. ij. ¶ Qui letā
tur cum malefecerint: intus ſibi ap
plaudendo. ⁊ exultant in rebus peſſi
mis: foris peccata ſua iactando. Con
tra q̄s pſal. ¶ Quid gloriaris in ma
licia ⁊c̄. Jaco. iiij. ¶ Nunc exultatis
in ſuperbijs veſtris: ſed omnis exulta
tio talis maligna eſt Iſti velant faciē
dn̄i dicentes. Nō videbit dn̄s. Con
tra quos ecci. xvi. Nō dicas a deo ab
ſcondar: ne videantꝰ peccata mea. ⁊ ex
ſummo quis mei memorabitur qd̄
ſum in terra. in populo magno non
cognoſcar: quaſi inter tot ⁊ tantos la
tere potero. Que eſt eīm alia mīa cuꝫ
immenſa creatura i. reſpectu totius
mundi. ecce celū ⁊ celi celoꝝ. abiſſus
⁊ vniuerſa terra. ⁊ q̄ in eis ſunt in cō
ſpectu illiꝰ ꝯmouebuntꝰ in vniuerſa
li terremotu in die iudicij. mōtes ſilꝛ
⁊ colles ⁊ fūdamēta terre. ꝙ tota mū
di ſuperficies ꝯburetꝰ Ubi ergo intꝛ

H

hec latibulum poteris inuenire.
Quidam ſuperbiunt de ſimulata ſan
ctitate: ut ypocrite. ⁊ tales illudũt do
mino in alba veſte. Contra quos ipſe
dominus ait Math. xxiij ¶ Ve vobis
qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatꝭ.
que foris parent hominibus ſpecio
ſa. intus vero ſunt plena oſſibus mor
tuoꝝ ⁊ omni ſpurcicia. Apoſtolꝰ quo
qꝫ dixit ananie principi ſacerdotum
Actu. xxiij. ¶ Percutiet te deus pari
es dealbate Alij ſuperbiunt de mũ
di vanitate. ſ. in habitu pomposo. In
certis floreis. In ſceptro potentie ſe
cularis. Et tales illudunt dño more
militũ. Si eñ aliquis purpuratus:
genua flecteret ante pannoſum ꝓcul
dubio derideret eum. Eodeꝫ modo
viri ⁊ mulieres ornate ad eccleſiam
venientes: crucifixum nõ ſalutant: ſꝫ
illudunt. Unde pri. thi. ij. ¶ Mulie
res cum verecũdia ⁊ ſobrietate ornã
tes ſe. nõ in tortis crinibus. aut auro
aut margaritis. aut veſte precioſa: ſed
quod decet mulieres pietatem per õ
nia bona. Unde dicit gloſa. Qui eñ
vult audiri: inclinare ſe debet amota
a ſe pompa huius mundi ut miſeri
cordiam prouocet. Habitus eñ pre
cioſus improperat nõ impetrat. nec
recta de ſe credi facit. Ecce qualiter
illuditur a ſuperbis. Sed dicitꝰ pro
uerbi. iij. ¶ Deluſores ipſe deludet.
Flagellatur a tirannis a quibꝰ pau
peres a negocijs ⁊ iniurijs impetun
tur. Unde pſal. ¶ Fui flagellatꝰ tota
die. Contra quos dominus ait yſa. iij
¶ Quare aũertis populũ meum. im
portabiles angarias imponẽdo. ⁊ fa
cies pauperum ↄmolitis id eſt fame
attenuatis: bona eoꝝ diripiẽdo. vos

H

eñ depaſti eſtis vineam meam. ſcilicꝫ
ipſos pauperes qui quotidie ꝓpinant
deo vinum compunctionis et deuo
tionis ſue. Rapia pauperis in domo
veſtra. ſcilicet pignora que tolluntur
de domo ſua quando nõ habet vnde
ſoluat tributum. Jhere. ij. ¶ In alis
tuis inuẽtus eſt ſanguis aliquorum
pauperum et innocẽtum. Conſpuitꝰ
a luxurioſis: qui faciem dei. ſcilicet aĩ
mam ſuam ad ymaginem dei creatã
turpitudine libidinis maculãt et de
turpant. Unde leui. xi. ¶ Nolite cõta
minare animas veſtras. nec tangatis
quicq̃ eorum ſcilicet immundoꝝ ne
immundi ſitis. Unde prouerbio. vi
¶ Qui ingreditꝰ ad mulierem prox
imi ſui: nõ erit mũdus cum tetigerit
eam ↄſenſu: vel tactu impudico. Ec
cleſiaſti. xiij. ¶ Qui tetigerit piceꝫ: in
quinabitꝰ ab ea. Hoc ſputum dyabo
lus per ſuggeſtionẽ proijcit in facieꝫ
peccatoris. et ex eo aĩa miſera turpis
fit et leproſa. Unde dominꝰ ait Nu
me. xij. ¶ Si pater eius. ſ. dyabolus
ſpuiſſet in faciẽ illius nõne debuerat
ſaltem ſeptem dieꝝ rubore ſuffundi.
.i. toto tpe de peccato verecũdari.
Occiditur a quolibet peccatore: duꝫ
in ſe. vel in alio caritatem extinguit.
qꝛ ſicut dicitur prima Joh. iiij ¶ De
us caritas eſt. Quotiens eñ quis ite
rat peccatum quantum in ſe eſt dñm
iterum crucifigit. Unde hebreo. vi.
¶ Rurſus crucifigẽtes ſibimetipſis
filium dei. et oſtentui. id eſt irriſioni
habentes. vt dicit gloſa. Juſte enim
crucifigunt filium dei. et contume
lijs afficiunt hunc. qui gratiam eiꝰ
vilipendentes in pecatis iacent. Ta
les rei ſunt mortis xpriſti: non ſicut

I

actores: vel fautores: vel miſtri mortis xpiſti: ſed ſicut ɔtemptores qui ſacramentum redemptionis in ſe euacuant ⁊ celeſti benedictōne ſe defraudant. Tempore namq̧ beati franciſci cum diuina pietas prima ordinis noſtri iaceret fundamenta: quidā de fratribus redire ad ſeculū temptabatur. Tunc accedens ad beatū franciſcum: rogare cepit: ut a religionis vinculo ſolueretur: eo ꝙ nulla ratiōe poterit in ordine permanere. Cui cum beatus pater nec poſſe nec velle ſe facere reſpondit: ad dominū hoſtienſ. acceſſit: ⁊ ab eo idem reſponſum accepit. Videns autem ꝙ ſuper hoc diſpenſationē obtinere nequiret: ſpiritu temptatōnis impulſus: dedit in commotionez pedes ſuos. Cumq̧ paululum deceſſiſſet: quidam ſibi iuuenis obuiauit ⁊ ab eo quo tenderet requiſiuit. Cui cum furioſa voce diceret. quid ad te de facto meo. Ille ſtatim latus aperuit. manus extendit in quibus vulnera quaſi recentia cruoris: non modicū effundebant. ⁊ adiecit ibi. Vulnera mea renouas. tu me iterum crucifigis. quo viſo perterritus ille ad pedes eius cum lacrimis ſe ꝓiecit. ſibiq̧ ut ignoſceret orauit. Statimq̧ qui viſus fuerat ab eius oculis eſt elapſus. Tunc ille ad beatum frāciſcum rediens: viſa per ordinem retulit. ⁊ vſq̧ in finem vite ſue deuotus in religione permanſit.

In die cinerum.
Lectio Iohelis. ij.

HEc dicit dominus. Cōuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio. in fletu ⁊ plāctu ⁊ ſcindite corda veſtra ⁊ nō veſtimenta veſtra. Et ɔuertimini ad dominū deum veſtrū. quia benignus ⁊ miſericors eſt. patiens ⁊ multū miſericors. preſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi conuertat ⁊ ignoſcat deus ⁊ relinquat poſt ſe benedictionem. Sacrificiū ⁊ libamen dño deo veſtro. Canite tuba in ſyon. ſanctificate ieiuniū. vocate cetum. ɔgregate populū. ſanctificate eccleſiā. coadunate ſenes. ɔgregate paruulos ⁊ ſugentes vbera. Egredietur ſponſus de cubili ſuo. ⁊ ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulū ⁊ altare ſacerdotes plorabunt miniſtri dñi ⁊ dicent. Parce dñe parce populo tuo: et ne des hereditatē tuaz in opprobriū: ut dominentur eius nationes. Quare dicūt in populis. vbi eſt deus eorū. zelatus eſt dominus terram ſuam: et pepercit populo ſuo. Et reſpōdit dominus ⁊ dixit populo ſuo. Et ecce ego mitto vobis frumentū vinum ⁊ oleū ⁊ replebimini in eis. ⁊ nō dabo vos vltra opprobrium in gentibus dicit dominus omnipotens.

Euangelium. Mathei. vi.

IN illo tēpore. dicit ihesus diſcipulis ſuis. Cū ieiunatis: nolite fieri ſicut ypocrite triſtes. exterminant enī facies ſuas ut appareāt hoībus ieiunātes. Amen dico vobis. ꝙ receperunt mercedē ſuā. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū ⁊ faciē tuā laua. ne videaris hoībus ieiunās. ſed patri tuo qui ē in abſcondito ⁊ pater tuus qui videt in abſcōdito reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra

vbi erugo ⁊ tinea demolit̃. ⁊ vbi fu
res effodiunt ⁊ furant̃ Theſaurizate
vobis theſauros in celo vbi neq̃ eru
go. neq̃ tinea demolitur. ⁊ vbi fures
nõ effodiũt neq̃ furant̃ Ubi eſt em̃
theſaurꝰ tuus: ibi eſt ⁊ cor tuũ.

¶ Sermo. xxxvij. de epiſtola.

COnuertimini ad me
in toto corde veſtro. Johel.
ij. Ecce ꝙ dulci ſermone in
cipit loqui ad nos dñs deus noſter.
Uere vox tua dulcis dñe iheſu. Aũ
auguſtꝰ. Age dñe fac. excita ⁊ reuoca
nos. accende ⁊ cape. flagra. dulceſce a
menus ut curramꝰ ad te Et notant̃
hic quatuor. ſ. ad quẽ debemꝰ ꝯuerti
qualiter. in quibꝰ. ⁊ quare. Ad quē
debemꝰ conuerti notat dñs dicens.
Conuertimi ad me. Jhere. iiij. ¶ Si
ꝯuerteris iſrl' ait dñs ad me cõuerte
re. Nã multi ꝯuertunt̃ de vno pctõ
ad aliud. De quibus ihere. ix. ¶ De
malo ad malũ regreſſi ſunt. Debemꝰ
aũt conuerti ad dñm ſicut ramꝰ flex
us ad locũ ſuũ. Locꝰ nr̃ eſt ipſe dñs
Unde augꝰ. Flexiſti nos ad te ⁊ inq̃
etũ eſt cor noſtꝝ donec quieſcat in te
A quiete rectudinis hꝰ flexerat nos
manꝰ dyaboli: inclinãdo ad tempora
lia ⁊ caduca. Jtẽ debemꝰ conuerti. ſi
cut pullꝰ perdicis ad genitricẽ ſuam
qñ audit vocẽ illius. Natura hꝰ auis
eſt ꝙ altera alteri furat̃ oua ⁊ fouet
ea: ſed poſtꝙ egrediunt̃ pulli: quadã
induſtria naturali: mox ut audiũt vo
cem illiꝰ que oua genuit: dimittunt
nutricẽ: ſequentes genitricē. Jta dy
abolus furatus eſt aĩas fideliũ. ſed
nunc qñ audiunt vocem creatoris de

bent redire ad illum. Jheremi. xvij.
¶ Perdix fouet que non parit ⁊c.
Jtem ꝯuerti debemus ad dominũ.
ſicut pullus aquile ad ſolem Natura
em̃ aquile eſt: ut omnes pullos ſuos
ſoli exponat. ⁊ eos quos ad ſolem vi
det cõuerti: ⁊ irreuerberatis lumini
bus ſolis radios intueri: fouet ⁊ nu
trit. ⁊ alios tanꝙ degeneres de nido
ꝓijcit. Sic ⁊ pater celeſtis faciet no
bis: niſi ad ſolem iuſticie ꝯuertamur
Ad hunc ſolem facies moyſi glorifica
ta fuit. ita ut filij iſrahel nõ poterãt
intendere in eam pre claritate. Exo.
xxxiiij. ¶ Jtem conuerti debemus.
ſicut niſus ad manus domini ſui: qñ
oſtendit ei cibum. ſ. fruſtum carniũ.
Hoc modo ad ſe nos dominus reuo
cat: oſtendendo nobis carnem ſuam
cruentatã ⁊ immolatam ꝓ nobis in
cruce. Unde dicit yſido. xliiij. ¶ Re
uertere ad me: quoniã ego redemi te
Nõ dicit. quia creaui te. vel quia nu
triui te. ſed ſolum beneficia redemp
tionis ad mentem reducit. quia hoc
qd̃ magis allicit: plus accendit. ſic di
cit hic bernar. Quo me vertã ut con
uertar ad te dñe deꝰ meꝰ: ſup̃ aut in
fra. ad dextrã an ad ſiniſtrã. ſi aſcẽde
ro in celũ tu illic es ⁊c. Et iob. xxiij.
¶ Si ad orientẽ iero non apparet. ſi
ad occidentẽ nõ intelligã eum. ſi ad
ſiniſtrã: quid agam. nõ apprehendã
eũ. ſi ad dextrã cernã illũ. ſed nõ te oꝫ
o hõ maria trãſfretare. nõ penetrare
nubes. nõ grandis oſtendit̃ via vſq̃
ad temetipſum occurre deo. id ẽ vſq̃
ad cordis ꝯpunctionẽ Unde yſa. xvi
¶ Redite preuaricatores ad cor ⁊c.
Qualiter aũt conuerti debemꝰ notat
cũ dicit ¶ Jn toto corde veſtro: non

C

dimidiato.ſicut illi qui partē adhuc
dyabolo retinere volūt.nō ſparſo cū
eis in corde per diuerſa. quia mens di
uiſa nō exauditur. Oſee.x. Diuiſū
eſt cor eoꝝ nunc interibunt. Secta
bipertita cum mens diſcurrit vtraqꝫ
Alterius vires ſubtrahit alter amor
Propter hoc conuerti debemꝰ toto
corde.i.per omnes vires cordis.ſ.ra
tionabilem.ꝯcupiſcibilem.⁊ iraſcibi
lem.ut vis rationalis ꝯuertatꝰ ad co
gnitionem veri.vis ꝯcupiſcibilis ad
appetitum boni.vis iraſcibilis ad de
teſtationē mali In quibus quoqꝫ de
beamus ꝯuerti notatur cū dicitꝰ. In
ieiunio⁊ fletu ⁊ planctu.exterius.et
ſcindite corda veſtra ⁊ nō veſtimenta
veſtra.interius.quaſi diceret.exterio
ri⁊ interiori pmā ꝯuerti debetis. de
bemus flere ut rideamus. Prouer.
vlti. Ridebit in die nouiſſimo De
bemus plangere ut ꝯſolemur. Iſaye
vltimo Quō ſi mater blandiatꝰ fi
lijs ſuis ⁊c̃. Omnia namqꝫ tempꝰ ha
bent. Ieiuniū exigit a nobis cōcupiſ
centia carnis Eccleſiaſti.xxx Equꝰ
indomitus euadit durus.ſ.a regimi
ne aīe. Bernardus. Ieiunium nō ſo
lum delet peccata preterita que com
miſimus: ſed repellit futura que cō
mittere poteramꝰ Fletum etiā exigit
ꝯcupiſcentia oculoꝝ. Ihere.ix De
ducant oculi noſtri lacrimas. palpe
bre noſtre defluant aquis. Bernar.
Purgatur lacrimis oculus ante cali
gans:⁊ acuitur viſus ut intēdere po
ſit in ſereniſſimi luminis claritatem
Planctum exigit ſuperbia vite. Iſa.
xv Aſcendit domus dybon ad ex
celſa in planctum ſuper nabon. Do
mus eſt affectus.dybon intellectus.

D

hoc enī interpretatꝰ.ſ.ſufficiens intel
lectus. pauci enī intelligunt peccata
ſuperbie.⁊ ob hoc ea nō plorant. Sꝫ
qꝛ non ſufficit exterior ſine interiori:
adiungitur Scindite corda veſtra
⁊ nō veſtimenta veſtra. Bernardus.
Veſtes veſtre virtutes ſūt. Bona ve
ſtis eſt obedientia ⁊ alie virtutes. A
poſtolus. Beatus qui cuſtodit veſti
menta ſua ne nudꝰ ambulet. Apoca.
xvi. Scindamꝰ prauū cor:ut hic
veſtimenta integra ꝯſeruemus.ſicut
ſeruata eſt tunica ſaluatoris. Ad duo
debemus ſcindere cor.ut ſi prauū fu
erit:ſcindatur ad compunctionē ut
ſanies effluat,ut virtus peccato non
lateat. Si durum:ſcindatur ad com
paſſionē ut indigenti ſubueniat.⁊ vt
viſceribus affluat pietatis. Ad com
punctionem debet ſcindi ꝓpter tria.
Primo ꝓpter gratie defectū. Unde
legitꝰ gene.xxvij. Ruben.ſ.penitēs
qui ē filius viſionis:ꝯſiderando pec
cata ſua:venit ad puteū cordis ſui: et
nō inuento vero ioſeph:ſcidit veſtim
ta ſua pre dolore cordis. Secūdo
ꝓpter amiſſionē bonoꝝ operum Un
de iob audita morte filiorū per ven
tum temptationis qui irruit e regio
ne deſerti.ſcilicet dyaboli.⁊ concuſſit
quatuor angulos domus.ſcilicet car
dinales virtutes ⁊ oppreſſit eos:ſurre
xit⁊ ſcidit veſtimenta ſua. Tercio
ꝓpter ꝯminationem gehenne Unde
iiij. Regum.xxi. cum audiſſet yoſias
verba libri legis domini:ſcidit veſti
menta ſua⁊ ait Magna ira dei ſuccen
ſa eſt ꝯtra nos.ſcilicet pena eterna
Ad ꝯpaſſionē debet ſcindi dupliciter
vt ꝯpatiamur primo per pietatem:
quotiens videmus neccitatem illius.

Jo.iiij. ¶ Qui habuerit ſubſtantiā huius mundi: ⁊ viderit fratrem ſuū neceſſitatē habentem ⁊c̄. Sed dicit eccl.iij. ¶ Cor durū male habebit in nouiſſimo. Item ꝯpatiamur xp̄o per deuotionē quotiens recordamur paſſionis illius. Bernardus. Uſqꝫ hodie paſſio domini terram mouet. petras ſcindit. aperit monumēta. Sed heu quidā habent cor adamantinū quod nullo malleo frāgi poteſt. De quibus zacha.viij. ¶ Poſuerunt cor ſuum quaſi adamantē. Dicitur tamē frangi ſanguine hirci. Sanguis hirci eſt ſanguis xpriſti. Quare autē debemus conuerti notatur cum dicit. ⁊ ꝯuertimini ad dominū deum veſtrum. qui.ſ.peccatū a vobis fecerat alienū. ꝙ benign⁹ ⁊ miſericors eſt: patiens ⁊ multū miſericors. ⁊ preſtabilis ſuper malicia. Et aſſignantur hic quatuor cauſe ¶ Prima eſt. ꝙ benignus in largiendo bona. Mathei.v. ¶ Qui ſolem ſuum oriri facit ⁊c̄ Secunda eſt. ꝙ miſericors in condonando peccata. Ezech.xviij. ¶ Quacunqꝫ hora peccator ingemuerit: omnium iniquitatū eius nō recordabor. Tercia eſt. ꝙ patiens eſt: longanimiter expectando. Iſa.xlvi. ¶ Uſqꝫ ad canos ego portabo. ¶ Quarta eſt. ꝙ multe miē ⁊ preſtabilis ſuper malicia.i. ſuper afflictionē penitentiū: dando gratiā ꝓmerendi bona eterna

¶ Eodem die.
Sermo triceſimuſoctauus

In domo pulueris puluere vos ꝯſpergite. Michee.i. In hiis verbis ꝓpheta oſtēdit nobis corporis vilitatē. ⁊ monet nos ad iugē illius vilitatis recordatōem. Dom⁹ pulueris eſt corp⁹ humanū. ꝙ de puluere factū. ⁊ in puluerē reuerſuꝫ. Gene.iij. ¶ Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris Fact⁹ eſt aūt hō de puluere ut humilietur ex ꝯſideratōe ſue originis. ⁊ vt in tam vili materia fabricā corporis ſic ꝯpegit ut aīa tam glorioſe hitaret in eo. Crura ſunt tanꝙ due colūne Pedes tanꝙ baſes quibus innititur toti⁹ fabrice moles Quinqꝫ ſenſus vero quaſi feneſtre per quas aīa ꝯtemplat̄ exteriora. Tres cellule capiti ſūt velut camere ipſius aīe. ¶ Prima.ſ. fantaſtica ſiue ymaginatiua ē ad modū veſtibuli. in qua ſm̄ ymaginē diuerſas recipit formas ¶ Secunda logiſtica ſiue diſcretiua eſt ad modū ꝯſiſtorij. in qua de ymaginatiuis per rationem diſcernit. ¶ Tercia. ſcꝫ memorialis ſiue retentiua eſt ad modū apothece ſiue theſaurarie. in qua ea que ymaginatio ꝯcipit ⁊ ratio diſcernit per memoriam retinet ⁊ cōſeruat. Capilli ſunt tanꝙ tegule domus huius. Unde ariſtotiles. Capilli cooperiunt ⁊ cuſtodiunt a forti calore ⁊ frigore. Ipſi etiam corpori domum fecit excelſam. ampliſſimam ⁊ decoram ſcilicet hunc ſenſibilem ⁊ habitabileꝫ mundum. Sed quia vtraqꝫ domus in breui caſura eſt. ſcilicet corpus per mortem. mundus per reſolutionem neutri incubendum eſt per amoreꝫ. ne cum ruentibus ruamus ⁊ obruamus. Sicut de elephante contingit cum arbori a venatoribus ſecta: incumbit. Quidam enim corpori innituntur per voluptatē. De quib⁹ amos.v. ¶ Quō ſi fugiet vir a facie

B

leonis.i.a peccato ſuperbie.⁊ occur
rit ei vrſus.ſ.peccatū luxurie.Vrſus
eñ ſuper omnia mel diligit.⁊ ingre
diatur domū deſcendendo ad curio
ſitatem carnis.⁊ innitatur manu ſup
pariete confidendo robori ⁊ iuuen
tuti ſue ⁊ mordeat eum coluber.ſcȝ
diabolus animam eius rapiendo ex
improuiſo.Ita eſt de eo qui innitit̃
corpori ſuo.Job.viij.¶ Innitetur
ſuper domū ſuam ⁊ non ſtabit.⁊ ful
ciet eam delicijs ⁊ indumentis.⁊ nō
conſurget.Alij mundo innitunt̃.ſcȝ
per vanitatem.De quibus Iſaie.xx
xvi.¶ Ecce confidis ſuper baculum
arundineum confractū ſuper egip
tum.i.mundū.ꝙ iam conquaſſatus
minatur ruinam.⁊ comparat̃ arun
dini.ꝙ exterius nitet vanitate.ſed i
tus vacuus eſt a.veritatis ſoliditate.
cui ſi innixus fuerit homo in tempo
ralibus confidendo.intrabit manuȝ
eius ⁊ perforabit.in morte ſibi om
nia auferendo.vñ pſalmiſta.¶ Dor
mierunt ſomnum ſuū ⁊ nihil inue
nerunt.⁊c̄.Ezechielis.xxxiij.¶ Cor
ruent fulſientes egiptum.i.munduȝ
ampla ⁊ pulchra edificia conſtruen
do.Unde Gregorius.Si ruinā ſue
domus quaſſaȝ minaretur quiſquis
in illa habitaret fugeret.⁊ qui ſtan
tem dilexerat recedere ꝙ̈ tocius a ca
dente feſtinaret.Si ergo mundus
cadit.⁊ nos eum amando amplecti
mur opprimi volumus potiꝰ ꝙ̈ ha
bitare.ꝙ nulla nos ratio a ruina illi
us ſeparat quos delectionibꝰ amor
ligat.Itē ſi qñ repentinꝰ ignis habi
taculuȝ aſſumit quiſquis eius poſſeſ
ſor extitit rapit qđ valuerit ⁊ fugit
lucrū reputat quicquid ſecum ex ig

C

nibus tollat.terrena omnia ſeruādo
amittimus.ſed largiendo ſeruamus.
Dicitur ꝙ i quadā ciuitāte ſingulis
annis eligebatur in regem vir extra
neus ex toto legum ſuarū ignarus.
qui per annū poteſtateȝ habebat fa
ciendi quod vellet.ſed in fine anni d̄
ferebatur nudus in quandam inſu
lam valde remotam.vbi fame peri
ret.amiſſo regno.Contigit auteȝ quē
dam eligi cui per quendam familia
rem ſuum innotuit conditio regni.
qui omnes theſauros regios quos
tunc in ſua poteſtate habebat premi
ſit in inſulam in quā deportandus
erat.vnde cuȝ in fine anni nudus il
luc a ciuibꝰ mitteretur.omnium bo
norum copiam reperit de theſauris
quos ſibi premiſit inuenit.Sic ⁊ nos
ſcientes ꝙ diu in hoc mundo nō poſ
ſumus manere.bona noſtra per ma
nuȝ pauperum debemus in futuraȝ
vitam premittere.nobiſqȝ domum a
liaȝ prouidere.in qua valeamus pꝰ
ſolutionem corporis habitare.ſicut
apoſtolus qui dicebat.ij.Corinthio
rū.v.¶ Scimus qm̄ ſi terreſtris do
mꝰ noſtra huius habitationis diſſol
uat̃ ꝙ edificationem habemus ex
deo domum non manufactam.ſed
eternam in celis.¶ In quibus ver
bis commendat domum illam a tri
bus ¶ Primo a pulcritudine.quia
non manu hominum facta.ſed a ſū
mo artifice per verbum ſuum in a
micorum ſuorum habitaculū prepa
ratata.vnde pſ.¶ Domine dilexi d̄
corem domus tue.⁊ locum habi.⁊c̄
Scđo duratione.quia eternam.vñ
Iſaie.triceſimotercio.Oculi tui vide
bunt iheruſaleȝ habitantē opulentā

D

tabernaculuȝ ꝙ nequaꝙ̄ tranſferri
poterit. ¶ Tercio in ſecuritate. ꝙ in
celis. i. in ſummo ⁊ ſecreto loco. Vñ
Leuitici. xxvij. ¶ Abſqȝ pauore habi
tabitis in terra veſtra. Quis ergo ñ
deſideret talem domum que ſit ſum
ma pulchra. nunꝙ̄ caſura. ⁊ ab omi
aduerſitate ſecura. ſed quia i futuris
ſibi prouidere nequit. qui fineȝ pre/
ſencium non attēdit monet prophe
ta. vt ad rememorandum nouiſſima
noſtra dom̄ pulueris puluere ↄſper
gamꝰ. quod hodie dicit eccleſia. cine
rem capitibus fidelium imponēdo.
Et hoc multis de cauſis Primo i
memoriaȝ mortis. vñ ſacerdos dicit
Memento hō. ꝙ puluis es. ꝛc̄. quaſi
diceret illud. Eccleſiaſtici. xxiiij.
¶ Memor eſto quoniā mors nō tar
dat. ¶ Scd̄o ad imitationē domini
ce paſſionis. Vnde impoſicio cineris
fit in forma crucis. quaſi diceret. tol
le crucem tuā per carnis mortificati
onem. ⁊ ſequere criſtū per rectam in
tentionem. Et nota ꝙ dominus ba
iulauit crucem ſuam in humero. ſed
nos imponimus eaȝ in capite noſtro
ed deſignandum ꝙ ipſe tulit ad onꝰ
⁊ ignomiam. ⁊ nos ferimꝰ ad hono
rem ⁊ gloriā. vñ ad galatas vltimo.
¶ Mihi abſit gloriari. niſi. ꝛc̄. Item
dñs tulit crucem ligneam. ſȝ nos im
ponimus nobis crucem cineream.
ad deſignandum ꝙ nihil eſt. quic/
quid facimus comparatione illorū
um reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus
filij dei. ſi autem filij ⁊ heredes. he
redes quidem dei. coheredes autem
criſti
Tranſfiguratio glorie conſiſtit i du
plici ſtola. ſcȝ in anima ⁊ corpore. Ani
ma em̄ non ſolum meretur in ſe. ſȝ in
corpore. Unde debetur ei duplex in
dumentum. Unum ex parte ſui. Ali
ud ex parte corporis Quia vero ani
ma primo meretur in ſe. Ideo prio
recipit ſtalam ſuaȝ poſt diſſolutionē
corporis. vn̄ Apoca. vi. ¶ Date ſunt
illis ſingule ſtole albe. ⁊c. Corpus
vero percipit ſtolam ſuam in die iu
dicij. qn̄ ſicut Apoſtol9 ait Philꝰ.iij.
¶ Reformabit corp9 hūanitatis nr̄e

I

configuratū corpori claritatis ſue.⁊
de illa loquitur Eſdras in apocrifis
ij. Ego Eſdras vidi in montē ſynai
turbā magnā.quā numerare nemo
poterat.⁊ omnes cum canticis lauda
bant dominū.⁊ in medio eorum erat
iuuenis celſus ſtatura eminencior ō
nibus in angulum ⁊ dixi.qui ſunt hij
domine/Et reſpondit. hij ſunt qui
mortalem tunicam depoſuerunt ⁊ cō
feſſi ſunt nomen dei.modo coronan
tur ⁊ accipiunt palmas. Tunice ille
erant optime quibus excogitare me/
liores non poſſunt. Commendatur
autem veſtis a quatuor.

Primo a colore.⁊ ille tunice erāt op
timi coloris.ꝙ fulgebāt corpora glo
rioſa ſicut ſol in virtute ſua quando
lucebit ſeptempliciter

Sc̄do commendatur a ſubtilitate. ⁊
ille tunice mirabiliter erunt ſubtiles
quia illa corpora glorioſa erunt ſpi/
ritualia ab omni corpulēcia ſeparata

Tercio commendatur a fortitudine
⁊ ille tunice nunꝙ poterunt conteri
ſeu contaminari.ꝙ glorioſa erunt ⁊
impaſſibilia.vt nihil ſit ꝙ eis infer/
re valeat leſionem

Quarto commendatur a leuitate. ⁊
ille tunice erunt adeo leues ꝙ nullo
tempore grauabunt ferentem. quia
corpora glorioſa erunt agilia vt abſq;
difficultate ipſarū cognationū ſequi
poſſunt ad omnia voluntatem. Hee
ſunt tunice iocunditatis quibꝰ induet
dominus ſeruos ſuos in gloria qui
in ſeruicio eius tunicas ſuas attriue
runt.ꝙ iſtis ſolūmō.i.in iudicio tri/
buet corpora quatuor dotibus glori
oſa.vt corpus qđ nunc eſt paſſibile.
obſcurū.corpulentum.⁊ tardum ſit

K

impaſſibile.clarū.ſubtile ⁊ agile. vt
ſic coformetur optime nature corpo
ree.qđ eſt corpꝰ celeſte. vnde.i.Cori
thiorū.xv. Seminatur in corrup
tione.ſurget in incorrptione.ſemina/
tur in ignobilitate.ſurget in gloria.ſe
minatur animale ſurget ſpirituale
Bernardus Felix qui delectationes
illas dextere dei ſedula cogitatione ſ
uoluit.quid illi graue videri poterit
quod ſemper tractat mente quod n̄
ſunt condigne paſſiones huius tem/
poris ad futuram gloriam.quid cō
cupiſcere poterit in hoc ſeculo ſeruꝰ
nequam cuius oculos ſemper videt
bona domini in terra viuenciū. Ut
quid eñ aſcendit vt transfiguraret̄
niſi vt doceret nos cogitatione aſcen/
dere ad futuram gloriam illam que
reuelabitur in nobis. Non ſit vobis
moleſtū obſecro ꝙ in monte hoc di
ucius moramur.quem non detineat
mora petri.quam in eo pertulit ⁊ de
eo dixit. Domine bonū eſt nos hic eſ
ſe.quid eñ tam bonū eſt illo.quid a
liud bonūꝙ in bonis animā demora
ri qā quidē corpꝰ nō p̄t.quis ex vo
bis ſecū cogitans futurā illam vitam
ſed leticiam.ſed iocunditatem.ſed be
atitudinem.ſed gloriam filiorum dei
⁊ non continuo de plenitudine inti/
me ſuauitatis eructat Domine bonū
eſt nos hic eſſe. Non ſane in hac erū
noſa peregrinatione vbi corpore de
tinetur.ſed in ſalubri ac ſuaui cogita
tione in qua corde verſatur. Beatꝰ
qui i iſtis verſatur bonis. Alias. La
pidem quem reprobauerūt edifi.⁊c̄.
Item alias Eſtote imitatores.⁊c̄.

A

¶ Dominica ſecunda in quadrageſima ¶ Epiſtola ad Teſſalonicenſes quarto

FRatres rogamus et obſecramꝰ vos in domino iheſu vt quemadmodum accepiſtis a nobis quō vos oporteat ambulare ⁊ placere deo. ſic ⁊ ambuletis vt abundetis magis. Scitis em̄ que precepta dederim vobis per dominū iheſum criſtum. Hec em̄ eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra. vt abſtineatis vos a fornicatione. vt ſciat vniuſquiſqȝ veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore. Non in paſſione deſiderij. ſicut ⁊ gētes qui ignorant deum. Et ne quis ſupergrediatur. neqȝ circumueniat ī negocijs fratrem ſuum qm̄ vindex eſt dominꝰ de his omnibꝰ ſicut prediximus vobis ⁊ teſtificati ſumus. Non em̄ vocauit nos deus in immundiciam. ſed in ſanctificationem. In criſto iheſu domino noſtro

¶ Euangelium Mathei. xv.

IN illo tēpore Egreſſus iheſus de genazareth ſeceſſit in partes tiri ⁊ ſidonis. Et ecce mulier chananea a finibꝰ illis egreſſa clamauit dicēs Miſerere mei dn̄e fili dauid. filia mea male a demonibꝰ vexatur. Qui nō rn̄dit ei verbū. Et accedentes diſcipuli eius rogabant dicentes. Dn̄e dimitte eam. qꝛ clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens ait Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierūt domꝰ iſrahel. Et illa venit ⁊ adorauit euȝ dicens Domine adiuua me. Qui reſpondēs ait. Nō eſt bonū ſumere panem filiorū ⁊ mittē canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que cadūt de menſa dn̄oruȝ ſuorum. Tūc reſpondens iheſus ait ill. O mulier magna eſt fides tua. Fiat tibi ſicut petiſti. Et ſanata eſt filia eius in illa hora.

¶ Dominica ſecunda in quadrageſima Sermo q̄drageſimuſtercius ¶ De Euangelio

MIſerere mei domine fili dauid. filia mea male a demonibus vexatur ¶ In euangelio precedentis dominice dictum eſt de temptatione diaboli. ⁊ oſtenſum eſt quibus armis d̄beat expugnari. In hac vero dominica oñ dit̄ q̄liter peccator victꝰ a temptatione ſancte matris eccleſie ſuffragio liberet̄ per ſimilitudinē filie mulieris chananee. que matris precibus a demonio liberatur. Mulier aūt hec q̄ nobis ꝓponitur hodie ī exemplū multipliciter oñdatur. ¶ Primo a d̄ſertione praue ſocietatis. qꝛ dū dominū orat pro filia exiuit a ciuitatibus gentiliū in q̄ dat̄ nobis exemplū vt ſeparemur a ꝯſortio prauoꝝ. Eccle. ix. ¶ Attende tibi a peſtifero. fabricat em̄ mala. ne forte. ⁊c̄. Seneca magna pars ſanitatis eſt hortatores inſanie reliquiſſe. In hoc aūt qꝛ ñ ſolū a ciuitatibꝰ. ſ; a finibꝰ egreſſa eſt. innuit vt nō ſolū fugiamꝰ pctā. ſ; etiā circūſtancias pctōruȝ. que ſūt voluptuoſa recogitatio. ꝯtagioſa recitatio. damnoſa cohabitatio. ⁊ p̄cipue colloquiū. viſus. ꝯtactꝰ. ⁊. oſcula. vñ angeli dixerūt ad Loth. Gen̄. xix. Salua animā tuā noli reſpicere poſt terguȝ tuū. nec ſtes ī omni circaregione

B

Scđo ꝯmendatur a clamore deuotionis. Jſaie.lxij. ¶ Qui reminiſcimini deum ne taceatis. quaſi diceret in oratione ⁊ deuotione. Propter hoc non eliciat hunc clamorem a nobis. aliquando ſimulat ſe dominus non audire. fingit ſe etiam dormire. Luce.xi. ¶ Noli mihi moleſtus eſſe.⁊c̄.

Quatuor autem modis clamare debemus ad dominum. Primo deuotione cordis. vnde pſalmiſta. Clamaui in toto corde exaudi me.⁊c̄

Scđo voce oris. Pſalmiſta Ad ipm ore meo clamaui. Tercio lacrimis Pſalmiſta Exaudiuit dominus vocem fletus mei. nam lacrime vocis pondera habent. Quarto ſtudio bone operationis. Eccleſiaſtici.xix. ¶ Conclude elemoſinaꝫ in ſinu pauperum. ⁊ hec pro te exorabit.

Tercio commendatur fide. ꝙ nec ꝑ legem inſtructa. nec a ꝓphetis edocta. diuinitatem ⁊ humanitatē confitetur. dicens. Miſererē mei domine ⁊c̄. credit ergo ipſum omnipotenteꝫ Unde orat ab eo filie ſanitatē. cū ait Filia mea male a demone vexatur. Magn̄ fides mulieris. ꝙ nec filiā ad ipm detulit. nec eū vt veniret rogauit. credēs ꝙ ſolo verbo poſſet ab ea demoniū effugare. Sic ⁊ ſancta mater eccleſia quotidie orat pro pctōribus qui a demoīb vexant̄ dū in diuerſa peccata precipitant̄. Eſt eñ diabolus temptator. vexator. ⁊ tortor. temptator iuſtorū. vexator peccatoꝝ. tortor damnatoꝝ. Temptat per ſuggeſtionē. vñ dic̄ ſcriptura. Fili accedens ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia ⁊ ꝓpera te ad temptationē. Vexat per culpe perpetrationem. Mathei.ix.

C

¶ Ubicunqꝫ eū apprehēderit. allidit per ſuperbiā. Job.xxx. ¶ Eleuaſti me ⁊ quaſi.⁊c̄. Scđo ſpumat vt olla buliens per gulam. Judicum.ij ¶ Hij ſunt in epulis ſuis ꝯuiuantes ſine timore ſeipſos paſcentes. fluctus facti maris ꝺſpumantes ſuas confuſiones. Stridet vt aper per irā Actuum.ij. ¶ Stridebant dentibus ī eū. Areſcit per inuidiā. Sapiencie.vi ¶ Neqꝫ cū inuidia.⁊c̄. Mittit etiam ī aquā auaricie. ſicut pharao pueros hebreorū mergebatur. ⁊ in ignem luxurie que etiam eſt quaſi ignis. Job.xxxi. ¶ Ignis eſt vſqꝫ ad conſū. ⁊c̄. Ozee.vij. ¶ Omnes adulterātes quaſi clibanus ſuccenſus. Ecce qualiter vexat diabolus. Jeremie.xvi. ¶ Seruietis dijs alienis qui nō dabunt vobis requiē. Nam in die vexant per ſuperbiam ⁊ auariciam. In nocte vero per luxuriā Exodi.ij. ¶ Filij iſrahel in die collegebant paleas. ⁊ in nocte coq̄bant lateres. Jſa. xxxi. ¶ Piloſus clamat alter ad alterū. ꝙ ꝑpetrata malicia ꝓuocat maliciā perpetrandā. hō dū vexat̄ anguſtias q̄s patitur ñ aduertit. ſic pctōr ꝙ graue ſit pctm̄ nō ſentit. Torquet per penaꝝ inflictionē. Mathei.xviij ¶ Tradidit euꝫ tortoribꝰ q̄uſqꝫ reddidit nouiſſimū q̄drantē. i. vt ꝓ ſingulis pctis ſubeat eternū ſpplicium. Jſaye.xiij. ¶ Tortiones ⁊ dolores tenebūt eū vñ nō p̄t euadere Quarto ꝯmendatur hec mulier ab inſtancia orationis Nā cū ei dñs nihil reſpōderet. rogantibꝰ etiā diſcipulis pro ea. dixit. Non ſū miſſus niſi ad oues que perierāt domꝰ iſrl̄. veit ꝓpe q̄ priꝰ clamauit a lōge ⁊ adorauit eū

M

dicẽs Domine adiuua me. Ecce mi rabilis paciencia multi ad primã re pulſam deſiſtunt petere Sʒ iſta quo magis repellitur magis ſeipſam ige rit ad modũ Ruth que dicebat No emyn. Ne aduerſeris mihi vt non i ꝗ tecũ abeam q̃cunqʒ perexeris per gam. Ad cui9 verba ſtetit ihesus ⁊ a it. Non eſt bonũ ſumere panẽ filio rũ ⁊ mittere canibus. Magna virt9 orationis. Ecce ille qui nullis virtu tibus ſuperari pt. mulieris p̄cib9 de tinetur. Notandum aũt ꝙ quatuor modis tenetur deus. Prio inſtan cia orationis. vt pʒ in hac muliere. Yſaie. lxiiij. ¶ Nõ eſt qui inuocet no men tuum domine. ⁊c. Scd̃o deſide rio deuotionis. ſicut a mulieribus q̃ tenuerũt pedes eius. Mathei vltio/ Tercio ſtudeo contemplationis. ſicut a iacob qui ait Geneſis. xxxi. ¶ Non dimittã te niſi benedixeris mihi. Quarto exhibitione ſeruicij. ſicut a diſcipulis qui coegerũt eũ ad hoſpi cium. Luce vltimo Quinto com mendatur hec mulier a virtute hui litatis. Nã cũ dominus diceret. Nõ eſt bonũ ſumere panẽ filiorum ⁊c. id eſt graciã miraculorũ ſubtrahere iudeis ⁊ impendere gentilibus. non irritata. ſʒ humiliata reſpondit Etiã domine. quaſi diceret. verũ eſt ꝙ aſ ſeris canis ſum ⁊ immunda. tamen ad modũ canis ſequar te dominum meũ. Contenta etiaʒ ero modicis ad modũ canis. Nam ⁊ catelli edunt d̉ micis q̃ cadunt de menſa dominorũ ſuorũ. Ecce philoſophatur mulier cum eterna ſapiencia. vide prudenci am mulieris Intellexit iudeos nota ri per filios. gentiles per canes. Tũc ait ihesus O mulier magna eſt fides tua. fiat tibi ſicut petiſti. Huius ergo mulieris fidem ⁊ deuotionẽ. pacien ciam ⁊ humilitatem ſi imitati fueri mus. ſalutem animarũ noſtrarũ abſ qʒ dubio conſequemur

Dominica tercia in. q̄oragesima
Epiſtola. Epheſios. v.

FRatres eſtote imita tores dei ſicut filij cariſſimi ⁊ ambulate in dilectione ſic ⁊ criſt9 dilexit vos. ⁊ tradidit ſemet ipſum pro vobis oblationeʒ ⁊ hoſti am deo in odorem ſuauitatis. Forni catio autem ⁊ omnis immũdicia aut auaricia nec nominetur in vobis. ſic decet ſanctos aut turpitudo. aut ſtul tiloquium. aut ſcurrilitas. que ad rẽ non pertinet. ſed magis graciarum a ctio. Hoc autem ſcitote intelligentes ꝙ omnis fornicator aut immundus aut auarus. quod eſt ydoloruʒ ſerui tus non habet hereditatem in r̄gno criſti ⁊ dei Nemo vos ſeducat in ani bus verbis. ꝓpter hec eniʒ venit ira dei in filios diffidencie. Nolite er/ go effici participes eorum. Eratis e nim aliquando tenebre. Nunc autẽ lux in domino. vt filij lucis ambula te. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate ⁊ iuſticia. ⁊ veritate

Euangelium Luce. xi

In illo tēpore Erat ihesus
eijciens demonium.⁊ illud erat mu
tum. Et cum eieciſſet demonium lo
cutus eſt mut9.⁊ ammirate ſunt tur
be. Quidaꝫ autem ex eis dixerūt In
beelzebub pricipe demoniorū eijcit
demonia. Et alij temptantes ſignuꝫ
de celo querebant ab eo. Ipſe autem
vt vidit cogitationes eorū dixit Om
ne regnū in ſeipſum diuiſum deſola
bitur.⁊ domus ſupra domū cadet.
ſi autem ⁊ ſathanas in ſeipſo diuiſus
eſt quō ſtabit regnum ipſius.ꝗ dici
tis in beelzebub me eijcere demonia
Si autem ego in beelzebub eijcio d̄
monia. filij veſtri i quo eijciūt Ido
ipſi iudices veſtri erunt Porro ſi in
digito dei eijcio demonia. profecto
peruenit in vos regnum dei Cū for
tis armatus cuſtodit atrium ſuum.
In pace ſunt ea que poſſidet Si au
tem fortior ſuperueniens vicerit eū
vniuerſa arma ei9 auferet in quib9
confidebat.⁊ ſpolia eius diſtribuet.
Qui non eſt mecum aduerſum me
eſt.⁊ qui non colligit mecum diſper
git Cum immundus ſpiritus exierit
de homine. ambulat per loca ina/
quoſa querens requiem ⁊ non inue
niens dicit Reuertar in domum me
am vnde exiui Et cum venerit inue
nit ſcopis mundatam ⁊ ornatam Et
tunc vadit ⁊ aſſumit ſeptem alios ſpi
ritus nequiores ſe.⁊ ingreſſi habitāt
ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illi
us peiora prioribus. Factum eſt au
tem cum hec diceret.extollens voceꝫ
quedam mulier de turba dixit illi.
Beatus vēter qui te portauit ⁊ vbe
ra que ſuxiſti. At ille dixit Quinimo

A

beati qui audiunt verbum dei ⁊ cu
ſtodiunt illud.

Dominica tercia i quadrageſima
Sermo quadrageſimuſquartus
De euangelio.

ERat ihesus eiiciens
demoniuꝫ.⁊ illud erat mu
tum. Dicit Iſaias.xxx. In
citharis ⁊ tympanis ⁊ precipuis bel
lis expugnabo eos. In quibus oſten
dit dominus quibus armis de no/
ſtris hoſtibus triumphemus Cytha
ra eſt ſermo predicationis.cuius cor
de ſunt ſeptem.effectus illius qui in
hijs verſibus denotātur Increpat
atqꝫ vocat.iubet ammonet inſtruit
vngit. Promiſſis patrie. pungit
terrore gehenne. Increpat nanqꝫ de
peccatis arguendo. Vocat ad penitē
ciam inuitando. Iubet mandata ob
ſeruari precipiendo. Ammonet im/
pleri conſilia ſuadendo. Inſtruit de
fide ⁊ moribus.exponendo. Vngit
celeſte regnum obedientib9. promit
tendo. Pungit eternum ſupplicium.
contemptoribus cōminando Hec cor
de plectro ⁊ manu tanguntur.cuꝫ ſē
tencie veritatis lingua predicatoris
⁊ opere proferuntur . ⁊ talis ſonus
fugat diabolum. Vnde primo regū
xvi. Quandocunqꝫ ſpiritus malus
arripiebat ſaul.tollebat dauid cytha/
ram ⁊ percuciebat manu ſua ⁊ refo
cillabatur ſaul ⁊ leuius habebat.re/
cedebat enim ab eo ſpiritus malus.
Tympanum eſt virtus compunctio
nis.fit enim ex pelle deſiccata ſupra
ligunꝫ extenſa. Pellis eſt caro ab hu
more carnalis concupiſcencie ſepara
ta que ſupra lignum extenditur cuꝫ

S

amplectitur crucē penitentie impoſi-
te ſibi a ſacerdote. Pulſatur autē vir-
gis cum penitens percutitur pugnis
vel corpus atteritur diſciplinis. Un-
de ſapien. xij. ¶ Cum nobis diſcipli-
nam das: inimicos noſtros multipli-
citer flagellas. Hoc timpanum pulſa-
uit magdalena. ⁊ a corde illius fuga-
ta ſunt ſeptē demonia. Hoc pulſauit
publicanus: ⁊ receſſit a templo iuſti-
ficatꝰ. Bella precipua ſunt verba cō-
feſſionis: quibus per dolorem ⁊ ꝓpri-
am accuſationem dyabolus verbera-
tur: qui primum hominem per ſug-
geſtionem ⁊ peccati excuſationem de
paradiſo voluptatis eiecit. Judicū. v
¶ Noua bella elegit dominus. mira-
bile bellum fit in confeſſione: vbi ſi
te accuſando humilias: dyabolum ſu-
peras. Si vero te incipis excuſare dy-
abolus incipit ſuperare. Unde orat
pſalmiſta ¶ Non declines cor meum
in verba malicie: ad excuſandas excu-
ſationes in peccatis. Noſtrum ergo ē
citharizare. noſtrum vero eſt timpa-
nizare: ut hoſtis animarū de veſtris
cordibꝰ effugatur. Cithara noſtra
ſunt verba euangelij ꝓpoſita. ¶ Erat
iheſus eijciens ⁊c̄. Quā ſint contrarij
effectus xp̄i ⁊ effectꝰ dyaboli: ex hoc
euangelio poſſumus indagare. Effe-
ctus dyaboli notatur cū dicit. Erat
iheſus eijciens demonium: ⁊ illud e-
rat mutum. i. efficiens mutum ⁊ ce-
cum. ſicut habetur math. xij. ⁊ etiam
ſurdum. q̄ꝛ omnis naturaliter mutꝰ
eſt ſurdus. Unde criſoſtomus. Uide
nequiciam dyaboli: alterutrū ingreſ-
ſum per quem crediturus erat opi-
lauit auditum. ⁊ viſum ⁊ plectrū. id ē
linguam ne ꝯfiteatur.

C

Prima ianua vite ſunt aures. ſicut a-
it bernardus. Jam morbus ante re-
medium intrat. ⁊ per eadem ſequit̄
veſtigia. vita mortem. tenebras lux.
venenū ſerpentis antidotum verita-
tis. ac ꝓpter hoc aures noſtre verbo
dei ſemper debent patere. Triplicē
auditum dominus requirit ad ver-
bum ſuum. Math. xiij. ¶ Qui habet
aures audiendi audiat. Primo enim
requirit aures nature: ut verbum eꝰ
attētiſſime audiatur. ſicut de populo
iſrahel dicitur neemie. viij. ¶ Aures
omnis populi erant erecte ad librū.
Secundo requirit aures intelligen-
tie ut auditum verbū recte intelliga-
tur. Unde eccl. v ¶ Eſto manſuetus
ad audiendū verbum dei ut intelli-
gas. Tercio requirit aures obediē-
tie: ut intellectum verbū credat̄. Un-
de yſa. xliij. ¶ Qui vides multa: non
ne cuſtodies. Dominus aūt ut bene
addiſcamus verba ſua: frequēter ver-
berat aduerſitatibus ⁊ flagellis. quia
ſicut ait yſa. xxviij. ¶ Uerberatio dat
intellectum auditui. Sed quidam
ſunt ſicut mali ſcolares qui ꝓpter fla-
gella fugiunt de ſcola. q̄ꝛ cum aliqua
affligunt̄ aduerſitate: auertunt audi-
tum a predicatione. De quibus ihe-
re. v. ¶ Attriuiſti eos ⁊ renuerūt ac-
cipere diſciplinam: ſed iuſtus ab ado-
leſcentia ſua libēter auſcultat dei pre-
cepta ſi verberatur. ſi aure trahitur:
nō odium reputat ſed amorem. Un-
de ait yſa. l. ¶ Erigit mane. erigit au-
rem mihi ut audiam quaſi magiſtrū.
His dicit erigit ꝓpter precepta ⁊ ꝓhi-
bita. Quaſi enim aure dextera debe-
mus audire ea que precipit faciēda.
ſed quidā aure dextera ſolummodo

audiunt. qui ſcilicet multa opera de genere bonorum faciunt. nec tamen peccare deſinunt. Hij per ſamaritanos ſignantur: qui ſimul deum colebant ⁊ ydola. Quidam autem ſolummodo aure ſiniſtra: qui ſcʒ vitant mala ꝓhibita. pigri tamen ſunt ad faciendum bona. ⁊ ſignant᷑ per ſeruum cuius petrus abſcidit auriculam dextram. Joh. xviij. Tales etiam valde timere debent. quia in die iudicij non fiet diſceptatio de male actis: ſed de bonis omiſſis. Quidam ſurdi ſunt vtraqꝫ aure qui nec bonis intēdūt nec mala deſerunt. ⁊ tales alijs ſunt peiores. Horum ſurditas eſt voluntaria. ideo ꝯparantur aſpidi qui vnam aurem terre inprimit. i. appetituʒ terrenoꝝ infigit: ne verbum dei percipiat Unde ihere. xxij. ¶ Locutus ſuʒ ad te in abundantia tua. dixiſti non audiam. Alteram aurē immiſſione caude obturat: dum in fine penitentem ſe ſperat. Unde eccleſiaſti. vlti. ¶ Cōſurgent ad vocem volucris. i. dyaboli De qua ſopho. ij. ¶ Uox cantātis in feneſtra coruus in ſuperliminari. ꝙ dicit ei. cras cras. ⁊ ob hoc obſurdeſcent filie caꝫ. i. aures que ad hoc homini date ſunt ut audiat carmen iocunditatis ꝓmiſſe.

Secunda ianua vite ſunt oculi interiores. quorum vnus ⁊ quaſi dexter ē ꝯſideratio premij. alius quaſi ſiniſter eſt ꝯſideratio ſupplicij. Unde yſai. li. ¶ Leuate ī celum oculos veſtros ad premia iuſtis ꝓmiſſa: ut concupiſcatis ea. ⁊ videte ſub terra deorſum ſupplicia peccatoribus preparata. Hos oculos conatur dyabolus eruere peccatori ad modū corui qui primo impetit oculum in cadauere ut nihil cogitet niſi de vita preſenti. Unde prouer. xxx. ¶ Effodiant eum corui de torrentibus: ⁊ comedāt eū filij aquile. ſcilicet demones. Et nota ꝙ quatuor precipue excecāt hominis intellectum. ſcilicet impietas. cupiditas. iracundia ⁊ luxuria. Impij ſunt ad modum catuli: qui ante nonum dieʒ non agnoſcunt parentem. quia ante ꝙ iſti tranſeant in conſortium demonum non reſpiciunt proximuʒ. ſicut contigit de diuite qui non cognouit lazarum niſi in ſinu abrahe. Unde prouerbioꝝ. xi. ¶ Qui crudelis eſt: etiam ꝓpinquos abijcit Cupidi ſunt ad modum talpe cumulos diuitiaꝝ poſt ſe relinquentes. et ad ſolem iuſticie mortem perpetuam ſortientes. Unde dicitur yſaie viceſimoquarto. ¶ Formido ⁊ fouea inferni laqueus iudicij. Hoc enim eſt illud triplex ve de quo dicitur apocalipſis viij ¶ Ue ve ve habitantibus in terra.

Iracundi ſunt qui habent ſe ad modum vſi: quos excecat dyabolꝰ: quaſi ignito bacili. ſcilicet aliquo reſiſtenti. Unde dicit beatus gregoriꝰ. Superecidit ignis iracundie ⁊ nō viderunt ſolem. id eſt xpriſti māſuetudinem. quia extinctus eſt in eo oculus rationis. Unde ephe. iiij. ¶ Sol nō occidat ſuper iracundiā veſtrā. i. ratiō qua extincta fuerit in regno aie Iuxta illud. Impedit ira animū ne poſſit cernere veꝝ. Luxurioſi ſunt ad modum cuiuſdam parui ſerpentis: qui vocat᷑ cecula: eo ꝙ oculis careat: ⁊ nihil videat. ꝙ ſicut ait poeta. Quō deceat non videt vllus amans Unde dan. xiij ¶ Declinauerūt oc'los ſuos

F

ut non videant celum.
Tercia ianua vite eſt vſus lingue. ſcili
cet loquela que data eſt hoī a deo ad
tria. ſ. ad laudandū deum. ad edificā
dum primum. ad accuſandum ſeip
ſum. A laude dei obmuteſcere faciūt
ſpecialiter duo.
Primum eſt cecitas intellectus.
Secundū immundicia affectus
Primū impedit infideles. Unde p.
Re. ij. ¶ Impij in tenebris conticeſcent
Secunduʒ impedit prauos fideles.
Unde eccleſi. xvi. ¶ Non eſt ſpecioſa
laus in ore peccatoris. ſcilicʒ carnalis
qui proprie peccator dicitur: eo ꝙ pec
catum operatur. Ab edificatione pro
ximi ſimiliter obmuteſcere faciūt duo
Primū eſt maliuolentia. Unde legi
tur exo. xix. ¶ Ne oderis fratreʒ tuū
in corde tuo: ſed publice argue eum:
ne habeas ſuper illo peccatum.
¶ Secundū eſt negligētia. Unde cayn
ait ad dn̄m gene. iiij ¶ Nunquid cu
ſtos fratris mei ego ſum. Hoc dicūt
ſpecialiter mali prelati qui magis cu
rant de pecunia ꝙ̄ de anima. propter
quam xp̄us mortuus eſt. Unde ber
nardus. Cadit aſina et eſt qui ſubleuʒ.
perit aīa et non eſt qui adiuuet. Ideʒ
Uenient ante tribunal xp̄i et audient
pupilloꝝ vocem. querela grauis et ac
cuſatio dura quoꝝ vixere ſtipendijs:
et nō diluere peccata. Ab accuſatione
ſui faciunt obmuteſcere ſeptem: que
impediunt confeſſionem peccati. De q
bus verſꝰ. Hic pudor atqʒ timor ſpes
deſperatio faſtus. Sunt hoſtes vite
vel conſuetudo voluptas.
Primū eſt pudor reuelandi peccata
que magna fatuitas eſt: ꝙ erubeſcit
deo reuelare qđ coram vidente nō erubu

G

it committere De hac erubeſcentia dici
tur eccl. iiij. ¶ Eſt confuſio adducens
peccatū. ſ. qn̄ pro verecundia non vult
homo confiteri. Hoc adducit peccatuʒ
in preſenti. et ignominiam in futuro
qn̄ confitebitur corā toto mundo. ſicut
dn̄s ait naum. iij. ¶ Reuelabo pudē
da tua in facie tua. et eſt confuſio addu
cens grām et gloriam. ſ. qn̄ quis cōſi
derat peccata ſua que fecit confundit
in ſeipſo et compungitur. nec propter eru
beſcentiā dimittit confiteri. Hoc addu
cit grām in preſenti. et gloriam in fu
turo. ꝙ ipſa erubeſcentia maxīa pars
pn̄e eſt ut ait augꝰ. Primam erubeſ
centiaʒ habebat karolus. De quo le
gitur ꝙ cū fuiſſet confeſſus beato egi
dio: quoddam peccatū noluit ei reuela
re qđ erat ſatis enorme ſed beato egi
dio celebrante pro eo in altari aurelia
nen̄. angelus dn̄i attulit ei in quadā
cedula ſcriptū peccatum illius Tunc
impleto ſeruicio pro rege: notificauit
ei. et mox humiliter confeſſus eſt quod
nunꝙ̄ propoſuit confiteri
Secundū eſt timor ſatiſfaciēdi: qui
ſpecialiter impedit vſurarios et rapto
res et eos mutos facit. De quibꝰ yſa.
xxxviij. ¶ Uenerūt filij vſqʒ ad par
tum. ꝙ ſepe concipiunt propoſitum confitē
di et reſtituendi et prope eſt ut pariant
ſpirituʒ ſalutis. ſed ꝙ nō habet vires
per matres. ꝙ propter puſillanimitateʒ
timet ſuā et ſuoꝝ egeſtatē. et ita impe
ditur bonū propoſitum ipſiꝰ. ſed ſi cogi
taret ꝙ reſtituerent ſibi bona tempo
ralia et eterna. ſi ipſe reſtituat aliena:
proculdubio poſſet reſumere vires.
Legitur de quodā tuſco qui cum in
egritudine fuiſſet confeſſus ſacerdoti
peccata ſua: excepto hoc ꝙ retinuit ſe

eſſe filiumvſurarij. ⁊ ille data ſibi ab
ſolutõne recederet. iterum fecit eum
vocari. ⁊ ↄfeſſus eſt ꝙ palacia in qui
bus habitabat ⁊ omnia que habebat
pater ſuus acquiſierat de vſura. ⁊ cuꝫ
ſacerdos heſitaret quid ei conſuleret
ipſe idem ſicut erat infirmus iudica
uit ſeipſum. ⁊ precepit ut nudus du
ceretur ad hoſpitale. ⁊ per manũ epi
reſtituerentᷣ que male poſſedeiat ſpo
liatis ⁊c̃.

¶ Terciũ eſt ſpes diu viuendi: que ma
xime impedit iuuenes. ⁊ in tempora
libus ꝓſperantes Contra quos dici
tur eccl. xviij. ¶ Ne demoreris in er
rore impioꝝ. qui. ſ. errant longam vi
tam ſibi ſperando. ita ꝙ vix poſſint
venire ad medietatẽ temporis ſibi ꝑ
fici. Unde ait yſa. xxxviij. ¶ Duꝫ ad
huc ordirer ſuccidit me. ſummũꝫ re
mediũ contra hoc eſt mortis incerti
tudo. Unde ait dominus Luce. xij.
¶ Eſtote parati. ꝙ qua hora nõ pu
tatis filius hoĩs veniet.

¶ Quartũ eſt deſperatio abſtinendi a
peccatis: que maxime impedit illos
qui peccandi conſuetudine detinen
tur. Unde ꝓuer. xviij. ¶ Impius cũ
venerit in ꝓfundum viciorum ſcꝫ in
deſperationem: contemnit. Contra
quod ait pſal. ¶ Non claudet ſuper
me puteus os ſuum. Puteus eſt pec
catum. De quo iob. xxxvi. ¶ Salua
bit te de ore anguſto latiſſime. quia
facilis eſt ingreſſus: ſed nõ ita egreſ
ſus ⁊ nõ habentis fundamentuꝫ ſub
ter ſe ꝓpter voraginem gehenne. Pu
teus iſte tamen non claudet ſuper te os ſu
um: ſi tu nõ clauſeris tuum.

¶ Quintum eſt faſtus mentis id eſt ſu
perbia latens: que maxime impedit
ypocritas. ſꝫ dicitᷣ ꝓuer. xviij. ¶ Qui
abſcõdit ea ſub ſtratu cameli Rachel
interpretatur ouis. quia iſti venerũt
in veſtimentis ouium. id eſt in habi
tu manſuetudinis ⁊ innocentie. ⁊ fu
rantur ydola patris ſui ſcilicet dyabo
li. ⁊ peccata occulte peccando. nec ea
bene cõfitendo. ⁊ abſcondunt ſub ca
meli ſtramine. i. ſub tegmine obediẽ
tie ⁊ bone vite.

¶ Sextum eſt conſuetudo peccandi: q̃
maxime impedit recidiuantes. Un
de tales dicunt eccleſiaſtici. xxxiiij.
¶ Qui baptizantᷣ a mortuo. i. a pec
cato. ⁊ iterum tangit eum. ſcilicet re
cidiuando: quid ꝓficit lauatio illiꝰ.
Sed ↄſiderare debent: ꝙ dominus
non ſolum dimittit ſepties: ſed vſqꝫ
ſeptuagies ſepties.

¶ Septimuꝫ eſt voluptas peccati: que
maxime impedit luxurioſos. Hoc eſt
frenum dyaboli quo ducit eos ad a
quas inferni. Sed dominus ait yſa.
xxx. ¶ Auferã frenũ erroris qđ erat
in maxillis coꝝ. quod facit cum inci
piunt delectari in ſeruicio dei. Un
de ait yſa. xlviij. ¶ Laude mea infre
nabo te ne intereas. Ecce quales ſũt
effectus dyaboli: quando ingreditᷣ
in hominẽ per peccatum. quibꝰ ↄtra
riantur effectꝰ xpriſti. Sicut in hoc
euãgelio patet. ꝙ eiecto demonio. id
eſt peccato per infuſionem gratie: au
res aperiuntur ad verbum dei. oculi
interiores illuminantur ad videnda
eterna. lingua ſoluitur ad loquendũ
ſalubria. ſicut de tempore gratie pre
dixit yſa. xxxv. ¶ Tunc aperientur o
culi cecorum. ⁊ aures ſurdorum pa
tebunt. ⁊ aperte erunt lingue muto
rum. quia ſciſſe ſunt petre in deſerto

Dö 3A

⁊ fluxerunt aque.i. quia infuſio gra
tie ſcindit ⁊ emollit coꝛ peccatoꝛis ad
lacrimaꝝ effuſionem. Debet fidelis
habere quintuplex verbum.ſ.cōfeſſi
onis:quo exponat deo ſuam miſeriā.
Sed multi muti ſunt ab huiuſmodi
verbo. Unde ait dominus ihere.viij
¶ Attendi ⁊ auſcultaui ⁊c̃. Orationis
quo poſtulet veniam de pꝛeteritis.tu
telam a preſentibus.cautelam a futu
ris. Sed peccatoꝛ mutus eſt ab hoc
verbo. Unde yſa.x. ¶ Non fuit qui
moueret pēnam.ſcilicet qui ieiunar3
vel elemoſinā dar3:que ſunt due oꝛa
tionis ale.⁊ aperiret os ⁊ gānıret: flē
do ⁊ gemendo Laudis ⁊ gratiaꝝ acti
onis: ut ſit curialis ⁊ referat gratias
bene factoꝛi. Sed dicit yſa.xxvi. In
dulſiſti genti domine indulſiſti gen
ti.ſcilicet remittendo culpam ⁊ pe
nam. Coꝛrectionis verbū:ut coꝛrigat.
Sed multi ſunt qui derident. Unde
Ihere.ix. ¶ Uir fratrem ſuū deride
bit ⁊c̃ Inſtructionis:quo inſtruat ig
noꝛantem.ſed dicitur treno.i. ¶ Par
uuli pecierūt panem ⁊ non erat qui
frangeret eis. Hec ſunt quinqꝫ verba
que apoſtolꝰ vult loqui in eccleſia.p̄.
Coꝛ.xiiij.tria ad deu3: ⁊ duo ad pro
ximum.

¶ Eodem die.
Sermo.xlv. de euangelio.

Cum immundus ſpiri
tus exierit ab homine ⁊c̃.
Tria notantur in hac para
bola. Pꝛimum eſt maligni ſpūs per
pēnam expulſio cū dicit. Cū immun
dus ſpūs exierit ab hoīe. Secundu3
eſt perfectoꝝ grauis temptatio cum
additur. ambulat per loca inaquoſa
querens requiem ⁊c̃. Terciū eſt im
perfectoꝝ periculoſa recidiuatio:cū
ſubditur. Tunc vadit ⁊ aſſumit ſeptē
alios ſpūs nequioꝛes ſe ⁊c̃. Malignꝰ
ſpūs immundus dicitur ꝓpter tria
Pꝛimo ꝓpter immundiciā ꝓpꝛie ini
quitatis ad odiū:ut perpetuo odire
tur a deo. Unde dicitur eccleſiaſtici
.xxviij. ¶ Repleti ſunt interioꝛa tua
iniquitate :⁊ peccaſti.ſ.peccato ſuper
bie:⁊ eieci te de monte ſancto dei. id
ē de celo empirreo tanꝙ lepꝛoſum.⁊
perdidi te.i. perpetuo damnaui te o
cherub de medio lapidū ignitoꝝ.ſc3
de conſoꝛtio angeloꝝ.
¶ Secundo ꝓpter immundiciā ſugge
ſtionis.qꝛ feda ⁊ immunda ſuggerit.
Unde dominus ait leui.xv. ¶ Doce
bitis filios iſrahel ut caueant immū
diciā.⁊ nō moꝛiant̄ in ſoꝛdibꝰ ſuis:
cū polluerint tabernaculū meum.ſ.
coꝛ ꝓpꝛium in quo ego habito. Dya
bolus eñ ↄtagioſus eſt ad modu3 le
pꝛoſi.qꝛ ſtatim inficit coꝛ humanu3:
cū ſe ei applicuerit per ↄſenſum. Un
de alibi oꝛat eccleſia. Da queſumus
dn̄e populo tuo dyabolica vitare cō
tagia ⁊c̃.
Tercō ꝓpter immundiciā hītationis
qꝛ nō habitat niſi in immūdo loco.i.
exn̄te in moꝛtali peccato ad ſimilatio
nem vpupe que nidificat in ſtercoꝛe
Unde demōes dicūt dn̄o math.viij
¶ Si eiicis nos hic mitte nos in gre
gem poꝛcoꝝ. Exijt aūt ab hoīe per
ſacramenta eccleſie.⁊ primo per bap
tiſmū in quo remittit̄ oꝛigiale pc̄tm̄
Un̄ in exoꝛ3iſmo pueri ſacerdos ad
iurat dyabolu3 ut exeat ⁊ recedat ab
eo. ſed repetit hītaculū ſuū cu3 puer
labit̄ in moꝛtale pc̄tm̄. Secundo

expellitur ab hoīe per penitentiam. Unde dominus ait Joh .xi. ¶ Nūc .i. in tempore gratie .⁊ ſpecialiter in tempore quadrageſime. iudicium eſt mundi. ꝙ peccatores in foro pñie iudicant ſemetipſos. in quo iudicio cōueniunt quaſi quinqȝ perſone. ſ. ↄſcia accuſans. memoria teſtificans. ratio ↄdemnans. timor ligans. dolor crucians, ut quaſi quidā ſanguis aīe per lacrimas effluat. ⁊ tunc dyabolꝰ qui principabatur in hoīe: eijcitur foras Unde ſequitur ¶ Nunc princeps mūdi huiꝰ eijcitur foras. vbi dicit bernardus. Cum humiliter ↄfitenti remittit deus peccata: dyabolus eū quē in hoīs corde inuaſerat amittit principatū. De hac eiectione ait abbacuc vlti. ¶ Egredietur dyabolus ante pedes eiꝰ. qđ tunc impletū eſt cum ad pedes dñi peccata remiſſa ſunt magdalene. ⁊ impletur quotidie cū peccator ↄpungitur ad pedes predicatoris vel ſacerdotis qui dicuntur pedes dñi ꝙ in eis dñs graditur ⁊ quodammodo geſtatur. Unde deutro. xxx. Qui appropinquant pedibꝰ eius: accipiet de doctrina illius. Valde formidat hos pedes dyabolus. Unde de piſce qui voluit thobiā deuorare dicitur thobie. v. ¶ Palpitare cepit ante pedes eius. Piſcis ille deſignat dyabolum. thobias xp̄m. pedes eiꝰ ſunt predicatores ⁊ ſacerdotes. ſicut dictū eſt

¶ Legitur ꝙ in monaſterio cluniacen. cuidā fratri infirmo terribilis equus apparuit: qui poſterioribus pedibus caput eius ⁊ faciē ↄquaſſabat. Cumqȝ ille clamaret. o fratres ſuccurrite. remouete a me ꝓ dño illū maximum equū qui calcibꝰ ſuis me conquaſſat: acceſſit ad eū abbas. ⁊ cū queſiſſet cauſam clamoris. ille quaſi digito oñdebat equū qui ſe ↄtinue infeſtabat. Tunc abbas aqua benedicta locū illum aſperſit: ſed nihil ei ꝓfuit. Tandem hortatus eſt eū ad cōfeſſionem. ⁊ cum ille inciperet confiteri: liberatus eſt ab infeſtatione equi. ſed aſtitit ad caput eiꝰ dyabolꝰ in ſpē viri. ⁊ interrumpebat ↄfeſſionem illiꝰ Ad quem ↄuerſus frater infirmus ait. Quid me impedis. quid verba mea intercidis. aut dic quod volo dicere. aut me dicere ſine. Cumqȝ interrogaretur ab abbate: cur ſic loqueretur: ait. Ecce quidam vir ꝓrius ignotus dicit omnia mala que geſſi. ſi ſic ea narrat ut verba mea ꝓferre non ſinat. Vera dicit: ſed me loquentē impedit. Abbas ſuſpicans illum eſſe dyabolū: hortabatur fratrem plene et perfecte omnia confiteri. Tandem cōfeſſione terminata ⁊ abſolutōe percepta: ab omni impedimento liber fuit. ⁊ aliquantulū ſuperuiuens vitam in pace finiuit.

Sequitur de temptatiōe perfectorum

¶ Ambulat per loca inaquoſa qrens requiem ⁊ nō inueniens. Loca inaquoſa ſunt viri perfecti qui licet interius vireant humore gratie: arent tamen exterius a fluxu culpe. Dicuntur aūt aridi ꝓpter quatuor.

Primo ꝓpter maceratōem carnis Unde iob. xxxiij. ¶ Conſumpta eſt caro eius a ſupplicijs. i. carnalis concupia pñe diſciplinis. Idem. viij. ¶ Cutis mea aruit ⁊ ↄtracta eſt.

Scđo ꝓpter ↄtemptū ↄcupie mūdialis Apo. xvij ¶ Meretrix. i. vanitas ſecularis ſedet ſuper aquas multas. Ab

Dñ̄ 3ᵃ xl̄ᵉ

D

hijs ardua erat heſter: ꝙ dicebat. Tu ſcis domine ꝙ abhominer ſignuꝫ ſuperbie ⁊ glorie mee quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtenſiōis mee ⁊ deteſter illud quaſi pannum menſtruate.

Tercio ꝓpter feruorem caritatis. Unde dominus ait Job. xxx. ¶ Oſſa mea aruerūt pre calamitate. Oſſa ſunt fortes viri in corpore eccleſie: qui zelo caritatis ⁊ feruore ꝯpaſſionis inflāmātur ad infirmitateꝫ puſilloꝝ. Unde ij. coꝛ. xi. ¶ Quis infirmatur: ⁊ ego nō infirmor ⁊c̄.

Quarto ꝓpter ignem tribulationis: quo frequenter examinat̄ a deo. Unde treno. i. ¶ De excelſo miſit ignem in oſſibus meis: ⁊ erudiuit me. Per hos dyabolus ambulat: cum temptādo ad eos appropinquat. Ubi nota ī hoc differentiā bonoꝝ angeloꝝ et maloꝝ. Boni em̄ dicūtur volare ꝓpter velocem diſcurſum ſpūalis potentie: quo ſubito ſunt quo mittuntur. Mali aūt dicuntur ambulare ꝓpter grauedinem malicie ſue. ꝙ nō ſine labore faciunt quod intendunt. Aliter aūt ambulat ſpūs malignus per bonos. ⁊ aliter per malos: per bonos tēptando ⁊ aditū querendo. per malos incuruando ⁊ ꝯculcando. Unde hoī peccanti dicit pſa. li. ¶ Poſuiſti in terram corpus tuū: ⁊ quaſi viam tranſeuntibus. Job. xx. ¶ Uadent ⁊ veniēt ſuper eum horribiles. Temptat aūt bonos quatuor modis.

Primo explorando ad modū milui pullos circūuolantis: ſeu lupi ouile circūeuntis. vel leonis feras luſtrantis. ꝯſiderando ꝯſuetudines ⁊ cōplexiones eoꝝ. ⁊ oportunitates locorum.

E

temporꝝ ⁊ euentuum ut aliquem aditum valeat inuenire. Unde pri. pet. vlti. ¶ Aduerſarius veſter dyabolus tanꝗ leo rugiens circuit querēs quē deuoret.

Secundo inſequendo: cū moueri eos primis motibus deprehendit ad modum canis leporarij pertendētis os ſuum ad capiendā predam. Unde pſal. ¶ Captabant in aīam iuſti.

Tercio ſuggerendo in ymaginatōne ad modū pictoris. Imagines reruꝫ delectabiliū imprimit. quod miro ⁊ ineffabili modo ſcit ut ad ꝯcupiſcendum ſenſualitatem alliciat. Unde legitur Nume. xxv. ꝙ madianite ornauerunt filias ſuas ⁊ in ꝯſpectu filiorum iſrahel poſuerunt eas. Ita ⁊ demones concupiſcibilium reꝝ ymagines obijciunt nobis.

Quarto modo temptat eos: aliquando prauam ꝯcupiſcentiā accendēdo. Frequenter em̄ nobis cōcupiſcentia mala ſine dyabolo oritur: ſed orta libenter ut creſcat auxiliatur. Unde ait dominus pſa. liiij. ¶ Ego creaui fabrum ſufflantem igni prunas. Sed nō inuenit in eis requiem. ꝙ multipliciter inquietant eum.

Primo gemitu ꝯpunctionis ad modum paruuli plorantis in nocte qui nō ſinit aliquē hoſpitem in domo requieſcere. Ita ⁊ iuſti in nocte gemūt ꝓ peccatis ſuis ⁊ alienis. Unde pſa. xxij. ¶ Recedite a me amare flebo. nolite incumbere ut ꝯſolemini me ſuper vaſtitate filie populi mei. Job. ij. Nemo loquebat̄ ei verbum. Uidebant em̄ dolorem eius eſſe vehementē.

Secundo clamore orationis ad modum hoīs bene cuſtodientis caſtruꝫ

domini ſui: qui tota nocte vigilat et
clamat. ⁊ ſi aliquod periculum videt
excitat alios ad ſuccurſum Unde. iij.
Regū. xxij cum principes ſyrie impe
tu facto pugnarent circa ioſaphat ex
clamauit ⁊ ceſſauerūt ab eo. Pſalmiſ.
Clamauerunt iuſti ⁊ dominus exau
diuit eos .

Tercio ſtrepitu nocturni laboris. ſi
cut fit in domo pauperū. ⁊ in officijs
artificum: qui labore manuū acqui
runt ſibi victum diurnum. Unde. ij.
cor. vlti. ¶ Si quis nō vult operari
nō manducet. Iheronimꝰ. Semper
aliquid operis facito: ne te dyabolus
inueniat ocioſum. Hijs tribꝰ modis
iuſti dyabolum in ſe ⁊ in alijs inquie
tant. Unde de eis dicit Iob. iij. Qui
parati ſunt ſuſcitare leuiathan. Ecō
trario requiem habet in reprobis.
Unde iob. xl ¶ Sub vmbra dormit
.i. ſub prauo prelato. obſcuro per im
prudenciam . frigido per deſidiam.
inani per negligenciam. De quo do
minus Lu. xiij ¶ Ut quid etiam ter
ram occupat. In ſecreto calami. i. in
corde religioſi ſtridulo per frequen
tiam diuine laudis. foris nitido: ſpe
cie ſanctitatis. intus vacuo ex carētia
ſolidi veritatis. fragili ex infirmitate
nature. tenui ex neceſſitate pauperis
pfeſſe. agili in inconſtantie leuitate.
De quo. iij. Regum. xij. ¶ Percutiet
dominus iſrahel : ſicut moueri ſolet
arundo in aqua. In locis humenti
bus. i. in labijs detractorū. in ventri
bus guloſorū. in pudendis luxurioſo
rum. Unde eccleſiaſtici. xxix. ¶ Ecce
ego ad te draco magne: qui cubas in
medio fluminum tuorū.

Sequitur de recidiuatōne imperfe
ctorū. Tunc dicit. reuertar in domū
meam vnde exiui. Ecce q̄ a quibuſ
dam dyabolꝰ ad tempꝰ ſe ſubtrahit:
ut deinde rediens grauiꝰ eos preci
pitet ad modū arietis parietē diru
entis. Unde ait ꝓpheta ad regē iſra
hel. iij. Re. xx. ¶ Uade ꝯfortare ⁊ ſci
to: ⁊ vide quid facias. ſeq̄nti āno rex
ſyrie aſcendet ꝯtra te. vnde ſequitur.
⁊ veniens inuenit eam ſcopis mūda
tam: a priſtinis vicijs per ſacramen
tum ꝯfeſſiōis Unde yſa. xiiij. ¶ Sco
pabo eum in ſcopa. i. in pnīa. Unde
quidam prudens ait. Nō ceſſat dya
bolus iactare ſordes in domū men
tis. ⁊ ſi neglexeris per morā tempo
ris replebitur ſordibus. nec de facili
poterit emundari. vnde quotidie ſol
licitus eſto ſordes eijcere. Et ornatā
inſtructionibꝰ ⁊ preceptis. Unde ec
cleſiaſti. xvi. ¶ Ornaui te ornamento
⁊ dedi anulos in manibus tuis. Ali
us euangeliſta addit tercium. ſcilicē.
inuenit eam vacantē: per negligentiā
⁊ torporem. ⁊ hec eſt cauſa recidiua
tionis. Unde iob. xxvi. ¶ Qui exten
dit aquilonem. id eſt dyabolū ſuper
vacuum id eſt ſuper cor ocioſum tan
q̄ ſuper lectum ſuum. Tunc vadit ⁊
aſſumit ſeptem alios ſpūs nequiores
ſe ſecum. ⁊ ingreſſi hītant ibi. ecce pe
riculum recidiuationis. Septē ſpūs
iſti ſunt ſeptem nequicie : que conſi
derantur in peccati recidiuatione .
Unde de hoc dicitur prouerbiorū
viceſimoſexto ¶ Septē nequicie ſunt
in corde illius.

¶ Primus ſpiritus eſt fractio federis
dominici. q̄ ꝓmiſit deo firmiter nō
peccare de cetero . Duobus namq̄
modis inierunt filij iſrahel fedus

h

cuꝫ domino.ſ.in ſanguine ⁊ in aqua
De primo habetur Exodi.xxiiij.
De ſcdo .i. Reguꝫ.vij. Ita ⁊ nos du
obus modis fedus inimus cum illo
Primo in baptiſmo qui effectuꝫ ha
bet ab infuſione ſanguinis criſti.
¶ Scdo in penitencia in qua effunde
mus aquam cordis noſtri. vtrunqꝫ
autem frangit peccatum. vnde pſal
miſta ¶ Auerterunt ſe ⁊ non ſeruaue
runt pactum. Jeremie.xxxiiij. Non
obſeruauerunt verba federis.
Scdꝰ ſpiritus eſt ſubſannatō miſeri
cordie dei.conſecutam nanqꝫ indul
genciā non diligenter ſeruare quid
eſt niſi miſericordem dñm deridere
Unde Job.xxx. ¶ Nunc autem deri
dent me iuniores temporis.ſ. homi
nes qui ſunt in tempore gracie qui
magis grati deberent deo eſſe. vnde
verſa vice ſubſanabit eos dominus
in futuro.ſicut ait pſalmiſta. ¶ Qui
habitat in celis irridebit eos viles ⁊
miſeros oſtendendo. ⁊ dominus ſub
ſanabit eos tanqꝫ dformes abiciēdo
Tercius eſt crudelitas ſui in renoua
tione veteruꝫ cicatricum. vñ pſalmi
ſta. ¶ Putruerunt per praua deſide
ria. ⁊ corrupte ſunt per peruerſa ope
ra. cicatrices mee.i. iniquitates iam
remiſſe .a facie inſipiencie me. Uere
magna inſipiencia eſt ſeipſuꝫ gladio
appetere.letiferū qꝫ eſt vulnera pre
terita renouare. vñ yſidorus. vulnꝰ
iteratum tardius ſanatur .
Quartus eſt perditō creatoris. quia
dyabolum in corde recipit ⁊ criſtuꝫ
de habitatione ſua proicit. Unde da
uid conſuluit dominū dicens .i. Re
gū.xxiij. ¶ Si tradent me viri ceyle
in manu ſaul. ⁊ ait dñs. tradent .

i

Quintꝰ eſt ingratitudo bñfactoris
vñ Job. viij ¶ Inſtauras teſtes tuos
ꝯtra me. qui ſcdm Bernhardū tres
ſunt.ſ. virtꝰ corporis. ⁊ vſus tēporis
⁊ ſuper oīa ſanguis dilecti filij ſui.
qui clamat de terra ⁊ ad cumulū cō
fuſionis arguitur mala reddiſſe pro
bonis. Sextus eſt iteratio domi
nice paſſionis. vnde ad hebreos. vi.
¶ Ruꝛſus crucifigētes ſibimetipſis
filium dei ⁊ oſtentui habentes. Pri
mo nanqꝫ circundat eum turba ma
larū cogitationū. ſꝫ iudas oſculo pro
dit eū.ſ. cogitatio future confeſſiōis
q̄ ſuadet hoī peccare. qꝛ poterit. ⁊ pꝰ
modum penitere. ⁊ ita peccat in ſpe.
Scdo flagellant ⁊ illudūt ymagine
turpiū delectationū. vñ pš. ¶ Poſu
erunt me abhominationem ſibi
Tercō crucifigunt linguis.i. cōſenſu
cordis in ꝓpoſito peccandi tandē af
figūt. patibulo in perpetratione ma
li. ⁊ ſpecialiter caput ipſius pungunt
in perſecutione prelatorum. manus
in perſecutione miniſtrorum. ſcilicet
ſacerdotuꝫ. pedes in perſecutiōe pau
perum. latus in perſecutione contem
platiuorum. a quibus prodire debꝫ
ſanguis paciencie. ⁊ aqua clemencie
Septimus eſt contriſtatio ſpiritusſā
cti. ⁊ per conſequens letificatio dya
boli. De primo habetur ad Epheſi
os quarto ¶ Nolite contriſtare ſpir
itum. ſcilicet dei in quo ſignati eſtis i
die redemptionis
De ſecundo habetur Ozee ſeptimo.
¶ In malicia ſua letificauerunt re
gem ſuum. id eſt diabolum. qui exul
tat in dceptione peccatoris dicens
Preualui aduerſus eum. ⁊c.
Item legitur de quodam heremita

ꝙ cũ omibꝰ polleret virtutibus. ce
pit intra ſe inaniter gloriari. ad quē
nocte venit diabolus in ſpecie mulie
ris flens ⁊ dicens ſe a beſtijs deuo-
randam niſi hoſpicio ſuſciperet eā.
que ſuſcepta diuerſis eū inflixit blā
dicijs. ⁊ induxit ꝙ ille tetigit mem-
bra eius omnia ſigillatim. ⁊ cum la-
tus inclinaret vt ei fede commiſcere
tur euanuit deridens eum. ⁊ multi
tudo demonū exclamauit. O mona
che. qui te vſq; ad celos extollebas. q̄
modo dimerſus es in infernum. Di
ſce. quia qui ſe exaltat humiliabitur.
Tunc ille deſperans ⁊ erubeſcens fa
ciem aliorum reuerſus eſt ad ſeculū
omni ſe impudicicie mancipauit.
Rogemus igitur clemenciam criſti
vt ipſe qui a magdalena eiecit ſeptē
demoīa. nos ab iſtis nequiſſimis ſpi
ritibus dignetur miſericorditer libe
rare. Amen

Dominica Letare
Epiſtola ad Galatas. iiij.

Fratres ſcriptum eſt
enim quoniam abraham
duos filios habuit. vnum
de encilla. ⁊ vnum de libera. Sed q̄
de ancilla. ſcd̄m carnem natus eſt
Qui autē de libera per repromiſſio
nem. Que ſunt per allegoriam dicta
Hec enim ſunt duo teſtamenta. vnū
quidem in monte ſyna in ſeruitutem
generans que eſt agar. Syna enim
mons eſt in arabia qui coniunctus
eſt ei que nunc eſt iheruſalem ⁊ ſer-
uit cum filijs ſuis Illa autem que
ſurſum eſt iheruſalem libera eſt que
eſt mater noſtra. Scriptum eſt enī
Letare ſterilis que non paris. Erū
pe ⁊ clama que nō parturis. ꝙ mul-
ti filij deſerte magis quam eius que
habet virum. Nos autem fratres ſe
cundum iſaac promiſſionis filij ſu-
mus. Sed quomodo is qui ſcd̄m car
nem natus fuerat perſequebatur eū
qui ſcd̄m ſpiritum Ita ⁊ nunc. Sed
quid dicit ſcriptura. Eijce ancillam
⁊ filium eius. Non enim heres erit
filius ancille cum filio libere Itaq;
fratres non ſumus filij ancille. ſed li
bere. qua libertate liberauit nos xp̄s

Euangelium. Johannis. vi

In illo tempore. Abiit ihe
ſus transmare galilee. quod eſt tiberi
adis. ⁊ ſequebatur eum multitudo
magna. quia videbant ſigna que fa
ciebat ſuper hijs qui infirmabant̄.
Subijt ergo iheſus in montē ⁊ ibi
ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat au
tem proxmū paſcha dies feſtus iud
orū. Cū ergo ſubleuaſſet oculos ihe
ſus ⁊ vidiſſet. ꝙ venit multitudo ma
xima ad eum. dicit ad philippū. vn
de ememus panes ⁊ manducent hij
Hoc autem dicebat temptans eum
Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturꝰ
Reſpondit ei philippus. Ducentoꝝ
denariorum panes non ſufficiūt eis
vt vnuſquiſq; modicum quid accipi
piat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eiꝰ.
andreas frater ſymonis petri. Eſt
puer vnus hic qui habet quinq; pa
nes ordeaceos. ⁊ duos piſces Sed
hec quid ſūt inter tantos. Dicit ergo

iheſus. Facite homines diſcumbere Erat autem fenum multū in loco Diſcubuerunt ergo viri numero q̄ ſi quinq̄ milia. Accepit ergo iheſus panes ꝛ cum gracias egiſſet diſtribu it diſcumbentibus. Similiter ꝛ ex piſcibus quantum volebant. Ut au tem impleti ſunt dixit diſcipulis ſuis Colligite que ſuperauerunt fragmē ta ne pereant. Collegerunt ergo ꝛ i- pleuerunt duodecim cophinos fra gmentorum et quinq̄ panibus ordē aceis ꝛ duobus piſcibus. que ſuper fuerunt hijs qui manducauerant Illi ergo homines cum vidiſſēt q̄d fecerat ſignum dicebant. Quia hic ē vere propheta qui venturus eſt in mundum

¶ Dominica Letare

¶ Sermo quadrageſimuſſextus. de officio diei.

Letare Iheruſalem. Verba iſta ſumpta ſunt yſa ie vltimo. In quib9 hodie nobis quatuor gaudia nunciantur.

¶ Primum gaudium eſt de contemp latōne felicitatis eterne cum dicitur Letare iheruſalem

¶ Scdm eſt de vnitate preſentis eccle ſie cum ſubditur. ꝛ conuentum faci te omnes. ꝛc̄

¶ Tercium eſt de peccatorum conuerſi one cum adiungitur. Gaudete in le ticia qui in triſticia fuiſtis.

¶ Quartum de vbertate gracie cū cō concluditur. vt exultetis ꝛ ſatiemi- ni ab vberibus conſolationis.

Contemplans igitur hodie preſens eccleſia ſuperne matris gaudia quaſi de longe ſalutat eam ꝛ dicit. Letare iheruſalem. ꝛc̄. Qualis autem ſit illa iheruſalē. apoſtol9 oſtendit qui dicit. Illa autem iheruſalem que ſurſum eſt libera eſt: que eſt mater noſtra. In quibus verbis tangit quatuor bona eccleſie. triumphantis que ſunt. Pacis viſio. Altitudo. Li- bertas ꝛ Caritas.

¶ Primum notatur in hoc ꝙ ait Illa iheruſalem. quia ibi eſt pax ſuper pa cem. In hac enim vita poteſt au- diri vel odorari. vel guſtari pax. nō autem videri Audiunt pacem inci- pientes qui ad huc vicijs ꝛ concupi ſcencijs reluctantur. De quibus dici tur ſecundo Paralipominon quin- decimo ¶ Non erat pax ingredienti ſcilicet in conſcienciam ſuam propter delectationem mortiferā ex memo ria peccatorum. ꝛ egredienti. ſcilicet ad cunſiderationem exteriorum pro pter importunitatem temptationū que ſe ingerunt per portas ſenſuum De quo dicitur. Jeremie nono ¶ Aſ cendit mors per feneſtras noſtras. ingreſſa eſt domos noſtras. Unde dicitur Canticorum octauo. ¶ Neq̄ introeuncium exeunti erit pax pre tribulatione. Odorant pacem. profici entes qui in meditatione illius iugi ter recreantur dicentes Canticorum primo ¶ Curremꝰ in odore vnguē- torū tuorū. i. in fide ꝛ ſpe eternorū bonorū q̄ ſup oia vngueta redolent Job. ix. ¶ Pertranſierunt q̄ſi naues poma portantes. quorum. ſcꝫ odore recreantur naute. Dicit Solinus ꝙ q̄dam gens eſt meridia. q̄ ſolo viuit odore pomorū. ꝛ ió q̄cunq̄ pergūt ea ſecū deferūt. q̄ mox vt fetorē ſēti- ūt moriūt̄. guſtāt pacē pfcti ꝛ duoti

C

ſic pſ qui dicebat Guſtate ⁊ vide
tete q̄m ſuauis ē dn̄s. videt aūt pacē
ſoli ſuperni ciues. qui veruȝ ſalomo
nem facie ad faciem ſpeculantur. vn̄
Iſaias. xxxij. ¶ Sedebit populꝰ me
us in pulchritudine pacis ⁊ in taber
naculis fiducie. ⁊ in requie opulēta
ꝙ ibi eſt pax ab hoſte. ſecuritas de e
ternitate. requies a labore. Scd̄m
notatᵉ cū ait. que ſurſū eſt. ſ. in empyr
reo. qui eſt vltimꝰ ⁊ nobiliſſimus lo
cus ſanctorum ſpirituuȝ. ⁊ corporū
ſpiritualiuȝ. ⁊ denominatur ab igne
propter ſplendorem tm̄ ꝙ ita eſt lu
cidū ꝙ nullo modo poſſibile adifla
mandum. vnde Baſilius Intercidit
dominus flammā ignis. quia ſplen
dor eſt in celo ⁊ ardor in inferno. ⁊
ob hoc dicimus in miſſa. Surſum
corda. nec loco tantum ſurſum eſt. ſꝫ
etiam comprehenſione. Bernardus
Cogita quicquid vis. quicquid po
tes exopta. excedit cogitatū. ⁊ exſupe
rat deſideriū illa felicitas. illa eterni
tas. illa britudo. d̄bemꝰ aūt illuc fre
quenter aſcendere cogitationibus ⁊
affectionibus. Unde legitur Iudi
cum. xviij. ꝙ filij Dan miſſi ſunt ad
explorandum terram. per quos deſi
gnantur bone cogitationes quas ra
tio mittit ad explorandum paradiſū
redeuntes dicunt. vidimus terram
valde opulentam ⁊ vberem. nolite
negligere. nolite ceſſare. eamus ⁊ poſ
ſideamus eam. nullus erit labor.

Tercium notatur cum ait. libera eſt
quia ibi eſt libertas omnimoda a ne
ceſſitate rerum huius mundi. ab im
pugnatione demonum ⁊ viciorum
a miſeria corporū que corrumpuntᵉ

D

quotidie. ⁊ ob hoc indigēt multipli
ci ſeruitute Unde dicitur yſaie xiiij.
In die illa cum requiem dederit ti
bi deus a labore tuo. ⁊ a confuſione
tua. ⁊ a ſeruitute dura qua ante ſer
uiſti. ſumes parabolam iſtaȝ ⁊ dices
Quōmodo ceſſauit exactor. id eſt di
abolus qui emit tributū viciorum.
Quartum notatur cum ait. Que eſt
mater noſtra. quia ibi caritas perfe
cta. tantum eniȝ quiſqꝫ gaudet de al
terius bono quantuȝ de ſuo. quia tā
tum diligit proximum quantum ſe
ipſum. ⁊ ſupra omnia deuȝ. vt nihil
retardet ab amore dei vel proximi.
Item tanta eſt vniformitas volun
tatum vt omnes velint quod vnus
vult. ⁊ voluntas omnium ſit vnius.
Unde dicitur Iob viceſimoquinto
¶ Qui facit concordiam in ſublimi
bus ſuis. Ad hanc ergo pacem. alti
tudinem. libertatem. ⁊ caritatem. ſu
ſpirās eccleſia militans applaudit ec
cleſie triumphanti. que iam fruitur
illis bonis ⁊ ait. Letare iheruſalem.
Unde etiam dicit Bernardꝰ. Quo
uſqꝫ odoramus ⁊ non guſtamus. pro
ſpicientes patriam. ⁊ non appreben
dentes. ſuſpirantes ⁊ de longe ſalutā
tes. O veritas exilium patria. exilij
finis in deo reſinit non ſinor intra
re carne retentus. nec ad hoc dignꝰ
eſt. ¶ Hoc totum figuratum eſt ter
cio Regum decimo. Ubi dicit ꝙ re
gina auſtri. ſcilicꝫ habitatrix ⁊ domi
na calidi regionis venit audire ſapi
enciam ſalomonis. Hec eſt quelibet
fidelis anima deſiderio videndi ve
rū ſalomonē ſuccenſa Que vidēs om
nē ſapienciā ſalomonis. ſ. magitudiȝ

E

⁊ diſpoſitionem creaturarum. ⁊ do
mum quam edificauerat. ſ. patriam
celeſtem. De qua Baruch. iiij. ¶ O
Jſrabel quam magna eſt domus di
ꝛc. ⁊ cibos menſe ei⁹. qui ſunt cogni
tio ⁊ dilectio ⁊ fruitio. quib⁹ paſcit
bonos in regno. ⁊ habitacula ſeruo
rum. ſ. diuerſitates manſionum cele
ſtium. veſtes eorum. ſ. dotes corpo-
rum. non habuit vltra ſpūm. id eſt
pre nimia ammiratione. ad ſpiritus
ſcꝫ defectum deuenit. quia ſicut ait.
Gregorius Niſi quis a ſemetipſo de
ficiat ad deum qui ſupra ipſum eſt
non appinquat. Ad hoc autem vt ad
illam pacem conſcendere mereamur
neceſſaria eſt nobis vnitas. qꝛ ſic ait
apoſtolus Corinthiorū. ix. ¶ Unus
accipit brauium. id eſt vnitas electo
rum. Unde ſubditur. ⁊ conuentum
facite omnes qui diligitis eam. Jn
vnitate fidei ⁊ caritatis conuenien-
tes. Eſt enim eccleſia ad modū ma
li punici in quo multa grana ꝓpriis
cellulis. pulchra ordinatione diſtin
cta ſub vno cortice continentur. gra
na ſunt ſingule perſone. cellule ſunt
eccleſie. cortex eſt vna fides. que per
dilectionem operatur. vñ ad Corin
thios. ij ¶ Totū corpus per nexus ⁊
iuncturas ſubminiſtratum ⁊ conſti
tutum creſcit in augmentum dei.
Prima eſt colligatiua miſtici corpo
ris fides. que membra eccleſie iūgit
⁊ conſtruit. ¶ Scđa eſt caritas que
quaſi meritorū vinculis totum cor-
pus nectit. ⁊ ſenſum ⁊ motum mem
bris ſingulis ſubminiſtrat. corp⁹ au
tem ſic iunctum ⁊ connexum creſcit
in augmento dei. ſ. meriti ⁊ premij.
ſicut oſtendit pſalmiſta. Qui cum in

F

cem dolentis emiſit ſicut alij homĩes
Sapiencie. vij. ¶ Primam vocem ſi
milem omnibus emiſi plorans.
Scd̃o ex voluntaria pietate feruorẽ
caritatis oſtendit: Johannis. vij.
Stabat ibi ⁊ clamabat.
Tercio ex diuinitatis poteſtate aĩam

eduxit ab inferno. Joh. xi.
Quarto ex illata ſibi paſſiōe vehemē
tiam doloris expreſſit. Nota q̄ ſep
ties in cruce clamauit. Unde in pſal.
Afferte dn̄o filij dei. ſepties repetit
vox dei.
Prima eſt vox domini ſuper aquas.
ſcilicet populum iudeoꝝ quibus pre
dicauit per ſemetipſum: ſed idem de
us maieſtatis ſedens ad dexteram pa
tris intonat minori clamore per a
poſtolos ſuper aquas multas. ſcilicet
populum gentilium. quia in omnē
terram exiuit ſonus eorum. Clamor
dei exprimitur impulſu minoꝝ. Sꝫ
apoſtoloꝝ clamor impulſatione ſum
moꝝ. Hec eſt vox deſiderij humane
ſalutis. Joh. xix. ¶ Sitio. vbi dicit ex
poſitor. Domine quid ſitis ergo: ut
amplius cruciat ſitis q̄ crux. de cru
ce ſiles. ⁊ de ſiti clamas. ſitio. q̄uid. no
ſtram fidem. noſtram ſalutē. noſtrū
gaudium: dū plus animaꝝ noſtraꝝ
q̄ corporis mei cruciatus metem. et
ſi non tantum ſalutem miſerere mei.
mi. Bis autem ſitiſſe legitur.
Primo ſuper fontem.
¶ Secundo in cruce. q̄ duo ſitit in no
bis Aquam. id ē lacrimas compūcti
onis. De qua. iij. Regum. xviij ¶ Da
mihi paululum aque. ⁊ vinum. i. fer
uorem deuotionis. De quo Joh. ij.
¶ Tu ſeruaſti bonum vinum vſqꝫ ad
huc. Sed multi ꝓpināt acetum vetu
ſte ꝯuerſationis. fel amare ꝯtentōis.
mirram coacte maceratōnis. Primū
dant ei ſenes obſtinati. De quib9 Jo
hānis xvi. ¶ Ruge mee teſtimoniū
ꝯtra me dicunt. q̄ ipſa etas a peccato
debet retrahere. Secundū dant
odio pleni. ⁊ inimicicie dediti. De q̄
actuum. viij. ¶ In felle amaritudis
⁊ obligatione iniquitatis video te eē.
Tercium dant pauperes inuiti ⁊ que
ruloſi. De quibus Jhere. xvij ¶ Du
plici ꝯtritione ꝯtere eos
Secunda eſt vox domini in virtute.
Hec eſt vox caritatis cum orat pro in
imicis Luce. xxiij ¶ Pater dimitte il
lis. neſciunt enī quid faciunt. Ubi di
cit bernard9. Mira res. iudei clamāt
crucifige: ſed xp̄us ignoſce. magna il
lorum iniquitas: ſed maior pietas tu
a. dicit. quoniam multus eſt ad igno
ſcendum. O caritas patiens ⁊ ꝯpatiēs
expectans. ſuſtinens ⁊ trahēs ⁊ addu
cens. caritas nō irritatur: ſed depreca
tur. Legitur in euangelio nazareoꝝ
q̄ ad hanc vocem multa milia iude
orum aſtantium circa crucem credi
derunt ⁊ intelliguntur fuiſſe illi qui
conuerſi ſunt ad predicatōnem petri
poſt aduentū ſpiritus ſancti
Tercia eſt vox domini in magnificē
cia. Hec eſt vox largitatis cuꝫ dixit la
troni. Hodie mecum eris in paradi
ſo. id eſt in quiete ⁊ gaudio. quia ſicut
ait ambroſius. Uita eſt eſſe cum xp̄o.
Nam vbi xpriſtus eſt ibi regnū. Nō
eſt igitur putandum q̄ anima latro
nis tranſlata ſit in paradiſuꝫ terrenū
vel aſcendit in paradiſum angelicuꝫ:
ſed per triduum ille creditur fuiſſe
cum xpriſto in limbo. Vere magni
ficus fuit xpriſtus huic latroni. qui
a factus eſt ei ſapientia. iuſticia. ⁊ ſan
ctificatio. ⁊ redemptio. prima ad Co
rinth. primo. Sapientiam enim ha
buit. quia per fidem illuminabatur:
⁊ xpriſtum deum eſſe cognouit. Ju
ſticiam habuit. quia latronem blaſ
phemum per caritatem corripuit. ⁊

ſeipſum per penitentiam accuſauit.⁊
innocentiam xpiſti fideliter predica
uit. Sanctificationem habuit.quia
per fidem ac dilectionem xpiſtum
orauit dicens. Memento mei domi-
ne dum veneris in regnum tuum.
Redemptionem habuit.quia parti-
cipium ſalutis obtinuit. ſicut domi9
ait. ¶ Amen dico tibi.hodie mecum
eris in paradiſo. D. ꝙ diues eſt omni
bus inuocantibus eum. Plus tribu
it ꝙ rogabatur .⁊ citius. Jlle petijt.
Memento mei: ſed dominus cõtulit
amplius dicens.mecum eris in para
diſo. Jlle dixit.dū veneris in regnū
tuum.ſed dominus ait.hodie ⁊c̃.
Bernardus. Pulcherrimum affec
tum dicit conuerſationis exemplum
quia concito latroni venia relaxatur
⁊ vberior gratia datur prima predi-
catio ſemper plus ꝙ rogatur.

Quarta eſt vox domini confringen-
tis cedros.ſcilicet duriciam laycoruꝫ.
⁊ confringet dominus cedros libani
ſcilicet duriciam clericorum.eo ꝙ cõ
paſſionis ſpiritu carent.cum illic de-
berent paſſeres nidificare.id eſt pau
peres xpiſti refrigerare. Et commi
nuet eos tanꝙ vituluꝫ libani. Sicut
virginis filius in ara crucis immo-
latus:compaſſus eſt crucifixorib9 ſu
is .⁊ maxime doloribus matris ſue.
compaſſio magis euꝫ comminuebat
intrinſecus: ꝙ paſſio inferebatur ex-
trinſecus. Unde vero nos comminu
as bonitatem ⁊ compaſſionem docẽs
Juxta bonitatis ſue promiſſum Eze
chielis.xxxvi. ¶ Auferam cor lapide
um: ⁊ dabo vobis cor carneum .⁊ cõ
minuam cor duruꝫ. quemadmodū
dilectus filius vnicornium id eſt ſan
ctorum patrum. Unicornis dicitur
eo ꝙ vnum cornu tantū gerat in frõ
te.longum ſcilicet duob9 pedib9 ſplẽ
didum ⁊ mire acutuꝫ. Jn hoc cornu
deſignatur fortitudo ſanctorum:qui
reſiſtunt quadruplici temptatiõi de
monum.

¶ Prima eſt timoris contra bonuꝫ ag
grediendum.
Scḋa eſt laudis ɔtra bonū peractū.
Tercia ambitõis.in appetitu bonoꝝ.
Quarta ſimulationis in ymagine vir
tutum. De quibus pſalmiſta ¶ Non
timebis a timore nocturno ⁊c̃. Hec
potentia ſplendet in exemplo cõuer-
ſatiõis. Acuta eſt in ſubtilitate diſcre
tionis. Et nota ꝙ ſicut dicit bernar
dus. Deus contulit duo cornua.ſcili
cet duas potentias. Unum cornu ſa-
nitatis contra omnia incommoda:
quod eſt non poſſe mori. Alterū cor
nu ſalutis ɔtra omnia peccata.qḋ eſt
poſſe nõ peccare. ſed dyabolus cū eo
ɔgradierit:excuſſit eum cornu ſanita
tis.⁊ inclinauit eum cornu ſalutis.et
ideo ſi pugnabat:cito cadebat. Jdeo
miſertus deus erexit ei cornu ſalutis
ſed in futuro dabit predicta cornua
⁊ meliora. ſcilicet non poſſe mori: et
non poſſe peccare. Hec eſt vox cõpaſſi
onis cum dixit. ¶ Mater ecce filius
tuus.⁊ diſcipulo. Ecce mater tua.ut
vnita cuſtodia diſcipulus virgo: vir
ginem matrem.⁊ mater virgo diſci-
pulum virginem conſeruaret. Unde
dicit beatus auguſtinus. Docet nos
dominus ut filijs impendatur cura
de parentibus Unde dicitur prima
thimo.v. ¶ Si quis ſuorum curam
non habet:fidem negat .⁊ eſt infide
li deterior.

k

Quinta eſt vox domini intercidentis
flammá ignis. q2 cuȝ ſint tres ſpecies
ſcilicet lux. flāma. carbo. Jn tres par
tes facta eſt eius diuiſio: ut ſm̄ ſupe
riorem deſeruiat ſaluandis. ſm̄ vlti
mam comburendis. ⁊ ſm̄ mediam
purgandis: ſed electi purgentur in
hac vita. eorum pena dicitur flāma.
Vox domini flammá intercidit: quá
do multat eſtum a pena preſentis tri
bulationis. ⁊ adducit ad lucem eter
ne quietis. Apocp. xiiij. ¶ Ammodo
iam dicet ſpiritus ut requieſcant a la
boribus ſuis. Hec eſt vox perfectōis
cum dixit. Conſummatū eſt. ſcȝ peni
tentia perfecta eſt. Joh. xviij ¶ Opus
cōſūmaui qđ dediſti mihi ut facerē

Sexta eſt vox concutiētis deſertū
id eſt malos in quib9 nō ſunt deſide
ria celeſtia. ⁊ cōmouebit dominus de
ſertum chades id eſt bonos in quib9
nunq̄ ſunt deſideria carnalia. Cha
des eñ interpretatur immutata. id ē
anima ſancta nunq̄ deſertum per in
firmitatem concutit dominus metu
mortis. Unde merito anima terret̄
quando in ꝓrimo inuenit q̄ ineter
num mutare non poſſit. Hec eſt vox
pij amoris cum dixit ¶ Deus meus.
ut quid me dereliquiſti. id eſt paſſio
ni expoſuiſti. Reſpondit pater yſaye
liiij. ¶ Ad punctum in modico dere
liqui te: ⁊ in miſerationibus magnis
congregabo te. Licet multi plus cla
mant ad medicum q̄ ad deum: non
recolentes q̄ dicitur. iiij. Regum. i.
¶ Nunquid quia nō erat deus in iſ
rahel: mittis vt conſulatur beelzebub
deus accharon: qui medicus interp̄
tatur. quia volunt bene paſci ⁊ triſtez
oſtendunt vultuȝ ut maior credatur

L

infirmitas. ⁊ ſic de pecunia pl9 emer
gunt. ⁊ cum deberent prius peccata
confiteri. ⁊ p̄ receptōem viatici ſe mu
nire: mittunt pro ſacerdote non priuſ
q̄ amiſerint loquelam ⁊ ſenſum. Un
de trenoꝝ. ij. ¶ Matribus ſuis dixe
runt. vbi eſt triticum ⁊ vinum cuȝ ex
halarent animas ſuas

Septima eſt vox domini preparātis
ceruos. quemadmoduȝ cerui pericu
la mundi tranſibunt. ⁊ ad xp̄um cur
runt dicentes. ſcilicet cum pſal. ¶ Si
cut ceruus deſiderat ad fontes aqua
rum ⁊c̄. Jſti celebrant paraſceuen an
te ſabbatum quia per totam vitam ſu
am parant ſe ad exitum: ut ſecuri poſ
ſint ire ad deum. Hec eſt vox prepara
tionis cuȝ dixit ¶ Jn manus tuas cō
mendo ſpiritum meuȝ. Jn quo nos
dominus inſtruit quid nobis agen
dum ſit in diſcrimine mortis. Tunc
enim pater vocandus eſt. tunc ei fili
ali amore inducatur ad amandum.
tunc illi potiſſimū ſpiritus cōmendā
dus. quia tunc demones aſſiſtūt cir
ca nos tanq̄ leones parati ad eſcam.
ſed qua fronte tunc patreȝ vocare po
terit: qui nunq̄ ſicut filius vixit. nec
tamen reſpuit domin9. ⁊ tunc clamā
tes audit. Unde ihere. iij. ¶ Ex nunc
ammodo voca me pater meus. deus
eñ meus tu es.

Nunc videndum eſt de dolore. Do
luit deus tripliciter Jn ratōe Jn ſen
ſualitate. ⁊ in corpore. id eſt per que
ferebatur corpus. Jn ratione doluit
per compaſſionem. ſicut quando fle
uit ſuper lazaꝝ. Jo. xi. Jtem qn̄ fleuit
ſuper ciuitatē in ſuo ſcelere periturā.
Lu. xix. Jtē qn̄ turbat9 ē ſuper ſcelē
ꝓditoris dicēs Jo. xiij Un9 ex vobis

me trader. vbi dicit Criſoſtomus. O
quanta eſt miſericordia dei traditus
pro traditore dolet. ꝑditus ꝑ ꝑdito
re turbatur Item qn̄ turbatus eſt ſu
per ſcandalo diſcipuloꝝ. ⁊ ſuper ceci
tatem iudeorū. In ſenſualitate do
luit tripliciter. ſcilicet ꝓpter timorem
future paſſionis. ꝓpter tedium lōge
afflictionis. ⁊ ꝓpter triſticiā ſeparatō
nis anime ⁊ corporis Unde Mathei
xxvi. ¶ Cepit iheſus pauere ⁊ tedere
ↄtriſtari ⁊ meſtus eſſe. Afflictō enim
mortis eius ſuper omnes afflictōes
Nec mirꝫ. ꝙ ſimul erat viator ⁊ ↄpre
benſor. Unde aīma eius potuit vaca
re contemplationi inquantuꝫ erat cō
prebenſor. ⁊ pati per colligantiā cor
poris: inquantum viator. Non ſic au
tem eſt in puris hominibus: quorū
aīe dum vacant ↄtemplatōni: minus
ſentiunt que ſunt corporis. Et ſcien
dum ꝙ dolor ille nō fuit paſſio: ſed
ꝓpaſſio. Propaſſio enī differt a paſſi
one. ſicut diſpoſitio ad habituꝫ. quia
ſicut diſpoſitio eſt facile mobilis: qn̄
adhuc eſt in principio: ſed habitus ē
difficile mobilis. quia iam eſt conſo
lidatus. Ita afflictio tunc dicitur ꝓ
paſſio qn̄ animaꝫ ſic afficit ꝙ nō tur
bat oculum mentis. paſſio vero quā
do ita fortis eſt ꝙ oculū mentis tur
bat ⁊ facit a rectitudine vel dei ↄtem
platione declinare. ⁊ tunc leditur ra
tio ⁊ patitur. In corpore doluit: in
colli percuſſione. ſpinaꝝ penetraciōe
clauorum confixione Unde treno. i.
¶ O vos omnes qui tranſitis per vi
am attendite ⁊ videte ſi eſt. dolor ſimi
lis ſicut dolor meus. quia ſine cauſa
punitus. a iuda tradit9. ⁊ ab amicis
derelictus. a ↄſolatore priuatus. a ſu

is irriſus. ad modum furis ſublat9.
omni veſte nudatus. in patibulo ſuſ
penſus. ⁊ cum clauis affixus. Unde
in loco paſſionis ſcriptū eſt. Verſus.
Aſpice qui tranſis. quia tu mihi cau
ſa doloris. Pro me paſſus ita: pro me
tu turpia vita. Item Aſpice mortalis
ꝓ te datur hoſtia talis In cruce ſum
ꝓ te dum peccas deſine pro me. Ec
ce qualiter laborē ⁊ doloreꝫ tradidit
xp̄us in manus ſuas: ut ceruices no
ſtras a peccatis ⁊ mortis onere libera
ret. Et ſicut ait bernardus. In vita
paſſiuam habuit actionē. ⁊ in morte
actiuam ſuſtinuit paſſionem. ꝙ ſalu
tem noſtram operatus eſt in medio
terre. Vere lāguores noſtros ipſe tu
lit: ⁊ dolores noſtros ipſe portauit.
Cui ſit laus ⁊ gloria per infinita ſecu
la ſeculoꝝ. Amen.

In die ſancto Paſche.

Epiſtola. Prima corinth. v.

FRatres expurgate
vetus fermentū ut ſitis
noua ↄſperſio ſicut eſtis
azimi. Etenī paſcha no
ſtrꝫ immolatus eſt xp̄s. Itaqꝫ epule
mur. Nō in fermento veteri. neqꝫ in
fermēto malicie ⁊ nequicie: ſed in azi
mis ſinceritatis ⁊ veritatis.

Euangelium. Marci. xvi.

IN illo tēpore. Maria ma
gdalena ⁊ maria iacobi ⁊ ſalome eme
runt aromata ut venientes vngerent
ihm. Et valde mane vna ſabbatoꝝ ve
niūt ad monumentū: orto iā ſole Et
dicebāt ad inuicē. Quis reuoluet no
bis lapidē ab oſtio monumenti. Et

In die paſche

A

reſpicientes viderūt reuolutū lapidē
Erat quippe magnꝰ valde. ⁊ introe
untes in monumentū viderūt iuue-
nem ſedentē a dextris coopertū ſtola
candida. ⁊ obſtupuerūt. Qui dicit il
lis. Nolite expaueſcere. Jheſum que
ritis nazarenū crucifixū. ſurrexit nō
eſt hic. Ecce locꝰ vbi poſuerunt eum
Sed ite dicite diſcipulis eiꝰ ⁊ petro
ꝙ precedet vos in galileā. Ibi eū vi
debitis ſicut dixit vobis.

Sermo. liiij. de epiſtola.

Paſcha noſtrū immo
latus eſt xp̄s. Ecce nos qui
per totā quadrageſimā ab
ſtinuimus: hodie ad paſchales epu-
las inuitamur. Inuitat eñ nos apo
ſtolus ad paſchale ɔuiuium optime
quidem poſt quadrageſimale ieiuni
um. denicꝫ ⁊ ſaluator poſt ieiunium
dignatus eſt eſurire. ⁊ angeli miſtra
uerunt ei. vobis vero ad miniſtran-
dum ſuum mittit apoſtolū. Epulari
igitur ⁊ gaudere nos ɔuenit. ꝙ domi
nus noſter mortuus fuerat ⁊ reuixit
Uicit athleta noſter. ⁊ ideo tripudiā
dum eſt. pugnabant duo Fortis im
pegit in fortem: ⁊ ambo pariter cor
ruerūt. ut habetur Jhere. quadrage
ſimoſexto ſed fortior reſurrexit. Sur
rexit dominus de ſepulchro. ſupera-
uit hoſtem. repropiciauit patrē. Ac
cedamus ergo ad paſchales epulas i
uitati. Unde videndum eſt que ſint
iſte epule. qualiter ſint parate. ⁊ qua
liter a nobis edende. Epule iſte ſunt
carnes agni paſchalis. ſcilicet corpus
⁊ ſanguis xp̄i. De quo exo. xij. ¶ E-
rat agnus abſcꝫ macula maſculꝰ an-

B

niculus. Agnus dicitur xp̄us: non ſo
lum ꝓpter innocentiam. ꝙ neminem
leſit. nulli ſua iura ſubtraxit: ſed etiā
ꝓpter patientiam. quia ſe expoliari.
flagellari. cruciari ꝑmiſit ſine recla
matione. Unde yſa. liij. ¶ Quaſi ag-
nus coram tondente ſe obmuteſcet. ⁊
nō aperiet os ſuū. Jhere. xi. ¶ Ego
quaſi agnus manſuetus: qui portatꝰ
ad victimā. Sine macula dicitur nō
ſolum ꝓpter peccati immunitatē. ꝙ
nec peccatum ɔmiſit: ſed etiam ꝓpter
oīs boni plenitudinem. ⁊ non ſolum
quo ad habitū: ſed etiā quo ad actū.
Sed etiā ſimul totū habuit eſſe actū
cuiuſlibet virtutis in ſummo. Unde
Joh. iij. ¶ Nō ad menſurā dat ei de
us ſpiritū. Maſculus dicitur ꝓpter in
ſuperabilem fortitudinē. ꝙ mortem
moriendo deſtruxit. inferni clauſtra
ɔfregit. ⁊ demones expugnauit. Un
de apoca. ¶ Dignꝰ eſt agnus qui oc
ciſus eſt aperire librum ⁊c. Annicu-
lus dicitur ꝓpter excellentem humili
tatem. Unde de ſaul dictū eſt. i. Re
gum. Filius vnius anni erat ſaul cū
regnare cepiſſet. i. quaſi puer vniꝰ an
ni. Et de xp̄iſto dicitur yſa. liij. De
ſiderauimus eum deſpectū ⁊ nouiſſi
mum viroꝝ. Nunꝙ homo qui in re
bus rationabilibꝰ primꝰ erat nouiſſi
mus voluit eſſe. ſicut ſummus deus.
qui primus eſt. ⁊ ſine modo per aſſū
ptam humanitatē fieri dignatus eſt
nouiſſimus.

¶ Nūc videndū eſt qualiter epule iſte
ſint parate. Sunt autē aſſe igne paſſi
onis in ara crucis. Unde canit eccle
ſia. Cuius corpus ſanctiſſimū in ara
crucis torridum: ꝙ ex feruentiſſima
caritate oblatus eſt pro redemptōne

noſtra. Unde yſaac ait ad patrē.ge
neſis.xxij. ¶ Ecce ignis.ſcilicet carita
tis.⁊ ligna.ſcilicet crucis . vbi eſt vi
ctima holocauſti.ſupple niſi in me.q̄
ſi diceret.quare differt̄ vtilitas paſſi
onis mee. Luce.xij. ¶ Baptiſmo ha
beo baptizari.⁊ quomō coartoꝛ vſq̄
dum perficiatur. Uictima holocau
ſti fuit xpus pꝛo nobis vinctus⁊ im
molatus.ꝙ nihil pꝛo ſeſe totum ꝓ
nobis eſt paſſus. Holocauſtum dicit̄
totum incenſum. Totum autem dici
tur ꝓprie ut diuerſitas rerum ſine ali
qua contrarietate vnitum. In perſo
na namq̄ filij vnita ſunt tria Uerbū
caro⁊ anima. Uerbū ſe oobtulit foꝛ
mam ſerui accipiendo. caro in cruce
patiendo. anima ad inferos deſcēdē
do. Hoc holocauſtum paſcha dicitur
id eſt tranſitus. non ſolum quia ipſe
xpꝛiſtus tranſit in nouitate: ſed etiā
ꝙ nos ad tranſitum vocat in galilea:
que tranſmigratio dicitur. Iuxta il
lud math. vlti. ¶ Ite nunciate fratri
bus meis ut eant in galileam.ibi me
videbunt. vbi dicit bernard9. Quid
nos dicimus ꝙ ſacrā dei reſurrcōē
paſche pꝛiuamus nomine: ut nobis
ſit in reditum magis q̄ꝫ in tranſitū.
Uiximus hijs diebus compunctiōi
⁊ oꝛationi grauitatī abſtinentie deui
ti ceteroꝝ negligētias ipſū ſacro hoc
quadꝛagenario ieiunio redimere et
diluere cupientes. cuius cauſa eſt ut
redeamus denuo in eaſdem. Sed a
matoꝛes huius ſeculi inimici crucis
xpi tēpoꝛe quadꝛageſimali ad inſtan
tes inhiant dies. heu ut liberius in
dulgeant voluptati. Pꝛoch doloꝛ pec
cādi tpš.ter min9 recedēdi:facta ē re
ſurrcō ſaluatoꝛis . Sic hōꝛatis xpm

miſeri quem ſuſcepiſtis. venturo pa
raſtis hoſpicium:confitētes pie cum
gemitu caſtigantes coꝛda elemoſinas
impendentes.⁊ ecce ſuſceptū per di
es. inimici immo exire compellitis.
pꝛioꝛes nequicias āplectendo. Quid
enim minus preſenti debetur q̄ꝫ fu
turo. quid minus reuerentie temp9
reſurrectionis exigit q̄ꝫ paſſionis.ſed
vos ut manifeſtum eſt neutrum ho
noꝛaſtis. Nam ſi compateremini⁊ cō
regnaretis.⁊ ſi ɔmoꝛiemini ⁊ conre
ſurgeretis.

¶ Nunc videndum eſt qualiter epule
iſte ſint edende. Edende ſunt autem
ſicut lex precipit:cum panib9 azimis
⁊ lactucis agreſtibus. id eſt cum ſuc
co de lactucis expꝛeſſo Panes autem
azimi ſunt bona opera que fiunt ex
puritate intētionis abſq̄ appetitu va
nitatis Unde apoſtolus ¶ Nō in fer
mento veteri:neq̄ in fermento mali
cie⁊ nequicie. Fermentum vetus eſt
luxuria:qua peccat homo in ſeipſū.
fermentum malicie eſt auaricia:qua
peccat homo in proximum. fermen
tum autē nequicie eſt ſuperbia:qua
peccat in deum. De quolibet iſtoꝝ
dicitur prima ad corinth. v ¶ Modi
cum fermenti totam maſſam corrū
pit. Lactuce agreſtes ſunt amaritu
do penitētie:que quaſi antidotū quō
dam ſerpentis antiqui venena depel
lit. Dicunt̄ autē agreſtes.ꝙ ex agro
noſtri coꝛdis debent colligi de ɔſide
ratione preteritoꝛum delictorum .
Unde dicitur yſaye.xxxviij. ¶ Reco
gitabo tibi omnes annos meos in a
maritudine anime mee.
Exiguntur etiam in nobis quatuor
conditiones.

E

Prima eſt ut habeamus renes accin
ctos ꝓpoſito abſtinendi a malo quod
ſtringit coartat cor: ne defluat in pec
catum. De quo puer. vltimo. Cin
gulum tradidit chananeo. i. mobili.
ſcilicet peccatori. hoc eſt cingulum ſa
cerdotale. De quo exo. xxxix. Cigu
lum vero fecit de biſſo retorto. quod
duplex eſt ꝓpoſitum abſtinendi a pec
cato. ⁊ perſeuerandi in bono

Secunda eſt ut habeamus calciamē
ta in pedibus. i. ſanctorū exempla in
affectibus: ne luto terrenoꝝ inquine
mur. Unde cantico. vij. Quā pul
chri ſunt greſſus tui in calciamentis
filia principis. Hec calciamenta dura
re deberent nobis vſqꝫ in ingreſſum
terre ꝓmiſſionis. Unde deutro. xxix.
Adduxi vos quadraginta annis ꝑ
deſertum non ſunt attrita veſtimēta
veſtra: nec calciamēta pedum veſtro
rum vetuſtate ꝯſumpta ſunt.

Tercium eſt ut teneamus baculū in
manibus. id eſt penitentiaꝫ in operi
bus qua ſuſtentemur in bonis ⁊ defē
damur a malis. De quo geneſ. xxi.
In baculo meo tranſiui iordanem
id eſt mundū iſtum. ⁊ temptationes
dyaboli que faciunt deſcendere in in
fernū. ⁊ nunc cum duabus turmis
regredior. id eſt cum impletōne pre
ceptoꝝ. ⁊ ſuperarrogatione ꝯſilioꝝ.

Quarta eſt ut comedamus feſtinan
ter: ut abſqꝫ dilatione ad gaudia cele
ſtis patrie feſtinemus. Unde hebre.
iiij. Feſtinemus ingredi in illaꝫ re
quiem. Feſtinandum vero eſt ne ab
hoſtibus capiamur. ne a nuptijs ex
cludamur ⁊ ne iram preſtolantis dei
incurramus. De primo pſal. Cap
tabant in animā iuſtitiē. De ſecundo

A

Mathei. xxv. Que parate erant in
trauerunt cum eo ad nuptias. ⁊ clau
ſa eſt ianua. De tercio habetur Ma
th. xxij. Miſſis exercitibus ſuis per
didit homicidas illos: qui ſcꝫ inuita
ti fuerant: ⁊ neglexerūt venire.

Eodem die.

Sermo. lv. de euangelio.

Dum tranſiſſet ſabbatū
maria magdalena: ⁊ maria
iacobi ⁊ ſalome emerūt aro
mata ut venientes vngerent iheſum.
Marci vltimo. Hec dies boni nūcij ē
ſed tacuimus ⁊ noluimꝰ nunciare ſce
~~leris argumēta ſed laudis: ut~~ ſcele
ris arguemur. quia ſicut ait beatus
gregorius. Indignuꝫ valde eſt ut ea
deꝫ die laudes debitas taceat lingua
carnis quo vera caro reſurrexit auto
ris. Sed valde mirandum eſt ꝙ ſilē
tibus apoſtolis: hodie nobis a mulie
ribus xpriſti reſurrectio nunciatur.
Placuit enim diſpenſationi diuine:
ut ſicut mors venerat a muliere. Ita
⁊ nunc a muliere ad viros veniꝛꝫ de
ſtructio mortis. ut mulier que de pa
radiſo perfidiam ſumpſerat: fidem
ſumeret de ſepulchro. Nec tamen in
hoc poſtponuntur apoſtoli feminis
ſed ad maiora ſeruantur. Femine ob
ſequium xpriſti ſubripiunt. apoſtoli
paſſiones. Ille portant aromata. hij
palmam. Ille intrant ſepulchrum:
hij carceres. Ille feſtināt ad obſequi
um. hij peruolant ad cathenas.
Proponūtur aūt nobis hee ſcē muli
eres imitande in tribus

Primo in obſeruantia ſacre legis. ꝙ
vna ſabbatorum. In tali em̄ articulo

ceſſauerunt ab opere. propter hoc ꝙ
lex precipiebat Leuitici. xxiij. ꝙ ociū
ſabbati ſeruaretur a veſpera vſqꝫ ad veſ
peram. ideo ſepulto domino reuertē
tes domum: ꝗdiu licuit parauerunt
aromata ⁊ vnguenta. ſcilicet vſqꝫ ad ſo
lis occaſum. Unde dicitur Luce vlti
mo. ¶ Sabbato ſiluerunt ſcḋm manda
tum. Notanter ait ſiluerunt: ad ſug
gillandum loquacitatem mulierum
que et ſi ceſſauerint ab opere: non ta
men a fabulatione. ita ut nec in ora
torio velint eſſe in ſilentio: cum domi
nus dicat Mathei. xxi. ¶ Domꝰ mea
domus orationis vocabitur. non vti
qꝫ confabulationis. Unde dicit bea
tus auguſtinus. Nemo in oratorio
quid agat: niſi ad quod factū eſt. vn
de ⁊ nomen accepit. Apoſtolꝰ quoqꝫ
ait prima coꝛ. xiiij. ¶ Mulieres in ec
cleſijs taceant. Non eñ permittit̄ eis
loqui. ⁊ maxime tempore ſacrificij.
dum legitur euangelium. vel propo
nitur verbum dei. Unde auguſtinꝰ.
Quanta ſollicitudine obſeruamus:
quando nobis corpus dei demōſtra
tur: ut nihil ex ipſo de manibus no
ſtris in terram cadat: tanta ſollicitu
dine obſeruandum eſt ne cum verbū
dei nobis erogatur: aliud dum cogi
tamus aut loquimur de corde nō ex
cidat. Narrat beatus ambroſius: ꝙ
cum plurima ranaruꝫ murmura: au
ribus religioſe plebis obſtreperent:
ſacerdotem precepiſſe ut conticeſce
rent: ac reuerentiam ſacre ſcripture
deferrent teneri. tunc illi ſubito con
ticuerunt. quod fecit beatus franciſ
cus: qui precepit hyrundinibus ut
ſilerent dum ipſe proponeret verbuꝫ
dei. ⁊ ꝯtinuo ſiluerunt. Quanta eſt
ergo immodeſtia mulieruꝫ: que nec
ſacrificio ſalutari. nec preſentie ange
loꝝ: nec verbo dei reuerentiam adhi
bent: que ipſa irrationabilia reueren
tur. Legitur etiam ꝙ cum beatꝰ
auguſtinus anglorum epiſcopus ce
lebraret: dyaconus qui miniſtrabat
ei vidit dyabolum ſedentem in fene
ſtra eccleſie. ⁊ ſcribentem in pergame
no quicquid mulieres in eccleſia tra
ctabant. Q ꝙ magnum librum pro
ducet dyabolus in die iudicij contra
loquentes: cum ſcilicet de omni ver
bo ocioſo vbicunqꝫ etiam prolato o
porteat nos reddere rationē vt habe
tur Mathei. xij.

¶ Secundo imitande ſunt hee ſancte
mulieres in ſtudio pij laboris. De
q̄ dr̄. emerūt aromata vt veniētes vn
gerēt ihm̄. ꝙ recuperata licētia opan
di: iterū emerunt alia aromata. quia
non ſufficiebant ea que parauerant.
⁊ tota nocte illa inter ſabbatum ⁊ do
minicam parauerunt. ut ſcilicet veni
entes diluculo ad ſepulchrum: vnge
rent corpus iheſu. Et licet lapis ma
ximus eſſet appoſitus et ſignatus: ta
men magna vis amoris non ſinebat
de hijs cogitare. Ecce ille mulieres
emerunt aromata in obſequiuꝫ xpi
ſti. Sed heu mulieres noſtri tempo
ris libentius emunt vnguenta ad cō
poſitionem faciei. Ille venerunt vn
gere corpus Iheſu. ſed iſte venerunt
potius corrumpere membra eius ſci
licet fideles quos alliciunt ad peccā
dum. Unde dicit Iohannes criſoſto
mus. Mulier ſi ſe decorauerit: et vo
cauerit ad ſe oculos hominum. et

In die paſche

D

ſi plagam non intulerit vindictã tamen dabit extremam. venenum tibi obtulit. ⁊ ſi nullus qui bibat inuent⁹ ſit. Debemus autem illas in paratione aromatuȝ imitari. vt in vno quoq; noſtrum. tres iſte ſint mulieres. ſ. Mens. Linga. ⁊ Manus. quarum q̃libet ſua ferat vnguenta. Unguenta mentis ſunt contritio. compaſſio. deuotio. Unguentum contritionis conficitur ex ſpeciebus viliſſimis. i. proprijs peccatis que creſcũt in orto noſtro. Uñ pſalmiſta. Ad meipſum aĩa mea ↄturbata eſt. Unguentum compaſſionis conficitur ex ſpecieb⁹ amariſſimis. i. omnib⁹ miſerijs proximoruȝ. que creſcunt in orto vicino vnde. i. Corinthiorum. xi. ¶ Quis ĩfirmatur ⁊ ego non infirmor. Unguentum deuotionis conficitur ex ſpeciebus precioſiſſimis. i. omnibus criſti beneficijs. que creſcunt in orto dñico. vnde pſalmiſta ¶ Introibo in potencias domini. ⁊c̃. Unguenta lingue ſunt confeſſio. ad accuſandum ſe ipſum. exhortatio. ad edificanduȝ ꝓximũ. graciarũactio. ad laudandũ d̃um. Primũ colligitur in orto humilitatis. vñ pſalmiſta. Cor contritũ. ⁊ humilitatẽ. ⁊c̃. Scđm in orto caritatis. Jacobi vltio. Qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie ſue aĩam ei⁹ ſaluabit a morte. Terciũ ĩ orto voluntarie paupertatis. vnde pſ̃. Pauper ⁊ inops laudabunt. ⁊c̃. Iſa. xxix. Addent mites in domino leticiam. Et pauperes homines in ſancto iſrahel exultabunt. Unguenta man⁹ ſunt opera miſericordie. que ſcđȝ numerũ digitorum decẽ ſunt. Hoſpitare pere

E

grinos. Potare ſitibundos. Cibare famelicos. Redimere captiuos. Ueſtire nudos. Uiſitare infirmos. Sepelire mortuos. Orare. Jeiunare. ⁊ Rogare pro eis. Unde verſus. Colligo. poto. cibo. redimo. tego. viſito. condo. Et vice defuncti. ieiuno. largior. oro

Prima ſex inueniunt̃. Mathei. xxv.
Septimũ in Thobia
Octauum. Regum vltimo. Duo vltima Mathei. x.

¶ Tercio imitande ſunt in ſollicitudĩe diuine inquiſitionis. De qua legitur Et valde. mane vna ſabbatorum veniũt ad monumentũ orto iaȝ ſole vidẽtur ſibi contraria. valde mane. ⁊ orto iam ſole. Sȝ ſicut dicit expoſitio euangelica rei geſte celitus aperuit veritatem. Sol nanq; qui ꝓpter hoc vt dño ↄpateret̃ receſſerat in paſſione. vt ↄſurgeret dño ante temp⁹ occurrit in reſurrectione. ⁊ qui vt ſuo ↄmorer̃et̃ auctori meridianã mortificauerat claritatẽ. vt ↄſurgeret auctori ſuo tenebras ante lucanas erupit. Et ideo ait valde mane. quia tunc ſol vt mane faceret ante lucanum. vt puto manicauit. ⁊ qui ante diem fugaret. nunc ipſe noctem fugaturus preuenit vt reddat luci noctis horas quas terror dominice paſſionis inuaſerat. Potuit etiam eſſe q̧ valde mane ceperint venire a bethania. ⁊ peruenerunt orto iam ſole. non ſine celeſti diſpoſitiõe. vt q̃uis eaꝝ d̃uotõ plurimũ ꝓperarȝ. ñ niſi clara luce veniret. ⁊ ꝑſpicue oĩa cerneret. ne ipſis vel nob̃ ꝑ eas p⁹modũ audituris ob caliginẽ matutinã dubitatõis error

F

remaueret igitur ⁊ nos valde mane
id expulſis tenebris vitiorū per lucē
gracie debem9 venire ad monumen
tum.i.intrare ad cor noſtrum. vt re/
colamus ⁊ imitemur dominicaꝫ paſ
ſionem. Sꝫ quis inde reuoluet lapi
dem.i.conſciencie grauitatem que ſe
parat inter nos ⁊ deum niſi ſola gra
cia que operit multitudinem pecca/
torū. vt vbi habundauit peccatuꝫ ſu
perhabundet ⁊ gracia. Propter hec
tria.triplecem ꝯſolationem prefate
mulieres a dño meruerunt ¶ Pria
fuit in viſione angelica. vnde Intro
euntes in monumētum viderūt iuue
nem.⁊c̄. Nulla eſt in angelis diſtin/
ctio. Sed iuuenis apparuit propter
perfectionem etatis. Epheſios. iiij.
Occurrem9 in virū perfectuꝫ ſuple
tiſtum. Sedens ꝓpter quietē labo
ris. Apocalipſis. vij Non eſurient ne
qꝫ ſitient.⁊c̄. In dexteris propter glo
riam eternitatis. Prouer. iij. Longi
tudo dierum in dextera eius Coo
pertus ſtola candida. ꝓpter mundici
am caſtitatis. Mathei.xxiij ¶. Erunt
ſicut angeli dei.⁊c̄. Fulgida propter
feruorem caritatis. Iſaie.xxxi ¶ Igis
eſt in ſyon. ⁊ calor in iheruſalem.

¶ Scđa in legatione apoſtolica. vnde
dicitur de eis. Ite dicite diſcipulis e
ius ⁊ petro. qꝛ ſurrexit. Ecce ꝑ amo/
ris priuilegiuꝫ deletur antiquū pec
catum. Specialiter de petro fit men
tio non ſolum qꝛ preeminebat de po
teſtate. ſed ne deſperaret ex negatiōe.
Tercia fuit in apparitione dñica. vñ
Mathei vltio. Ihesus occurrit illis
dicens. Auete. Ille autē acceſſerūt.⁊c̄.
Ubi dicit quidaꝫ ſanctus Noli ergo
tu parcere pedibus tuis a vijs obe/

A

diencie ⁊ diſcutionibus operiri. quo
niam iheſus non pepercit pedibus.
etiam a dolore ⁊ labore. ⁊ ſic earun
deꝫ amplexu ⁊ oſculo non grauabit
rem mirare aut releuareſ laboreꝫ pe
dum tuorum

¶ Sermo.lvi. Eodem die

Surgens iheſus mane
prima ſabbati. Apparuit ꝓ
mo marie magdalene De
cies dominus apparuiſſe legitur. quī
quies in die reſurrectionis. ⁊ quin/
quies etiam poſt diē reſurrectionis
Primo ſiquidem apparuit magdale
ne ſoli ad monumentum perſiſtenti.
⁊ ploranti. Uñ iohannis.xx. Maria
ſtabat ad monumentū foris plorās
Stabat ſollicita ad querendum
Ubi dicit expoſitor. Stabat ad mo
numentū. qꝛ vbi eum alibi quereret
neſciebat. Stabat foris. qꝛ virtus dei
eſt in ea. corpus non eſſe tū videat
Stabat plorans. quia quid aliud a
geret. quid offerret aliud non habe
bat. clauſa ferebat aromata facta ⁊ q̄
comparauerat. ſꝫ quod intus erat ḡ
cia foris erumpebat. fluebant in la
crimis aromata pij pectoris. ⁊ ꝓ
guttis ſanguinis quas grauis ille in
paſſione ſudauerat lacrimarum ym
bres iſta fundebat. Inclinauit ſe eñ
proſpiciens introitū. viſura ſaltem v
bi fuiſſet quando ſcire non poterat
vbi eſſet. ſicut ait beatus Gregorius
Amanti ſemel aſpexiſſe nō ſufficit. qꝛ
vis amoris intentionem multiplicat
inquiſitōnis. ⁊ merito duos angelos
vidit in eo qꝛ pie ꝑſeuerauit. q̄ dicit
ei. Mulier quid ploras Sic offerūt

In die pasche

B

verba ſolacij.ſed lacrimas magis ex
citans deſolatur.nullum em̄ capit ex
angelica viſione metum.vel allocuti
one ſolatium.ꝛ qui cauſam tanti plo
ratus narrare non poſſet niſi verba
interrumpendo ꝛ igeminatos gemi
tus erumpendo.Denique ex humana
natura cordis locuta eſt.quia domi
nū meum.Deinde conuerſa retrorſū
dominū vidit.ſi tamen credidit or
tulanum.Qui dixit ei.Mulier quid
ploras.quem queris.Piiſſime domi
ne cur queris quid ploras. Nonne
vidiſti cor ſuū ꝛ dulcem vitam ani
me ſue.in ligno extendiſti.ferreis cla
uis configi ꝛ crudeliter mactari.ꝛ
nunc ipſum corpus qd̄ vtique gaude
bat ſibi dimiſſum credit amiſſum. ꝛ
dicis.Mulier quid ploras .Sed tu
ipſe ſciebas ꝛ ſic fieri volebas. Non
enim ignorabas amorem quem ipſe
inſpirabas.Noueras itaque tu ortula
nus ille ꝙ plantaueras.mō rigabas
Item nota ꝙ non ait quid queris.
ſed quem ſcire indicans ꝙ aliquem
querat Nihil ergo mirum ꝙ tetigit
venam cordis.cum reſpondit.ait em̄
Si tu ſuſtuliſti eum dicito mihi.ꝛ e
go eum tollam.Conſidera ꝙ vehem̄
tiſſimo affectu beata hec mulier dili
gebat criſtum regem.Domine iquit
ſi tu ſuſtuliſti eum.O tu maria.quē
tu vocas eū cū de nullo feceris ante
mentionem.ad quē facis relationē
Putas ne ꝙ in omniū cordibꝰ ver
ſetur iſta memoria dilecti tui.ſicut i
cōſiſtorio cordis tui.ꝛ ego inquit eū
tollam . quaſi diceret. Non te dein
teps oportebat admouere manus.
tm̄ dicito mihi.ꝛc.

C

¶ O reſpondit mira res hominem
perfecte etatis.cuius corpori vix cē
tum libre ſufficiunt vnguentorum .
irreuerenciam mulieris portabis.ꝛ
tollet ardens ꝛ affectiua locutio que
de quantitate amoris eſt effuſa. pro
mittit quod implere non poteſt. Ni
hil em̄ amanti difficile eſſe videtur.
Erat autem ni fallor hec cogitatio e
ius propter diei feſti reuerenciā po
ſuerunt eum in monumento hoc eo
ꝙ non longe eſſet ortus a loco publi
ci.ꝛ nunc vero tempus redijt operā
di.Heu me miſera.ortulanus te pre
uenit.purgauit ortum.nec voluit in
monumento corpus dimittere cruci
fixi.ꝛ quod ſolum potuit ꝛ mortuū
de monumento abiecit.Ait illi ihe
ſus.Maria erupit amantis dulcedo
vt non erumpat flentis amaritudo.
Nouerat dominus conſuetum ancil
le nomen.ꝛ cognoſcit ancilla conſue
tam domini vocem.Sentit enim ſo
litam ſuauitatem que vocari conſue
uerat maria.quaſi diceret Scio que
ſis ꝛ quem velis.Ecce me quem que
ris.ne plores.nec breuius.nec celeri
us hoc exprimi potuit.Quid mirū
ſi protinus quem diligebat agnouit
cum agnoſcere ſe indicauit.ꝛ agnitꝰ
eſt.Vocauit eam ꝛ illa reſpondit.
Raboni quod interpretatur magi
ſter.quam diſſimilia ſunt Raboni.ꝛ
ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi. Illi
co mutate ſunt lacrime.ꝛ quas con
tritum cor ſe torquendo prius expri
mebat eas poſtmodū cor gaudens
exhortando effundebat
Sic maria dum abiectum querit
inuenit glorioſū. dum plorat deſpe

ctum mortuum ⁊ ſepultum. Immo
⁊ ſepultura ipſa vt videbatur indig
nū doceat. ſuſcitatū adorat dominū
⁊ magiſtrum. Eodem mō gracia di
uine conſolationis premia exhibent
anime penitenti ⁊ deflenti peccata
ſua Unde. Mathei. v. ¶ Beati qui
lugent. quoniam. ⁊c. Sunt autē
quinq̧ cauſe quare primo apparuit
magdalene. Prima eſt propter fer
uorem dilectionis. qꝛ feruencius di
ligebat ⁊ ſolercius querebat. Prouer.
viij. ¶ Ego diligentes me diligo. ⁊
qui mane vigilat ad me inueniet me
Scd̄a eſt propter perſeueranciam i
quiſitionis. qꝛ recedentibus a monu
mento diſcipulis. non recedebat Uñ
ſicut ait beatus gregorius Contigit
vt cum tunc ſola videret. que reman
ſit vt quereret. Mathei. x ¶ Qui per
ſeuerauerit vſq̧ in finē hic ſaluꝰ erit
¶ Tercia eſt propter ſolatiū peccatoris
vt nec̄o quantūcumq̧ peccauerit hō
non deſperet de gracia dei. Roma.
v. ¶ Ubi ſuperhabundauit delictū
ſuperhabundabit ⁊ gracia.
Quarta eſt propter depreſſionem ti
moris. vt nemo quantumcumq̧ iu
ſtus preponat ſe alicui peccatori Ma
thei. xxi. ¶ Publicani ⁊ meretrices p̄
cedent vos in regnum dei.
Quinta eſt propter exemplū noſtre
inſtructionis vt peccatori ad deum
conuerſo familiaritatem ⁊ graciam
oſtendamꝰ. vñ Iſaie. lvi. ¶ Qui di
cūt recede a me ne appinq̄s mihi. im
mūdus es. Iſti fumꝰ erūt in furō
re meo ignis ardens tota die Se
cundo apparuit mulieribꝰ a monu
mēto redeūtibꝰ. Math. vltio Exierūt
de monumēto currentes nunciare di
ſcipulis. ⁊ ecce ihesꝰ occurrit illis di
cens. Auete. Ille aūt acceſſerūt ⁊ tenu
erūt pedes eiꝰ ⁊ adorauerūt eū
Monumētū dr̄ a monēdo. eo qꝛ mone
at mentē hoīs de recordatione mor
tis. tunc igitur hō exiuit de monumē
to cum accenſus eterne patrie deſide
rio diſſolui cupit ⁊ eſſe cū xp̄o. talibꝰ
itaq̧ xp̄s occurrit adiuuādo ⁊ conſo
lando. Iſa. lxiiij. ¶ Occurriſti letanti
⁊ facienti iuſticiam Illi vero tenere
debent pedes eius. ſ. miam ipſius ⁊
iuſticiā. quoꝝ alterū ſine altero tene
ri vel conſolari non eſt ſecurū. Bern
hardus Fallitur qui ſic oſculat̄ mīe
pedē. vt pedem iuſticie nō attendat.
Tercio apparuit petro. Luce vltimo.
Surrexit dñs vere. ⁊ apparuit ſymo
ni. Neſcitur tñ vbi. qñ vel quomō. ⁊
ob hoc ſacerdos in miſſa tertia vice
vertit ſe ad populū cū ſilencio. quia
euangeliū ſilet de mō apparitōis hu
ius In hoc eīn qꝛ ſacerdos quinquies
vertit ſe. quinq̧ apparitiones dei re
p̄ſentat In hac itaq̧ apparitione ma
gna datur cōſolatio peccatori. Bern
hardꝰ. Magna ergo ⁊ vere dñe ihe
ſu digna pietati. dignatio qꝛ ei q̄ſi ſin
gulariter ⁊ pre ceteris dignatus es
apparere quē pre ceteris de negatiōe
eiꝰ rea ↄſciencia confūdebat. vt vbi
habundauit peccatū ibi ſuperhabū
dauit ⁊ grā. Cōpetit etiā petro illud
Iere. xxxi. Lōge apparuit dñs. ſ. qui
lōge ab eo receſſerat negādo ⁊ a diſci
puloꝝ ↄſorcio recedēdo. Cui rñdet
dñs In caritate perpetua diligā te. nō
tēporaliter ſicut amici hꝰ mūdi Ideo at
traxi te miſerās tui. reſpectu mīe Lu
ce. xxij Conuerſus dñs reſpexit petrū.
Ruſumq̧ edificabo te reſtituendo

F

ad culmen apoſtolice dignitatis Gregorius Conſiderandū nobis eſt cur omnipotens deꝰ eum quem cuncte eccleſie preferre diſpoſuerat vocem pertimeſcere. ⁊ ſeipſum negare pmiſit. quod ni miruʒ magne pietatis diſpoſitione actuʒ eſſe cognoſcimꝰ vt is qui futurus erat paſtor eccleſie ī ſua culpa diſcerʒ qualiter alijs miſereri d̄buiſſet. priꝰ itaqʒ euʒ oſtendit ſibi. ⁊ tunc ꝓpoſuit ceteris vt ex ſua īfirmitate ꝯgnoſcerʒ qualiter aliq̄m tolerarer. Ecc. xxxi. ¶ Intellige que ſūt proximi tui ex te ipſo.

¶ Quarto apparuit duobus diſcipulis pergentibus in emaus. quibus accēdit affectum ⁊ aperuit ſenſum vt intelligerent ſcripturas Emaus interp̄tatur deſiderium conſilij. ſeu abiectꝰ populus In quo notat̄ perfectio vite religioſe que ſtudet ꝯſilia euangelica adimplere. ⁊ in humilitate deo deſeruire. In emaus ergo pergēt. qui ad religioneʒ tendunt. eligentes magis abiecti eſſe in domo dei q̄ habitare in tabernaculis peccatoruʒ Simulqʒ preferētes theſauris egipti im ꝓperia criſti. abiectione omni vtilitate. ⁊ extremitate. contemptu. Horū domꝰ illuminat intellectum. Et accendit affectū. iō duo ſimul pergere referunt̄. quatinꝰ feruor dilectōnem erigat. ⁊ diſcretio feruorem regat. Cum talibus dn̄s gradit̄ eiſqʒ ſe ſociū tribuit. ⁊ graciā interne conſolationis oñdit. Prouerbiorū. viij. ¶ In vijs iuſticie ambulo in medio ſemitaꝝ iudicij. vt ditem diligentes me. ⁊ theſauros eorū repleaʒ. ſ. itellectū ꝯgnoſcēde veritatis ⁊ affectum

G

amore virtutis Quito apparuit decē diſcipulis in vnum congregatis. ianuis clauſis. In quo notatur cōgregatio perfectorum. qui mandata diuine legis perfecte cuſtodiunt. omneſqʒ cogitationes ⁊ affectiones ſuas in vnum reducāt. ⁊ portas ſenſuū vanitati temporalium claudunt. Et ꝯmendatur apparitio hec a quinqʒ Primo quia ſero id eſt poſt multa d̄ſideria. poſt longa ſuſpiria. Unde cū ſero eſſet die illa vna ſabbatoruʒ. ergo abrahe centenario. natꝰ eſt yſaac. Geneſis. xxij. Centenarius deſignat perfectionem deſiderij vite eterne Quia ſoli viri deſideriorūʒ fruunt̄ gaudio conſciencie. Ecc. xxx. ¶ Non eſt oblectatio ſuper cordis gaudium Scđo quia ſecreto. vñ et fores eſſent clauſe vbi diſipuli erant congregati Bernardus Vere cum dn̄s eſt ſponſus non vult indulgere preſenciam ſuam preſentibus. niſi ſecretis. Iſaye. xxiiij. ¶ Secretum meuʒ mihi. ſecretum meum mihi.

¶ Tercio. q2 in communi exhibita ⁊ ōnibus equaliter. vnde. Uenit iheſus ⁊ ſtetit in medio eoꝝ. vbi dicit expoſitor. Quid dicis ſingularitatis amator. communia loca. ⁊ communia opera. ꝯmuēs orationes. ⁊ ꝯmunē victuʒ. communes obſeruancias. quid faſtidis. quid amas diuerſoria. quid tanto opere diuerſoria captas. criſtꝰ rex niſi medium amat. viſitat congregatos. caueant diſperſi. paueant diſpſores. Ubi dicit Bernardus vbi ꝓprietas. ibi ſine dubio ſingularitas vbi ſingularitas ibi angulus. ⁊ vbi angulus ibi ſine dubio ſordes

h

Quarto. q̄ melliflua ſalutatione con
dita. vnde dixit eis. Pax vobis In
hoc nomine pax tres ſunt littere ⁊ v
na ſillaba. in quo trinitas ⁊ vnitas d̄
ſignatur. In P pater. In A prima
vocali filius. Eſt enī triangula. ſicut
⁊ in criſto triplex eſt ſubſtancia. ſ. ver
bum. caro. ⁊ anima. In x que eſt du
plex conſonās. ſpiritusſanctꝰ ab vtro
q̄ procedens Talibus autem pax an
nunciatur. quibus tranquillitas mē
tis infunditur que exſuperat omnē
ſenſum Quinto quia ſignis triun
phalibus conſūmata. Vnde ⁊ cum
hoc dixiſſet oſtendit eis manus ⁊ pe
des. ꝛc. Vbi dicit Bernardus So
lent in ſignis virtutis clipeorum fo
ramina demonſtrare. Ita ⁊ dominꝰ
oſtendit ſigna ſue paſſionis ad imita
6° tionem virtutis Sexto apparuit
octaua die diſcipulis quādo thomas
erat cum eis de cuius pectore omnē
dubitanciam ammouit. ſicut in octa
ua reſurrectionis omnem dubietaté
auferet ab intellectu omnem immū
diciā ab affectu. mortalitatem a cor
pore. fomitem de corde. Iuxta illud
Iſaye. xxx. Erit lux lune ſicut lux
ſolis. i. affectus ſine macula plenꝰ fō
te iuſticie. Et tunc lux ſolis ſicut lux
ſeptem dierum. i. intellectus plenus
luce ſapiencie. vt nihil ei deſit in nul
la ſciencia. In die illa alligabit domi
nus vulnera populi ſui. i. mortalita
tem corporis mei viculo eternitatis
noſtre. q̄ ſicut dicit Bernardus Per
hoc q̄ aſpicimus eſſenciā diuine na
ture a mutabilitate noſtra liberati fi
gimur in eternitate Et plagam per
cuſſoris ſanabit. ſ. fomitē quā ꝓpter
inobedienciam primi parentis per

J

cuſſi fuimus: vt iam non ſit in carne
7° Septimo apparuit ſeptē diſcipulis
laborantibus in piſcatione. In qua
notatur opus predicationis qđ inu
tiliter exercetur ore doctoris niſi ad
ſit preſencia ſaluatoris Iubꝫ ergo do
minus rete mitti in dexteram id eſt
vt dirigatur intencio ad eterna.
Iuxta illud mathei. vi. Neſciat ſi
niſtra tua quid faciat dextera tua. ⁊
ſic multitudo piſciū concluditur cū
dominus cooperatur. Mathei vltio.
Illi autem profecti predicauerunt
vbiq̄ domino cooperāte. ꝛc. Signū
eſt ergo preſencie diuine quando au
ditores compunguntur in predicati
one. vnde Exodi. xix. Totus mons
ſynai fumabat eo q̄ dominus deus
ꝛc. Bernardus Fumus indiciū eſt
magni hoſpitis In hoc autem q̄ pri
us miſit ſe in mare vt veniret ad do
minū cū alij nauigio venirēt ad eū
Bernardus Signum eſt ſingularis
pontificatus illius q̄ non vnam na
uim vt ceteri quiſq̄ ſuam. ſ; ipſum ſe
culum ſuſceperit gubernandū. miſit
enī ſe in mare vt eſſꝫ primꝰ in redi
tu quod acceperat in ordine princi
patum. tunica precinxit ſe qui precin
gendus erat martirij paſſione.
8° Octauo apparuit vndecim diſcipul'
in monte galilee. In quo contempla
tionis ſtudium deſignatur cum trāſ
migrat hō de galilea in bethleem. ď
labore in quietem Mons ille qua
tuor gradibus aſcenditur. ſcꝫ. Puri
tate operis. ab omni ſimulatiōe. Pu
ritate affectus. a noxie delectatione
Puritate cordis. a ſuperflua cogita
tione. Vnde ſubdens pſalmiſta.
Innocens manibus ⁊ mūdo cord'

k

9 Nono apparuit recumbentibus di
ſcipulis in ipſo die aſcenſionis incre
pans duriciam cordis eorum. In
quo notat̃ ſtudiū diſcipline quod a
merore incipit ſed in dulcedinem tẽ
dit. Unde ad hebreos.xij. ¶ Omnis
diſciplina in preſenti quidem nõ vi
detur eſſe gaudij ſed meroris. poſtea
autem fructum placatiſſimum exci
tans peccata reddꝫ iuſticie autē qui
dem fructus diſcipline. Primo qui
dem corticem amare compunctiõis
de antectis criminibus Deinde du
riſſimam teſtam inueterate conſuetu
dinis qua confracta aperitur anime
ſuauitas diuine conſolationis. quod
etiam hic manifeſte oſtenditur vt p̃
mo diſcipuli recubuiſſe leguntur ꝙ
quando penitentes ante veſcitur pa
ne lacrimarum in recordatione pec
catorum ſuorum. Deinde leguntur
increpati ⁊ exprobrati a deo. quod ẽ
quando penitens increpationi ver-
borum dei aurē comodat. vt priſti
ne conſuetudinis duriciam frangat.
Deide dñs comedit cū illis ꝙ ẽ qñ
penitens incipit frui ſuauitate dei
10 Decimo apparuit eis ipſo die in mõ
te oliueti. oleon grece latie miſericor
dia. ⁊ iõ in monte oliueti videtur p̃
minencia operū miſericordie ĩ qui
bus in perſona pauperis exhibetur
nobis preſencia ſaluatoris. Unde pš
¶ Beatus qui intelligit ſuper ege
num ⁊ pauperē. vbi dicit expoſitor
Beatū eſt intelligere quod ipſe qui
celum regit ſit modus in paupere. ꝙ
in eſuriente eſuriat ſaturitas rerum.
ꝙ ſitiat in ſitiente fons foncium. ꝙ
fruſtum panis. calicem aque. dator

l

omnium querat. ⁊ ſe de9 amore pau
peris ſic deponat vt non tantum ad-
ſit pauper. ſed ipſe ſicut pauper. Eſu
riui ⁊ dediſtis mihi manducare.
Se manducare dicit. quando paup̃
comederit. ⁊ cum bibit ſibi teſtatur
infuſum. O quantum agit amor pau
peris. deus gloriatur in celo. Unde
pauper erubeſcit in terra. ⁊ hoc r̃pu
tat ĩ homine ſibi ꝙ pauperi compu
tatur in manu. Suſceptus igitur
a nubibus ſic aſcendit in celū. quia
elemoſine noſtre angelorū manib9
deferuntur ad deū Aſcendit cri-
ſtus vt preparet fidelibus locum.
Deferuntur elemoſine vt dignas in
celo nobis preparent manſiones
Unde dicitur Prouerbiorum deci
mooctauo. ¶ Donum hominis dila
tat viam eius. ⁊ ante principem ſpa
cium ei faciet Imploremus ergo
clemenciam conditoris. vt in preſen
tĩ nobis faciem gracie ſue exhibeat.
⁊ in futuro ad gloriam contemplati
onis ſue perducat Amen

Feria ſecunda.

Epiſtola. Actuum.x.

In diebus illis. ſtans petr9
in medio plebis dixit. Viri fratres
vos ſcitis ꝙ factū eſt verbū per vni
uerſam iudeam incipiens enĩ a gali
lea p9 baptiſmū qđ p̃dicauit ioha-
nes ihesū a nazareth quomõ vnxit
eum de9 ſpiritu ſancto ⁊ virtute Qui

pertranſiuit benefaciendo ⁊ ſanãdo
omnes oppreſſos a diabolo. quoniã
deus erat cum illo. Et nos teſtes ſu
mus omnium que fecit in regione
iudeorum ⁊ iheruſalem. quem occi
derunt ſuſpendentes in ligno. Hunc
deus ſuſcitauit tercia die. ⁊ dedit eũ
manifeſtum fieri non omni populo
ſed teſtib9 preordinatis a deo nobis
qui manducauimus ⁊ bibimus cũ
illo poſtꝙ reſurrexit a mortuis. Et
precepit nobis predicare populo. ⁊
teſtificari. quia ipſe eſt qui conſtitu-
tus eſt a deo iudex viuorum ⁊ mor
tuorum. Huic omnes prophete teſti
monium perhibent remiſſionẽ pec
catorum accipere per nomen eius õ
nes qui credunt in eum

Euangelium. Luce vltimo

In illo tempore Duo ex di
ſcipulis iheſu ibant ipſa die in caſtel
lum quod erat in ſpacio ſtadiorum
ſexaginta ab iheruſalem nomine E
maus. Et ipſi loquebantur adinui-
cem de hijs omnibus que acciderãt
Et factum eſt dum fabularentur ⁊
ſecum quererent. ⁊ epſe iheſus appi
quans ibat cum illis. Oculi autem e
orum tenebantur ne eum agnoſcerẽt
Et ait ad illos. Qui ſunt hij ſermo-
nes quos confertis ad inuicem am
bulãtes ⁊ eſtis triſtes Et reſpõdens
vnus cui nomen cleophas. dixit ei
Tu ſolus peregrinus es in iheruſalẽ
⁊ non cognouiſti ea que facta ſunt i
illa in hijs diebus. Quib9 ille. Que
Et dixerunt de iheſu nazareno qui
fuit vir propheta potens in opere ⁊

ſermone coram deo ⁊ omni populo
⁊ quomodo tradiderunt eũ ſummi
ſacerdotes noſtri in dampnationem
mortis. ⁊ crucifixerunt eum Nos
autem ſperabam9. quia ipſe eſſet qui
redempturus eſſet iſrahel. Et nunc
ſuper hec omnia tercia dies eſt hodi
e ꝙ hec facta ſunt. Sed ⁊ mulieres
quedam ex noſtris terruerunt nos
que ante lucem fuerunt ad monumẽ
tum. ⁊ non inuento corpore eius ve
nerunt dicentes ſe etiam viſionem ã
gelorum vidiſſe qui dicunt eum vi
uere. Et abierunt quidã ex noſtris
ad monumentum ⁊ ita inuenerunt
ſicut mulieres dixerunt. ipſum vero
non inuenerut. Et ipſe dixit ad eos.
O ſtulti ⁊ tardi corde ad credendũ
in omnibus que locuti ſunt prophe
te. Nonne hec pati oportuit criſtũ.
⁊ ita intrare in gloriam ſuam Et in
cipiens a moyſe ⁊ omnibus prophe
tis interpretabatur illis in omnibus
ſcripturas que de ipſo erant Et cum
appinquauerunt caſtello quo ibant.
Et ipſe finxit ſe longius ire. Coege-
runt illum dicentes. Mane nobiſcũ
quoniam adveſperaſcit ⁊ inclinata ẽ
iam dies. Et intrauit cum illis. Et
factum eſt dum recumberet cũ eis
Accepit panem ⁊ benedixit ac fregit
⁊ porrigebat illis. ⁊ aperti ſunt ocu
li eorum ⁊ cognouerunt eum. Et ip
ſe euanuit ex oculis eorum. Et dixe
runt ad inuicem. Nonne cor noſtrũ
ardens erat in nobis. dum loqueretᵛ
in via ⁊ aperiret. nobis ſcripturas
Et ſurgentes eadem hora ingreſſi
ſunt i iheruſalẽ. ⁊ inuenerunt cõgre
gatos vndecim ⁊ eos qui cum ipſis
erant dicentes. ꝙ ſurrexit dominus

A

vere ⁊ apparuit ſymoni Et ipſi narra
bant que geſta erant in via. ⁊ quō co
gnouerunt eum in fractione panis.

Sermo. lvij. de euangelio.

COgnouerūt dominū
in fractione panis. Tria ↄſi
deranda ſunt in hijs verbis
Primo quare dominus hijs diſcipu
lis ſpecialiter ſe oſtendit.
Secundo qualiter eis apparuit.
Tercio in quo ab eis agnitus fuit.
Ad primum ſciendū ꝙ apparuit eis
ꝓpter quatuor.
Primo ꝓpter bonum ſocietatis quod
ꝓmiſit Math. dicens. Ubi duo vel
tres ↄgregati fuerint in noīe meo. in
medio eorum ſum.
Secundo ꝓpter iter bone actōnis. ut
ait ꝓuer. v. In vijs iuſticie ambulo.
ſcꝫ viantibus ſociū ſe exhibet: cuiꝰ fa
cundia ꝓvehiculo ſit in via.
Tercio ꝓpter collationē diuini ſermo
nis. ut ait ſapi. Concupiſcite ſermo
nes meos. diligite illos ⁊ habebitis
diſciplinam.
Quarto ꝓpter merorem dñice paſſio
nis. Unde ait Joh. v. Triſticia vr̄a
vertetur in gaudiū. Nota cum dici
tur. Duo ex diſcipulis. quoꝝ vnꝰ vo
catur cleophas. alter amō ſm̄ ambro
ſium. licet quidā dicunt illū fuiſſe be
atum lucā: ſed nō eſt autenticū. ibant
ipſa die reſurrectōis. in caſtellum: qḋ
tunc dicebatᷣ emaus: ſed poſtea fuit
dictū nicopalis: longe a iheruſalem
vij. miliarijs ⁊ dimidij. ⁊ ipſi loque
bantᷣ adinuicē de hijs oībus que au
dierant circa xp̄m: dolētes eū ſine cul
pa occiſuꝫ. Ecce ꝙ nihil ī eis ad diſci

B

plinā vacabat. Uniti eñ erant vincu
lo caritatis. cor occupatum merore. li
gua ſacre ↄfabulationi. pedes itineri
ꝓuer. Tene diſciplinam: ⁊ ne di
mittas eam ⁊c̄.
Ad ſecundum ſciendū ꝙ apparuit e
is in habitu peregrino. ⁊ hoc ꝓpter
quatuor.
Primo. ꝙ peregrinus erat in menti
bus eoꝝ. ⁊ nō credebant eū reſurrex
iſſe a mortuis. Grego. Taleꝫ ſe eſſe ex
hibuit in corpore qualis erat in mē
te. ꝓpter hoc ⁊ reprehēdit eos de ſtul
ticia. ꝙ ſcripturas nō intelligebant q̄
plane ↄtinent paſſionis ⁊ reſurrectio
nis miſteriū. Item de pigricia. ꝙ ne
qꝫ mulieribus reſurrectionē annūci
antibus. neqꝫ hijs que ſepiꝰ audierāt
neqꝫ hijs que in lege nouerant crede
revoluerunt.
Secundo. ꝙ ipſe peregrinus fuit in
mundo vbi neqꝫ manſionem habuit
neqꝫ honorē appetiuit. neqꝫ iniurias
iudicauit. Un̄ pſal. Incola ego ſuꝫ
in terra. Joh. xix. Quaſi peregrinꝰ
fuit in oculis eoꝝ.
Tercio ꝙ tendebat ad locum ſanctū
.i. in celuꝫ. Unde math. iij. Hō qui
dam peregre ꝓficiſcens ⁊c̄ ꝓ parua eſt
ipſius hūanitas aſſumpta. de qua ꝓ
uer. vij. Saccū pecunie tulit ſecuꝫ
baculū lignū crucis. De quo geñ. xij
In baculo meo trāſiui iordanē iſtū.
Quarto. ꝙ docet nos peregrinari in
exilio huiꝰ mundi ⁊ ſuſpirare ad pa
triā paradiſi. ij. Coꝝ. ij. Quādiu ſu
mꝰ in corpore peregrinamur a dn̄o
hac peregrinatōe finita amici noſtri
.ſ. angeli ⁊ ſancti obuiā veniētes cum
gaudio nos ſuſcipient in ciuitate cele
ſti. Iſa. lv. Egredimini in leticia ⁊

in pace reducemini.
Habet etiam ⁊ dyabolus peregrinos
ſuos qui quotidie faciunt dietam ſu
am vſqꝫ in infernum. Unde ruth p̄.
Abijt homo de bethleem iuda ut
peregrinaretur in regione moabiti-
de. Prima dieta eſt ſuperbia. De
qua eccleſiaſtici. x. Inicium ſuper-
bie hominis apoſtatare a deo: quoni
am ab eo qui fecit illum receſſit coꝛ
eius. Secunda auaricia. De qua
pſa. lvij. Abijt merens in via coꝛdis
ſui. Tercia luxuria. de qua luce. iij.
Filius ꝓdigus abijt in regionem
longinquã. Hac peregrinatione per
acta recipiẽt eos hoſpites inferni cũ
ſtridoꝛe ⁊ vlulatu ducentes ad crucia
tus eternos. Unde yſayas. Clama
bat alter ad alterum.
Ad tercium ſciendũ ꝙ pꝛimo eis ex
poſuit ſcripturas.
Secundo ab eis elongari ſe finxit
Tercio ad hoſpicium vocatus intra-
uit ⁊ ibi agnitus eſt in fractõe panis
Pꝛimũ generauit ardoꝛem in menti
bus eoꝝ ꝯtrã coꝛpoꝛem incredulita-
tis. Unde dicunt. Nonne coꝛ noſtrũ
ardens erat in nobis dum loqueret̃
nobis in via. Ubi dicit beda. Exau-
dito ſermone coꝛ pꝛius coꝛpoꝛe incre
dulitatis ⁊ timoꝛis frigiduꝫ. igne ſpi
ritusſancti eſt accenſum. ut iam inter
no ardeat deſiderio. ⁊ ad credenduꝫ
veritatem ſe extendat.
Secundum elicuit ab eis oꝛationeꝫ
Unde bernardus. Finxit ſe longius
ire. nõ quia hoc volebat. ſed cupiebat
audire. Mane nobiſcũ: quoniã aduel
peraſcit. Subtraxit namqꝫ ſe ut am-
plius deſiderent. ⁊ deſideratꝰ audiꝰ
reuocet̃. ⁊ reuocatus foꝛtius teneat̃

Sunt enĩ tres alie cauſe quare grãa
ꝯtemplationis ſubtrahitur. Pri
mo merito maloꝝ operum. Unde p̄
mo occiſi ſunt filij zedechie. ⁊ poſtea
exoculatus eſt. Item ꝓpter ꝯſeruatõ
nem humilitatis. Unde exo. Mag
na eſt gratia ꝯtemplationis. duruꝫ li
quefiebat ad ardoꝛeꝫ ſolis. i. ad vehe
mentiam temptatõnis. ij. Corint.
Ne magnitudo reuelationũ extol
lat me: datus eſt mihi ſtimulus car-
nis ⁊c̃. Item ꝓpter vtilitatẽ actio-
nis. Unde ioh̄. xvi. Expedit vobis
ut ego vadam.
Tercium ꝯtulit eis manifeſtam cog
nitõnem. in quo innuitur ꝙ veritas
melius opere ꝙ̃ verbo mõſtraretur.
Unde eccleſiaſti. i. Fili ꝯcupiſce ſa
pientiam. ſerua iuſticiã ⁊ deus prebe
bit illam tibi. Gregorius. Excedens
nõ eſt cognitus dũ loqueretur ⁊ dig
natus eſt cognoſci dum paſcitur. Au
diendo precepta dei illuiati nõ ſunt.
quia ſcriptum eſt Joh̄. iij. Non au
dientes legis iuſſa ſaluabũtur a dño
ſed facientes iuſticiam legis

Feria tercia paſche.
Epiſtola. Actuum. xiij.

IN diebꝰ illis. ſurgẽs
paulꝰ ⁊ manu ſilentiuꝫ indi
cẽs ait. Uiri frẽs filij gene
ris abꝛahã. ⁊ qui in vobis timẽt deũ
vobis verbũ ſalutis hꝰ miſſuꝫ ẽ Qui
enim habitabant iheruſalem ⁊ prin-
cipes eius ignorantes iheſuꝫ ⁊ voces
ꝓphetarum que per omne ſabbatuꝫ
leguntur iudicantes impleuerunt. ⁊
nullam cauſam mortis inuenientes
in eo petierũt a pilato ut interficerent

eum. Cumqꝫ ↄſummaſſet omnia que de eo ſcripta erant: deponentes eum de ligno poſu erunt in monumento. Deus vero ſuſcitauit eum a mortuis Qui viſus eſt per dies multos hijs q̀ ſimul aſcenderant cum eo de galilea in iheruſalē: quivſqꝫ nunc ſunt teſtes eius ad plebem. Et nos vobis annū ciamus eaꝫ que ad patres noſtros re pmiſſio facta eſt. Quoniaꝫ hanc de us adipleuit filijs veſtris reſuſcitans iheſum xpriſtum dn̄m noſtrum.

¶ Euangelium. Luce vltimo

In illo tēpore· ſtetit iheſus in medio diſcipulorum ſuorum ⁊ dixit. Par vobis. ego ſum nolite timere Conturbati vero ⁊ cōterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis ⁊ cogitationes aſcendunt in corda veſtra. Videte manus meas ⁊ pedes: quia ego ipſe ſum. palpate ⁊ videte. quia ſpiritus carneꝫ ⁊ oſſa non habet ſicut me videtis habere Et cum hoc dixiſſet: oſtēdit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autem illis non credentibus ⁊ ammirantibꝰ pre gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerūt ei partem piſcis aſſi. ⁊ fauum mellis Et cum manducaſſet coram eis: ſumens reliquias dedit eis ⁊ dixit ad illos. Hec ſunt verba que locutus ſum ad vos cum adhuc eſſem vobiſcum. quoniam neceſſe eſt impleri oīa que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ pphetis et pſalmis de me Tunc aperuit illis ſenſum ut intelligerēt ſcripturas. Et dixit eis. Quoniam ſic ſcriptuꝫ eſt. ⁊ ſic oportebat pati xp̄m ⁊ reſurgē a mortuis tercia die. ⁊ predicari in nomīe eius penitentiam ⁊ remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

¶ Sermo. lviij. de euangelio.

Stetit Iheſus i medio diſcipulorꝫ ſuorum ⁊ dixit eis. pax vobis. In hijs verbis tria conſideranda circa dominuꝫ occurrunt. Situs. Locus. ⁊ Actus. Situs notatur cum dicitur. Stetit iheſus. Locus cum ſubditur. in medio. Actus cum additur. ⁊ dixit eis. pax vobis Stetit igitur dominus in medio pter quinqꝫ.

¶ Primo ut ex ↄſuetudine viſitata plenius agnoſceretur. quia dum conuerſatus inter eos in medio eorūꝫ ſedebat in medio eorum ambulabat. ſicut ipſe ait Luce. xxij. ¶ Ego in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Apo. ij. ¶ Hec dicit qui ambulat in medio candelabrorꝫ aureorum. oſtendens ut ſicut ipſe ambulauit: ita ⁊ nos ambulemus.

Secundo vt gloria reſurrectōnis ab oībus videretur. Iñ eccl. xxiiij ¶ In medio populi ſui glorificabit͛ puocando eos ad largitatē per cicatricū oſtenſionem cū dicit ¶ Videte manꝰ meas ⁊ pedes meos. i. opera ⁊ affectꝰ meos erga vos: docens hoc facto ut habeamus manꝰ perforatas per largitateꝫ ⁊ pedes. i. affectꝰ per ↄpaſſionem

Tercio ut omniū ſollicitudinē equaliter ſe habere monſtraret. Eſt enim quaſi centrum a quo radij gratiaruꝫ equaliter ad circumferentiā dirigun tur. ſ. ad nos qui ſumus in labore in circuitu vite huius. Unde ſapien. vi.

B

¶ Puſillum ⁊ magnū ipſe fecit:equa
liter eſt ei cura de omnibus. Unde
dicit grego. Non eſt rex apud illum
nobilior.non pauper inferior.nō di
ues potentior.nō nudꝰ pauidior.nō
ſeruus deterior. ſed omnibꝰ equalis
iudex.oībus deus.omnibus dn̄s eſt.
Unde apoſtolus ¶ In veritate cōpe
ri ꝙ non eſt perſonaꝝ acceptor deus
Job.xxxvi. ¶ Deus potentes nō abij
cit:cum ⁊ ipſe ſit potens.ſed nō ſeruat
impios.⁊ iudiciū pauperibus tribu
it.nam cū ſit ſumma iuſticia:ſeipſum
negare nō poteſt ſicut dicitur.ij. Thi
mothei.ij.

¶ Quarto ut vniformitatē ſe diligere
approbaret. Unde math.xix. ¶ Ubi
duo vel tres ꝯgregati ſunt in nomīe
meo:ibi ſum in medio eoꝝ. vbi dicit
expoſitor. Amat medium mediator
dei ⁊ hominum.fruſtra queris in ſe
ctulo.fruſtra circuis ciuitatē.in me
dio ē.in meridie cubat. inter lilia pa
ſcitur.in ꝯſilio iuſtorum ⁊ ꝯgregatōe
Non ſumus ergo ex illis de quibus
dicit cano. Jude ¶ Hij ſunt q̄ ſegre
gant ſemetipſos animales:ſpiritū nō
habentes. vbi dicit bernardꝰ. Unde
re eſt animam hominis quemadmo
dum vniuerſa corporis membra vi
uificet coherentia ſibi.ſeparata ergo
vel diuiſa a iunctura ceterorū:mem
bra iſta nō viuificet. Sicut enim om
nis qui dicit anathema iheſu:quia a
nathema ſeparatio eſt.ſic econtra.om
nis qui ab vnitate diuiditur ne dubi
tes quin ab eo receſſerit ſpiritus vite
Hij ſunt montes gelboe quos non vi
ſitat dominus.ij. Regum.i.

Quinto ut electionem medij nos do
ceret.ꝗꝛ mediū participat rōem extre

C

moꝝ. Unde philoſophus. Uirtus ē
medium ſuperfluitatis ⁊ indigentie.
Unde ⁊ lignū vite eſt in medio para
diſi. Et notandū ꝙ dn̄s in natiuita
te ponit in medio duoꝝ aīalium.in
adoleſcentia inuenit in medio docto
rum.in paſſione in medio latronum
In reſurrectōne pacem affert in me
dio diſcipulorum.

¶ In natiuitate docet nos eligere me
dium paupertatis. Aīalia enim man
ſueta in preſepio dei ſūt pauperes vo
luntarij. Unde pſal. ¶ Aīalia tua in
habitabunt in ea.paraſti in dulcedie
tua pauperi deus. Sed quidā ſunt
pauperes ſordidi.⁊ hij deſignant in
aſino:qui nihil diſcernit. Quidā pau
peres delicati .⁊ hij deſignant in bo
ue qui fenū eligit. Ponit ergo domi
nus in medio bouis ⁊ aſini:ut medio
critatē doceat tenendā in paupertate
Unde iheronimꝰ. Nec affectate ſor
des:nec exquiſite delicie laudē pari
unt. ¶ In adoleſcentia docet nos eli
gere medium ſapie. Quidā nempe
ſunt qui totū tribuunt intellectui. et
⁊ nihil aut paꝝ affectui.ſicut curioſi
circa ſubtilia ⁊ inutilia.quibꝰ apoſtolꝰ
ait Roma. vij. ¶ Nō plus ſapere ꝙ̄
oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrieta
tem. vbi dicit bernardus. Non ꝓhi
bet ſapere:ſed plus ſapere ꝙ̄ oportet.
Nam licet omnis ſcientia in ſe ſit bo
na que tamen ſubnixa eſt veritati: tu
tamen qui cum timore ⁊ tremore ſal
tem pro temporis breuitate feſtinas
eas ſcire prius ampliuſꝗ curato:que
ſenſeris viciniora ſaluti. Comparatur
nam ꝗ ſapientia cibo: circa quem ſu
mendum ſi modus ⁊ ordo non ſerua
tur:mox male redditur. Unde com

paratur ſali quo condiuntur cibi: ta
men ſi menſuram excedit ⁊ ipſum pe
rit. ⁊ quod ſalierit perdit. Quidam
econuerſo totum tribuunt affectui.
nihil autem intellectui. Sicut torpē
tes circa ſalutem ꝓximi qui abſcōdūt
pecuniam domini ſui. Contra quos
dicitur puerbioꝝ. xi. ¶ Qui abſcon-
dit frumenta maledicetur in popu-
lis. vbi dicit gregorius. ¶ Qua pena
plectendi ſunt: qui in fame verbi ne
anime pereant: panem percepte gra-
tie non miniſtrant. Medium ergo te
nendum eſt ut ſtudeas circa intelle-
ctum luminandum per diſcretioneʒ
⁊ circa affectum attendendum per
deuotionem. Unde pri. thimo. iiij.
¶ Attende tibi ⁊ doctrine. Item Jo
hannis. v. ¶ Erat iohannes lucerna
ardens ⁊ lucens. vbi dicit gregorius
Eſt tantum lucere vanū. tantuʒ arde
re parꝝ: lucere ⁊ ardere perfectuʒ.
In paſſione docet nos eligere medi-
um temperantie. Latrones namqꝫ
ſunt qui ſeipſos in patibolo peniten-
tie propter peccata ſuſpendūt. Unde
Job. vij. ¶ Elegit ſuſpendium ani-
ma mea: ⁊ mortem oſſa mea. Sʒ qui
dam ſunt qui indiſcretam penitenti-
am faciunt. ⁊ ſignantur per zacheuʒ
qui aſcendit in arborem ſicomorum
ut videret ihesum. Luce. xix. Sico-
morus interpretatur ficus fatua. ⁊ ſi
gnat talium diſciplinam: que dulcis
eſt ꝓpter feruorem: ſed fatua propter
indiſcretionem. quia ſicut ait ſeneca
Contra naturam eſt torquere corpꝰ
ꝓprium. ſcilicet in cibis: non tantum
vilibus: ſed in ceteris horridis uti:
quemadmodum enim deſiderare de
licatas res luxurie eſt: ita vſitatas ⁊ nō

magno ſtudio preprrabiles fugere
dementie eſt. ¶ Quidam econtrario
faciunt penitentiam diſſolutaʒ. ſicut
carnales ſignati per populum iudeo
rum: qui in deſerto ad ollas egiptias
ſuſpirabant. Contra quos dicit᷑ Ma
the. xi. ¶ Quid exiſtis in deſertuʒ vi
dere: arundinem vento agitatam: vel
quid exiſtis videre: hominem molli
bus veſtitum. Arundo ſunt indiſcre-
ti foris nitidi per oſtenſioneʒ operis
Intus vacui per ſanitatem virtutis.
Hij agitantur vento. quia impatien-
tie nō poſſunt reſiſtere. ⁊ leui verbo.
Mollibus veſtiti ſunt deliciaruʒ mol
licie reſoluti. ⁊ ideo vtriuſqꝫ latronis
crura confracta ſunt quia illi per im
patientiam. iſti per diſſolutam vitam
franguntur. Dominus ergo ſuſpen
ſus in medio docet ut ꝓ menſura vi-
rium pondus penitentie aſſumatur.
⁊ ſic nec frangetur ꝓpoſitum: nec ſalu
bris intentio conteretur. Unde pſal
miſta ¶ Cuſtodit dominus omnia oſ
ſa eorum: vnum ex hijs non contere
tur. ¶ In reſurrectione docet nos
medium iuſticie. Unde tunc pacem
annunciauit. quia ſicut dicitur yſaye
xxxij ¶ Opus iuſticie pax. Juſti nam
qꝫ ſunt: qui vitaʒ ſuam quotidiana ex
aminatione diſcutiunt. Sed quidaʒ
nimis declinant ad ſiniſtram iudicij
trepidantes timore vbi timor nō eſt.
Alij nimis declināt ad dexteram miſe
ricordie: dicentes pax vbi pax nō eſt.
Propter hoc medium tenēdum eſt.
ſicut dicitur Numeri viceſimo primo
¶ In publica gradiemur via: non decli
nantes ad dexteram: neqꝫ ad ſiniſtrā.
⁊c.
¶ Sequitur videre de actu ſalutatōis

mellifflue. ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ec
ce verus pacificus ad pacem natus.
pacem attulit ſuſcitatus: ut oſtendat
quantum in pace ⁊ vnitate complace
at ſibi. Qui ergo pacem turbat: anti
xpriſtus eſt. ⁊ deſtruit ſedē dei. quia
in pace factus eſt locus eius. Quia
ergo xpriſtus quando apparuit diſci
pulis: pacem eis annunciauit. Ideo
epiſcopus qui ſpiritualis eſt vicarius
xpriſti. in prima verſione in miſſa di
cit. Pax vobis. Sed notandū ꝙ tri
plex eſt pax.

¶ Prima exterior ſcilicet temporis pro
qua quotidie orat eccleſia. Unde ihe
remie. xxix. ¶ Querite pacem ciuita
tis ad quam tranſmigrare vos feci. ſ.
mundi huius. ⁊ orate pro ea ad deū
quia in pace illius erit pax vobis.
Secunda interior. ſcilicet pectoris.
De qua pſalmiſta ¶ Pax multa dili
gentibus legem tuam Iudi. vi. ¶ E
dificauit gedeon altare: ⁊ vocauit il
lud domini pax.

¶ Tercia ſuperior. id ē eternitatis que
eſt pax ſuper pacem. De qua philip.
iiij. ¶ Pax dei que exſuperat omnē
ſenſum ⁊c. Illam pacem ſeruat dilec
tis ſuis tanꝗ aurum precioſiſſimum
Unde dicitur yſaye. xxvi. ¶ Serua
bit pacem nobis. pacē quia in te ſpe
rauimus. ¶ Prima pax bona. Secū
da melior. Tercia optima.

¶ Primam pacem perturbant ſcanda
la bellorum: que mouet corpus dya
boli contra corpus xpriſti. Sicut di
citur apocalipſis. vi. vbi legit̄ ꝙ pri
mo exiuit equus albus. ſcilicet eccleſi
a xpi ſanguine dealbata. Secundo e
quus rufus. Tercio equꝰ niger. Qr
to equus pallidus. per quos figura
tur corpus dyaboli. Naȝ in equo ru
fo intelligitur ſtrages martirum. in
nigro perſecutio hereticorū. in palli
do perſecutio falſorum fratrum.
Secundam pacem perturbant repu
gnantia carnalium deſideriorū. Un
de ad roma. vij. ¶ Uideo aliam legē
in membris meis repugnātem legi
⁊c. Prouerbiorum. xix. ſcd̄m aliam lit
teram ¶ Tria ſunt que expellunt ho
minem de domo. fumꝰ. ſcilicet ſuper
bia. ſtillicidium ſcilicet luxuria. ⁊ ma
la vxor. ſcilicet auaricia. cum qua ma
trimonium inſeparabile contrahunt
omnes cupiditates. De quibus dicit
pſalmiſta. ¶ Nihil inuenerunt om
nes viri diuitiarum in manibus ſu
is ⁊c.

¶ Terciam pacem nihil eſt quod vale
at perturbare. Unde dicitur Leuiti
ci. xxvij. ¶ Dabo pacem in finibus
veſtris. dormietis ⁊ non erit qui ex
terreat.

¶ Prima pax indifferens eſt. malorū
pariter ⁊ bonorum.
Secunda bonorum tantum.
Tertia beatorum. Propter hoc do
minus bis dixit apoſtolis in die re
ſurrexionis. pax vobis. q̄ ⁊ eis pacem
pectoris tribuit. ⁊ pacem eternitatis
repromiſit. Unde Ioh. xiiij. ¶ Pacē
relinquo vobis. pacem meā do vobis
Terciam vero pacem. ſcilicet tempo
ralem non habuerunt apoſtoli. quia
ſemper eos perſecutus eſt mundus.
Unde ait dn̄s Ioh. vi. ¶ Si me per
ſecuti ſunt: ⁊ vos perſequentur.

¶ Dominica prima poſt paſcha.
¶ Epiſtola Prima Iohis.

In oct' paſche

Sermo quinquageſimuſnonus

M

Kariſſimi. Omē quod
natum eſt ex deo vincit
mundum. Et hec eſt vi
ctoria que vincit mundum fides ve
ſtra. Quis autem eſt qui vincit mun
dum niſi qui credit qm̄ iheſus eſt fi
lius dei. Hic ē em̄ qui venit per aquā
⁊ ſanguinem iheſus xpriſtus. Nō in
aqua ſolum: ſed in aqua ⁊ ſanguine.
Et ſpiritus eſt qui teſtificatur quo
niam xpriſtus eſt veritas. qm̄ tres ſūt
qui teſtimonium dant in terra. ſpiri
tus. aqua. ſanguis. Et tres ſūt qui te
ſtimonium dāt in celo. Pater. verbū
⁊ ſpiritus ſanctus. Et hij tres vnum
ſunt. Si teſtimonium hominuȝ acci
pimus. ſed teſtimoniū dei maius eſt
quoniam hoc eſt teſtimoniuȝ dei qđ
maius eſt. quia teſtificatus eſt de fi
lio ſuo. Qui credit in filium dei ha
bet teſtimonium dei in ſe.

Euangelium. Johannis. xx.

In illo tempore. Cum ſero
eſſet die illa vna ſabbatorum: ⁊ fores
eſſent clauſe vbi erant diſcipuli ↄgre
gati ꝑpter metum iudeoꝝ. Venit ihe
ſus ⁊ ſtetit in medio diſcipuloꝝ ⁊ dix
it. Pax vobis Et cum hec dixiſſet: oſ̄
dit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſunt er
go diſcipuli viſo domino. Dixit ergo
eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit
me pater: ⁊ ego mitto vos. Hoc cum
dixiſſet: inſufflauit ⁊ dixit eis. Accipi
te ſpiritum ſanctum. Quoꝝ remiſeri
tis peccata remittuntur eis ⁊ quoruȝ
retinueritis: retenta ſunt. Thomas
autem vnꝰ ex duodecim qui dicit' di
dimus nō erat cum eis qñ venit ihe
ſus. Dixerūt ergo ei alij diſcipuli. vi
dimus dominū. Ille autem dixit eis
Niſi videro in manibus eius fixurā
clauoꝝ. ⁊ mittam digitum meum in
locum clauorum. ⁊ mittam manum
meam in latus eius non credam. Et
poſt dies octo iterum erant diſcipu
li eius intus ⁊ thomas cum eis. Ve
nit iheſus ianuis clauſis ⁊ ſtetit in me
dio ⁊ dixit. Pax vobis. Deinde dicit
thome. Infer digitum tuum huc: et
vide manus meas. ⁊ affer manuȝ tu
am. ⁊ mitte in latus meum. ⁊ noli eſ
ſe incredulus ſed fidelis. Reſpondit
thomas ⁊ dixit ei. Dominus meus ⁊
deus meus. Dicit ei iheſus. Quia vi
diſti me thoma credidiſti. beati qui
non viderunt ⁊ crediderunt. Multa
quidem ⁊ alia ſigna fecit iheſus in cō
ſpectu diſcipuloruȝ ſuorum que non
ſunt ſcripta in libro hoc. Hec aūt ſcri
pta ſunt vt credatis quia iheſus eſt fi
lius dei. ⁊ ut credentes vitam habea
tis in nomine eius.

Sermo. lix. de euangelio.

Cvm ſero eſſet die illa
⁊c. Sicut dicitur actuū. p.
Poſt reſurrectionē ſuaȝ do
minus per dies quadraginta in mul
tis apparuit diſcipulis ut intellectus (argument)
eoꝝ formaret' in fide reſurrectōnis
Et ſicut ait damaſcenꝰ. quedā exhibu
it ſm naturaȝ: ut tranſire de loco ad
locū infatigabilit'. ⁊ per ianuas clau
ſas intrare. quedā per fictōeȝ: ut ī eo
ꝙ finxit ſe longius ire. quedā ſm diſ
putatōem. ad certificandū ꝙ ipſum
corpꝰ qđ paſſum fuerat reſurrexit:
ut cicatrices. cibatio. potatio. Alijs

B

tamen argumentis vſus eſt ad ꝓban
dam gloriam reſurrectionis. alijs ad
ꝓbandum virtutem corporis.
Tribus argumentis probauit reſur
rectionem.

¶ Primum eſt ꝙ ſicut dicitur hic clau
ſis ianuis īrauit ad eos. ſicut de clau
ſo ſepulchro ⁊ integro ſignaculo reſur
rexit. Unde cuidam monacho ſancti
Laurentij extra muros: miranti de
cingulo ſuo ante ſe ꝓiecto. ⁊ non ſolu
to vox in aere facta eſt. Sic potuit
clauſo iheſus prodire ſepulchro. In
hoc manifeſtauit reſurrectionem ſu
am per dotē illam que eſt ſubtilitas
nō quia hec poſſent perpendere ſen
ſu exteriori: ſed ↄferendo cum eis po
terant hoc cognoſcere ꝙ corpus illō
erat glorioſum: quod potuit intrare
ianuis clauſis. Tanta namq̄ ē ſubtili
tas corporis glorificati ꝙ poteſt pe
netrare omnia corpora quantūcunq̄
ſpiſſa. licet ipſum a nullo valeat pene
trari.

¶ Secundū eſt argumentū ꝙ cito ap
parebat ⁊ diſparebat. in quo manife
ſtauit reſurrectionē ſuam per dotem
illam que eſt agilitas. licet ratō agili
tatis nō poſſet a diſcipulis ↄprehen
di. Tanta namq̄ eſt agilitas corporis
glorificati ꝙ tam cito poteſt eſſe vbi
cunq̄ vult ſpiritus. Unde auguſtin9
Ubi volet ſpiritus: protinus erit ibi
⁊ corpus.

¶ Tercium argumentū eſt. ꝗ videnti
bus diſcipulis. baiulis nubibus con
iunctis ⁊ baiulantibus angelis aſcen
dit in celū ꝓpria poteſtate. Unde yſa.
lxiij ¶ Iſte formoſus in ſtola ſua gra
diens in multitudine fortitudis ſue
In quo ſimiliter manifeſtauit reſur

C

rectionem ſuam per dotem agilita
tis: expreſſiori tamen modo per mo
dum leuitatis tendendo ſurſum: qđ
eſt contra naturam corporis ponde
roſi. ꝗ ſicut dicitur ſap. ix. ¶ Corpus
qđ corrūpitur aggrauat aīam. ſ. corr
pulentia que premit deorſum: ſed in
corpore glorificato nō eſt pondus a
licuius corpulentie qđ obſtat aīe. im
mo pōt agi quocūq̄ voluerit aīa. Ec
ce ꝙ trib9 argumentis ꝓbauit reſur
rectionem. ¶ Sed quare per du
as alias dotes. ſ. claritatē ⁊ impaſſibi
litatē non ꝓbauit reſurrectionē. Ad
hoc pōt breuiter r̄ndert ꝙ hoc fuit
ex parte diſcipuloꝝ qui hmōi mani
feſtationes deprehendere non vale
bant. Unde aug9. Glorificata carne
dominus reſurrexit. ſed noluit in ea
claritate diſcipulis apparere. quia nō
poſſent oculis mortalibus talē clari
tatem conſpicere. Si eñ eum in trāſ
figuratione nō potuerunt inſpicere:
quanto magis nec in reſurrectione.
In tranſfiguratōe namq̄ oſtendeba
tur tantummodo per ſimilitudinem
glorificatōis future. ⁊ tñ claritatem
illam nō poterāt ſuſtinere: ſed ceciderunt
runt in faciem ſuam. ⁊ lucida nubes
obūbrauit eos. Multomagis ergo p9
reſurrectionem non potuiſſent ferre
claritatem corporis vere glorificati.
⁊ idō in claritate nō potuit eis reſur
rectō manifeſtari. Similiter de ipaſ
ſibilitate dicendū eſt ꝙ ipaſſibilitas
xpi nō potuit a diſcipulis ↄprehendi
nec decebat eos actu experiri vtꝝ poſ
ſet pati an nō. Trib9 alijs argumen
tis ꝓbauit virtutē corporis. Primū
ē viſibilitas. ꝗ decies legit̄ apparuiſſe
p9 reſurrectionē: ut inuueret ꝙ per

In oct' pasche

obſeruanciam decalogi. decimus or
do debebat ex hoībꝰ reſtaurari. In
hoc autem ꝙ prebuit ſe viſibilē ſub
eiſdez liniamentis. ſ. forma ⁊ figura
ſub quibus erat ante reſurrectionez.
fuit argumentum ꝙ idem hō cristꝰ
iheſus qui prius cum eis conuerſatꝰ
fuerat reſurrexit. ¶ Scdm argumē
tum fuit palpabilitas. ꝙ miraculoſe
palpandas prebuit vulnerum cica-
trices. corpus eñ glorificatum non
videri nec palpari poteſt a corpore
non glorificato niſi per miraculum.
⁊ quantum ad hoc oſtendebatur eis
ꝙ idem corpus quod prius paſſum
fuerat reſurrexit. ¶ Sunt autez ſep
tez rationes quare in glorificato cor
pore ſuo reſeruauit dominꝰ cicatri-
ces. ¶ Prima vt ſigna ſue victorie ſe
cum ferrz. ſicut de milite ſtrenuo mlt
tum vulnerato. qui preelegit ſanari
cum deformitate apparentibus cica-
tricum veſtigns. ꝙ omnino deletis.
vt appareant veſtigia probitatis. vñ
dominus ait Iſaie. lxiij. ¶ Ego qui
loquor iuſticiam ⁊ ꝓpugnator ſum
ad ſaluandum. eodem mō. Augu
ſtinus ait. Indicia martirij remane
bunt in ipſis corporibus martirum
glorificatis. ¶ Scdo vt per eas in fi
de diſcipulos confirmaret. ſicut patz
in beato thoma qui aliter credere re
cuſabat dicens. Niſi videro in mani
bus eius fixuram clauorū. ⁊ mittaz
digitum meum in locum clauorum
⁊ mittam manū meā in latus eiꝰ nō
credā. Opinio quorundā eſt ꝙ ex re
uerencia noluit palpare vulnera. ⁊
cicatrices. ſʒ tñ eas aſperit. ex eoꝙ do
minus ait. Quia vidiſti me thoma
⁊ non ait. ꝙ palpaſti me vel tetigiſti

Sʒ ſancti manifeſte dicunt ꝙ vidit
⁊ tetigit ex viſu certificauit fidem ſu
am ex tactu noſtram. Unde leo papa
Thomas cuz eſſet ſanctus ⁊ fidelis
non dubitauit. ſed vt omnem ſuſpica
tionem incredulitatis a nobis remo
ueret. cicatrices tetigit. Suffecit eñ
ad fidem propriam vidiſſe quez no
uerat. hoc nobis operatus eſt vt tan
geret quem videbat. ꝙ ergo ad fidē
propriā videre ſuffecit. Ideo ſolum
modo dixit ei dominꝰ. ꝙ vidiſti me
thoma credidiſti. ¶ Tercio vt nos
ad amorem ſuum ꝓpoſitis indicijs
ſue mortis accenderet. vnde Cantico
rū vltimo. Pone me vt ſignaculum.
Quarto vt memoriale ſemper pre o
culis haberet. vñ Iere. xlix. In ma
nibus meis deſcripſi te. ¶ Quinto vt
vt celeſti patrie ad augumenta beati
tudinis inſignia redemptionis infer
ret. Unde ſancti dicunt Apocalipſis. v
¶ Dignus es domine deꝰ noſter ac
cipere librūz ⁊ aperire ſignacula eiꝰ
quoniam occiſus es ⁊ redemiſti nos
deo in ſanguine tuo.

¶ Sexto vt deo patri pro nobis oſten
ſione vulnerum allegaret. Unde di
cit pſalmiſta. ¶ Reſpice in faciem cri
ſti tui. Bernardus Securum acceſ
ſum habet iam homo ad deum. vbi
ad mediationez cauſe ſue filium ha
bet ante patrem. ⁊ ante filium ma-
trem. filius nudato latere oſtendit
patri latus ⁊ vulnera. mater filio pe
ctus ⁊ vbera. nec poteſt vllo modo
eſſe repulſa. vbi concurrunt ⁊ pero-
rant omni lingua diſcretius huius
clemencie monimenta

¶ Septimo vt ad iudicium veniens
contra crucifixores ſuos querelam

E

deponeret. vnde Apocalipſis.i. Uide
bit eum omnis oculus ⁊ qui compu
gerunt. zacharie.xij. Aſpiciẽt me quẽ
confixerũt. ⁊ plangent eum planctu
quaſi vnigenitum. ⁊ ita que ſunt pla
ge iſte in medio manuum tuarum.
quia tunc nec ſolum contra iudeos.
ſed etiam contra nouos crucifixores
fiet dura querela. durior ſentencia.
duriſſima vindicta. qui animam ſu
am quam criſtus emit proprio ſang
uine auferunt ei per peccatum mor
tale. cum dicat Leuitici.xix. ¶ Non
morabitur opus mercenarij tui apd̃
te vſq; mane. Si pugil pro domino
ſuo periculum duelli ſubiret ⁊ vul-
neratus precium poſtularet. ⁊ ille d̃
domo ſua eum expelleret. ⁊ precium
denegaret valde dolendum eſſet. Ita
dominus vulneratus ad hoſpicium
tui cordis accedit ⁊ precium. i. ani-
mam poſtulat propter quam dimi-
cauit. ſi eum per peccatum expellis.
⁊ precium denegas. dolorem ſuper
dolorem addis. vnde ad hebreos. vi.
Rurſum crucifigentes ſibi metipſis
filium dei ⁊ oſtentui habentes ¶
Tercium argumentum fuit comeſti
o. quia corpora fãtaſtica ſuſcitata poſ
ſunt loqui ⁊ ambulare ſiue comedere
Unde puelle quam ſuſcitauit domi
nus iuſſit dari comedere. De lazaro
legitur ꝙ erat vnus de diſcumbenti
bus. Et notandum ꝙ ſicut abſorbet
aliter aquam terra ſitiens. aliter radi
us ſolis. ꝙ illa ex indigẽcia. iſte ex po
tencia. Ita criſtus ante reſurrectio-
nem ſumpſit cibum ex neceſſitate ſic
⁊ nos poſt reſurrectionem propria
poteſtate. ſicut ⁊ angeli comediſſe le
guntur. Geneſis. decimooctauo. Ci

F

bum vero ſumptũ conſumpſit in co
medendo. ſicut aqua modica conſũi
tur in camino. vel a ferro ignito
¶ Tria genera ciborũ poſt reſurrecti
onem ſupſiſſe legitur. ſ. Panẽ. Piſcẽ
aſſum ⁊ fauum mellis. ¶ Quia vero
criſti reſurrectio non ſolum eſt cauſa
noſtre reparationis. Uerum etiam
figura vite ſpiritualis debemus cũ
criſto. ſpiritualiter reſurgere ⁊ in no
uitate vite. ſicut monẽ apoſtolus am
bulare. ¶ Et hoc eſt digne celebra
re reſurrectionem illius. Unde quia
noue vite debent opera atteſtari. De
bemus eiſdem argumentis quibus
dominꝰ vſus eſt probare reſurrecti
onem noſtram.

¶ Primum eſt vt clauſis foribus exte
riorum ſenſuum interiores motus
pacificemus ⁊ ordinemus in nobis
Unde dicitur Yſaye viceſimoſexto.
¶ Uade popule meus intra cubicu
la tua. claude hoſtia. abſcondere mo
dicum ad momentum.

¶ Secundum eſt vt cum propter ne
ceſſitatem corporis aut vtilitatem ꝓ
ximi cogimur ad exteriora exire. nõ
detineamur per voluptatem. ſicut d̃
columba dicitur. Geneſis. vi. ¶ ꝙ cũ
non inueniret vbi requieſceret pes e
ius. reuerſa eſt ad archam. econuerſo
coruus eſt qui aquis concupiſcencie
intercipitur vel illectus cadauere lu
xurie detinetur

¶ Tercium eſt vt per bonum propoſi
tum feruentẽ deſiderio celeſtia aſcen
damus Unde pſalmiſta. ¶ Aſcenſio
nes in corde ſuo diſpoſuit. ⁊c̃
Quartum eſt. vt exhibeamus nos
proximis ad videndum per bonam
vitam ⁊ ſanam doctrinam ¶ Unde

Jn oct paſche

¶ Sermo ſexageſimus

G

Mathei. v. ¶ Luceat lux veſtra corã
hominibus. ꝛc.

¶ Quintum eſt vt exhibeamus nos tã
gendos per pacienciam. vnde Pro
uerbiorum. xix. ¶ Doctrina viri per
pacienciam noſcitur. Et nota ꝙ do
minus tangi ſe permiſit. in vulnere
in manibus. ⁊ latere. ⁊ a diſcipulo. ſ;
non a quocunq;. ſed a thoma. ⁊ poſt
reſurrectionem. ⁊ etiam coram alijs
diſcipulis Tactus eſt reprehenſio cri
minis. Jn latere tangitur qui de pec
cato occulto r̃prehenditur. a diſcipu
lo tangitur qui ab ĩferiori redargui
tur. ⁊ non a quolibet. ſ; a thoma qui
interpretatur abiſſus. i. a peccatore. ⁊
poſt reſurrectionem. i. ſatiſfactioneȝ
de peccato. ⁊ coram diſcipulis. id eſt
in manifeſtatione. Sȝ multi ſunt ſicͭ
equi ſcabioſi qui non permittũt ſe tã
gi. ꝙ ſicut philoſophꝰ ait. Nunquaȝ
Sextum eſt vt cibus noſter ſit pañs
caritatis. ⁊ piſcis aſſus. i. mortificatõ
carnis. ⁊ fauus mellis. i. mundicia
mentis. vt per caritateȝ vniamur ꝓ
ximo. per mortificationeȝ carnis pa
cificemur in corpore proprio. ꝑ mũ
diciam mentis fruamur deo Juxta
illud Mathei. vi. Beati mundo cor
de. ꝛc.

¶ Eodem die

¶ Sermo ſexageſimus

Infer digitum tuum huc et
vide manus meas. Hijs verbis do
minus certificauit beatum thomaȝ
de reſurrectione ſui corporis dubitã
tem. Sed ſciendum ꝙ triplex eſt du

A

bitatio. Una infidelitatis. Alia pieta
tis vel ammirationis. Tercia tardita
tis ſiue diſpenſationis.

¶ Prima eſt in heretico. quia dubius
in fide. hereticus eſt ſicut patet ex d̃ſcrip̃cõe
fectione fidei. Eſt enim fides certi
tudo quedam animi de rebus abſen
tibus ſupra opinionem ⁊ infra ſcien
ciam. Jn hoc ꝙ ait. certitudo quedã
animi de rebus abſentibus. excludit
non ſolum paganos contradicentes.
ſed etiam hereticos dubitantes. Jn
hoc ꝙ dicit. ſupra opinionem. ⁊ in
fra ſcienciam. oſtendit ꝙ credere plꝰ
eſt q̃ꝫ eſtimare. ⁊ minus q̃ꝫ ſcire. quã
tum ad cumulum felicitatis. ⁊ per
fectionem veritatis.

¶ Secũda fuit in beato Johanne bap
tiſta Cum ait. Mathei. xi. ¶ Tu es q̃
venturus es: an alium expectamus.
exiſtimationem ⁊ compaſſioneȝ que
rebat. vtrum dominus eſſet paſſurꝰ
⁊ ad inferos deſcenſurus. quamuis
de hoc certus eſſet. ſicͭ aliquis vidñs
mortuũ filium ſuum. querit es ne
mortuus fili mi.

¶ Tecia fuit in beato thoma. Gregori
us Nunquid caſu geſtuȝ creditis. vt
electus ille diſcipulus. tunc deeſſet.
poſt autem veniens audiret. audiẽs
dubitaret. dubitans palparȝ. palpãs
crederet Non hoc caſu ſed diuina di
ſpenſatione geſtum eſt. Egit nanq;
miro modo ſuperna clemencia vt di
ſcipulus dubitans dum in magiſtro
vulnera palparet carnis. i nobis vul
nera ſanarȝ infidelitatis. Scdm̃ ſpi
ritualem intellectum notantur hic
duo que a nobis dominus exigit. ſcȝ
Fides ⁊ opacõ. fides notaᵗ cũ dᵗ Jn
fer digitũ tuũ huc ⁊ vide manꝰ me.

operatio cuꝫ ſubditur. Et affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum. Digitus dicitur quaſi decenter iunctus. per ordinatiſſimam partiuꝫ cō iunctionem. ⁊ ſignat fidem ſcdm ꝙ eſt collectio articuloruꝫ. quos criſtiana pietas recte credit ⁊ confitetur. Hic eſt digitus quo baptiſta ſaluatorem oſtendit. dicens. Ecce agnus dī ecce qui tollit peccata mundi. confitendo duas naturas in ipſo. diuinaꝫ ſcꝫ ⁊ humanam. Hanc fidem dominus ab vnoquoqꝫ redempto requirit cum ait Infer digitum tuuꝫ huc ⁊ vide manus meas ⁊ pedes meos. Manus dei ſunt opera circa hominē diligenter exhibita. ſ. opus creatiōis redemptionis. renouationis ⁊ glorificationis. Iſaie. xlvi. Ego feci hoīnem creando. Ego feram penam ꝑ homine redimendo ego portabo ꝑ ſacramentis gracie adiuuādo. ego ſaluabo ad eternā gloriam producendo. Duo prima pertinent ad ſiniſtrā dei. ꝙ generalia ſūt ⁊ communia bonis ⁊ malis. Duo vltima ad dexterā ꝙ propria ſunt bonorum. vnde iſ Prouerbiorum. iij. Longitudo dierū ſcꝫ gracie ⁊ glorie in dextera eius In ſiniſtra illius opus diuine creationis ꝓpriatur patri. ꝙ in ipſo innotuit diuina potencia. ꝙ potenter hominē formauit. Opus redemptionis filio ꝙ in ipſo manifeſtatur diuina ſapiēcia. ꝙ prudenter hominēꝫ liberauit Opus renouationis ⁊ glorificatiōis ſpiritui ſancto. ꝙ in hꝭ declaratur diuina miſericordia. ꝙ ex benignitate ſua hominem ſaluauit. Circa hec quatuor opera diſtinguuntur duodeci m articuli fidei criſtiane. ſ. quos

determinauerūt apoſtoli poſt aduētum ſpiritus ſancti. cum iam forent ad predicandum euangeliuꝫ profecti. vt ſicut erant omnes in vna fidē concordes. ſic omnes vnam fidem ꝯcorditer predicarent. De opere creationis eſt vnus articulus. ſ. Credo ī deum. non in deos. ſicut gentiles multa ydola colentes quos condempnat pſalmiſta. dicens. Confundentur ōnes qui adorant ſculptilia. ⁊c̄. Patrē omnipotentem. ꝙ omnia quecunqꝫ voluit fecit in celo ⁊ in terra. Non de preiacenti materia ſicut mentitur philoſophus. ſꝫ de nihilo vt fatetur criſtianus. Creatorem celi ⁊ terre. ſ. viſibilium ⁊ inuiſibilium. In quo ꝯdempnatur error Nycholaitarum. qui dicunt duo eſſe principia. vnum lucis. Alterum tenebrarum. vnū creatorem viſibilium. alterum inuiſibilium Sed criſtiana fides confitetur vnū deum creatorem omniū. Qui ſolē ſuū oriri facit ſuꝑ bonos ⁊ malos ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. ⁊ dat ſemen ſerenti ⁊ panē comedenti. vt ꝺ cunctis beneficijs ſoli deo gracias agamus. Sꝫ ꝙ fidelis nō eſt qui de ſaluatore fidem non hꝫ a quo ſumꝯ reparati qui perieramus Sequunt̄ articuli de opere nr̄e redemptionis. quos ph̄i gentilium ignorauerūt. iudei non credunt. ⁊ ideo fideles non ſunt. Quorum primus eſt de eterna filij generatione. ſcilicet In ihesum criſtum filium eius vnicum dominū. non per graciā adoptionis ſicꝫ ⁊ alij ſancti. qui de nō filijs fiūt filij. ſꝫ per motū generationis vt ſit idē qꝺ pat̄. ſ. deꝯ Nō enī generat hō bouē. o uis canē. ſꝫ hō hoīeꝫ Ita ⁊ deꝯ deum

mortis paſche

vnde Iſaie vltimo. ¶ Nunquid ego
qui alios parere facio carnaliter. ipſe
non pariam ſpiritualiter mihi filiū
coeternum. Hec generatio indicibil'
ꝛ in excogitabilis eſt. Iſaie. liij. ¶ Ge
nerationem eius quis enarrabit. Ip
ſe xp̄s dn̄s noſter eſt ſpecialiter ſcd̄m
humanitatē. Dn̄s. ꝙ omni creature
a deo patre prelatꝰ. Iuxta illud pſal
miſte. Omnia ſubiecisti ſub pedibus
eius. noſter. ꝙ nobis ad miniſteriū
redemptionis donatus. Iſaie. ix. Fi
lius datus eſt nobis. Romanos. viij
Quomodo non omnia cū illo nobis
donauit. Agamus ergo gracias deo.
pro tam excellentiſſimo dono.

¶ Sc̄d̄s eſt de incarnatione. Qui con
ceptus eſt de ſpiritu ſancto. i. operati
oē ſpiritus ſancti. quia ſtatim vt bea
ta virgo conſenſit angelo. ſpiritusſan
ctus adueniens particulam de cor-
pore eiꝰ abſcidit. ꝛ ab omni vicij cor
ruptione ꝛ infectione mundauit in
inſtāti anima eſt infuſa. ꝛ diuinitas
in vnitate perſone coniuncta. Iuxta
quod angelus ait Spiritus ſanctus
ſuperueniet in te. Superueniet dicit
quia prius venerat in eam per gra
cie infuſionem. ſed poſtea ſuperuenit
per gracie plenitudinem. vt qui pri
us repleuerat mentem. repleret ꝛ vē
trem. vt vterus fieret templū diui
nitatis in quo habitaret. ſeptuaginta
ſex diebus id eſt nouem menſibus ꝛ
ſex diebus. ꝛ ſic natus eſt ex ea. ſicut a
it pſalmiſta. Homo natus eſt in ea. ꝛ
ipſe fundauit eā altiſſimus. De mu
liere naſci voluit. vt que principium
fuerat humane damnationis. prin
cipium eſſet humane reparationis
Item qui in celis patrem habebat ſi
ne matre. in terris haberet matrem
ſine patre. Bernardus. Hec eſt ſingu
laris prerogatiua marie ꝙ eundem
filium habere meruit cum deo pa-
tre communem. De virgine autem
naſci voluit. vt ſicut primus adam fa
ctus fuerat de terra virgine Ita ſe-
cundus fieret de virgine muliere
Item vt ſicut per euam que virgo
fuit facta eſt humani generis perdi
tio. Ita per mariam virginem eiuſ-
dem fieret reparatio. ꝛ ſic impletur
prophecia Iſaie. vij. ¶ Ecce virgo
concipiet ꝛ pariet filiū. Honoremꝰ
igitur toto deuotiōis affectu matrē
per quam meruimus ſuſcipere pleni
tudinem omnis boni

¶ Tercius eſt de paſſione. Paſſus ſub
pontio pilato. dura vincula. duriora
conuicia. duriſſima verbera. ꝛ ad vl
timum aſperrima crucis tormenta. nō
ex neceſſitate illata. ꝙ oīpotens. vnde
ꝛ ꝯprehenſores ſuos ſolo verbo pro
ſtrauit. nec ex neceſſitate ꝯtracta. ꝙ i
nocens. vñ poterat nō mori. ſic adā
ante peccatū. ſꝫ ex libera poteſtate vñ
ipſe voluit. Unde ꝛ quando volu-
it. inclinato capite factus obediens.
vſqꝫ ad mortem tradidit ſpiritum
Bernardus. Quis tam facile quan
do vult dormit. Magna quidē infir
mitas mori. ſꝫ plane ſic mori virtus
immenſa. Nempe ꝙ infirmum ē di
fortius eſt hominibus. ꝙ poteſt hu
mana veſania ſibiipſi manus inicere
ſꝫ nō eſt hꝫ ponere aīam. ſꝫ vrgere ꝛ
violenter abrumpe. Solꝰ in mortē
tradidit aīā ſuā. qui ſolꝰ virtute ꝓ
pria ē regreſſus ad vitā. Solus pote
ſtatē habuit ponē di aīā. qui ſolus
facultatē liberā habuit reſumēdi eā

⁊ imperium habens vite ⁊ mortis.
Paſſus eſt ⁊ nō propria vtilitate. q̄
in quo creſcere poſſ; non habuit. ſed
ex nimia caritate qua dilexit nos.
Primo vt peccatū prioris inobediē
cie. filiali ⁊ pura obediencia expiar;
Unde Philipenſes. ij. ¶ Factus eſt
obediens patri vſq; ad mortem
Scđo vt diaboli potenciam per iu
ſticiam conquaſſaret. vnde hebreos
ij. ¶ Per mortem deſtruxit eu; qui
habebat mortis imperiū
Tercio vt nos deo patri conſiliaret.
Unde Romanos. v. Cum inimici eſ
ſemus. reconſiliati ſumus deo. ⁊c̄.
Quarto vt viam nobis ad gloriam
demonſtraret. Actuū. iiij. Per mul
tas tribulationes oportet nos itrare
in regnū dei
Quinto vt nos ad amorem ſuu; ac
cenderet. Ozee ¶ In funiculis ada;
traham eos. ⁊c̄. Maius em̄ ſignum a
moris fuit q̄ nos ſua paſſione rede-
mit q̄ꝫ q̄ de nihilo creauit. Bernar
dus Ecce tu filius altiſſimi morie-
ris ⁊ ego viua;. ⁊ vnde tibi tanta di
gnatiō. caritas tam immēſa. quid bo
ne dn̄e pro tali morte tua ⁊ vita me
a tibi tribuam. plus em̄ videris dili
gere vitam mea; q̄ꝫ aīam tuam. quā
in manus inimicorum tradidiſti
pro me. vt me vite reſtitueres. ⁊ ab i
imicis ta; crudelibus eriperes. vt li
berares a morte. Et quid ſu; ego do
mine. pro cuius ſalute tanta feciſti
ita te exinaniſti. quem tantū dilexi
ſti. pro quo tantum deſcendiſti i car
cerem. in paſſionem. ⁊ mortē crucis.
Quartus eſt đ reſurrectione. ⁊ deſcē
tione ad inferos. Deſcendit ad infer
na. tercia die reſurrexit a mortuis.

Epheſios. v. ¶ Qui deſcendit ipſe ē
qui aſcendit. Deſcendit autem in ani
ma que a carne tm̄ per mortem ſepa
rata eſt vt carcerem inferni confun
deret. diabolum alligaret. ⁊ ſanctos
liberaret. Deſcendit aūt cu; ſplendo
re. Juxta illud. Jſaie. ix. Populꝰ qui
ſedebat in tenebris vidit lucem mag
nam. Unū ⁊ illi qui erant in profun
do perceperunt claritatem. licet non
viderent diuinitatem ipſius. Unde
ſicut quidam ait. Mirum non erat a
pud ſuperos tenebras eſſe cum ſol đ
ſcendiſſet ad inferos. Job. xxviij Nū
quid aperte ſūt tibi porte mortis. ⁊c̄
Sapiencie. vij. Attingit a fine vſq;
ad finem fortiter in celo. deiciendo
ſuperbum. in mundo ſuperando ma
lignum. in inferno ſpoliando auarū
Et diſponit oīa ſuauit̄ in celo ⁊ in t̄
ra. ⁊ in celo ſtantes angelos confir-
mando in mundo deiectos redimē
do. in inferno captiuos liberādo. ter
cia die reſurrexit glorioſe ad corpus
anima redeunte. ſicut predixerat ipſe
Johannis. ij ¶ Soluite templū hoc
id eſt vos ſolueritis corpus meum qđ
vere eſt templum ⁊ habitaculum di
uinitatis ⁊ in triduo edificabo illud
a morte quaſi a ſompno diuinitatis
mee potenciam oſtendendo. ⁊ iuſtis
ſpem glorioſe reſurrectionis in die
nouiſſimo conferendo. Unde dicit̄
Ozee. ſexto. ¶ Uiuificabit nos poſt
duos dies. id eſt dabit nobis ſpem r̄
ſurrectionis. in reſurrectione corpo
ris ſui Johannis. decimonono Scio
id eſt credo q̄ redēptor meus viuit
⁊ i nouiſſimo die de terra ſurrectu
rus ſum.
Quintus eſt de aſcentione. Aſcendit

In oct paſche

ib

in celos ſedit ad dexteram dei patris quadraginta diebus poſt reſurrectionem de monte oliueti. baiulis nubibus. vt creatura preberet obſequiuꝫ creatori multis comitantibus. ⁊ iubilantibus. non nullis aūt mirantibus videntes eum propria virtute aſcendere. ſibiqꝫ ⁊ aliis regnuꝫ celorū aperire. vnde dn̄s. Yſaie. lxiij. Quis eſt iſte qui venit de edom. i. de mundo terrenoruꝫ ⁊ ſanguineorū cruciatis membris ſanguine paſſionis exaltatus aūt eſt ad dexteram patris. i. ad equalitatem patris ſcd̄m diuinitatem ꝙ hoc innotuit poſt aſcencionem. ⁊ i potioribus bonis patris. ſcd̄ꝫ humanitatem ſuper omnes celos ⁊ ſuper omnes angeloꝝ choros euectus Yſaie. xxxiij. Nunc conſurgaꝫ a mortuis reſurgēdo. nunc exaltabor in celum aſcendendo. nunc ſublimabor ad iudicium veniendo

Sextus eſt de aduentu ad iudicium Inde venturus eſt in poteſtate magͣ ⁊ maieſtate baiulis nubibus antecedentibus angelicis virtutibus. conflagrantibus elementis Iudicare viuos ⁊ mortuos. i. bonos ⁊ malos in aere ſuper valleꝫ ioſephat Iuxta ꝓpheciam. Iohelis vltimo. ¶ Et congregabuntur ante eum ab angelis ōnes gētes. vt omnes interſint illi magne curie abſqꝫ perſonarum acceptione. ſicut dicitur Yſaie. xxiiij. ¶ Sicut populus ſic ſacerdos. ⁊ ſicut ſeruꝰ ſic dominus eius. vnde. ij. Corinthioꝝ v. ¶ Omnes nos manifeſtari oportꝫ ante tribunal criſti. ⁊c̄. Quaꝫ felices qui in vita ſua receperunt mala. vt poſtmoduꝫ bona recipere mereantᷣ. Et ꝙ miſeri qui ducunt in bonis in

I

terim dies ſuos Et in puncto ad maximum debeant deſcendere malum. Reſtat nunc videre de quinqꝫ vltis articulis. quorum Primus eſt de ꝓceſſu ſpiritusſancti. Credo in ſpiritū ſanctum. Spiritus dicitur relatiue. eo ꝙ ſpiretur. id eſt exeat vel procedat. non ſoluꝫ a patre. ſicut aſſerit grecus. ſed etiam a filio ſicut confitetur latinus. Unde ab apoſtolo. ſpiritus filij nuncupatur. Galatas. iiij. ¶ Miſit deus ſpirituꝫ filij ſui in corda noſtra. Si ergo eſt ſpiritus filij. vtiqꝫ ē a filio. Et ita planuꝫ eſt ꝙ procedat ab eo. aliter non eſſet eiuſdeꝫ nature cum patre. nec eiuſdem potencie. cuꝫ dicat ipſe Iohannis decimoſexto. ¶ Omnia quecunqꝫ habet pater mea ſunt. ſed pater habet ſpiritum ex ſe procedentem. ergo ⁊ filius habet ſpiritum ex ſe procedentem. aliter non eſſet ſignum dilectionis inter eos Quod em̄ ſimul eq̄liter ⁊ ↄcorditer ſpirant ſpūm ſanctum. ſignum eſt ꝙ pater ⁊ filius ſumme diligāt ſe. ⁊ id̄ ſpiritus dicitur amor patris ⁊ filij. nexus ⁊ concordia vtriuſqꝫ.

Sanctus dicitur. ꝙ ſanctitas eſt conſubſtancialis ⁊ coeſſencialis amborū Procedit autem non ſolum eternaliter. exiſtens idem quod pater ⁊ filiꝰ id eſt eiuſdem nature ⁊ eiuſdem eſſēcie ſic deus. Sed non temporaliter i corda fidelium ad viuificandum ⁊ ſanctificandum ea. Unde dominꝰ. Iohannis ſexto. ¶ Spiritus eſt qui viuificat ¶ Naꝫ qui caret hoc ſpiritu mortuus eſt. ¶ Propter hoc donuꝫ dei ſpecialiter nuncupatur. Quia datur infidelibus vt per eum diligant deum. ſicut Paulus apoſtolus

ait Romanos.v ¶ Caritas dei diffu
ſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū
ſanctum.ꝛc. Reliqui quatuor articu
li ſunt de effectibus ſpiritusſancti
Duo primi pertinentes ad opus re
nouationis Duo vltimi ad opus cō
ſummationis. Primus autem eſt de
imitatione eccleſie quod facit ſpiritꝰ
vniendo intellectus in fide.⁊ affe/
ctus in caritate cum dicitur Sanctā
eccleſiam catholicam.i.credo ꝙ eccle
ſia ſancta ſit vnum corpus criſti vno
ſpiritu ipſius viuificata.⁊ vna fide
vnita Nam ſicut ſpiritꝰ hominis me
diante capite ad membra viuificata
deſcendit.ſic ſpiritusſanctus per cri/
ſtum venit ad criſtianos.vnde qui ī
hoc corpore non eſt a ſpiritu ſancto
viuificari nō poteſt.⁊ per conſeqūs
membrum criſti non eſt. ſicut oſten
dit apoſtolus ad Romanos.viij Si
quis ſpiritum criſti non habet. non
eſt eius membrum.⁊ ita omnis qui
eſt in aliquo mortali.membrum cri
ſti non eſt Catholica dicitur eccleſia
id eſt vniuerſalis.tum propter vni
uerſalium precepta regularum.tum
quia vnus cultus fidei per vniuer/
ſos mundi terminos emanauit.

¶ Scd̄s eſt de remiſſione peccatorum
quam facit ſpiritꝰ ſanctus. virtute ſa
cramentorum.cum dicitur. Sancto
rum communionē.remiſſionē pec
catorum.⁊ eſt ſenſus. Credo remiſſio
nem peccatorum eſſe in cōmunione
ſanctorum.i.virtutem ſacramentoꝝ
quibus ſancti communicant. Sunt
ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta.

¶ Primū eſt baptiſmꝰ.quod eſt ſacra
mentum intrancium in eccleſia

Scd̄m eſt confirmacio.quod eſt ſacr
mentum proficiencium ⁊ pugnanci
um contra mundum. carnem.⁊ dia
bolum

¶ Terciū eſt eucbariſtia.quod eſt q̄ſi
viaticum itinerancium. Sed quia cō
tingit multociens cadere ⁊ vulnera
ri in via. Sequitur quartum.quod
eſt penitencia.⁊ eſt ſacramentum re
ſurgencium.⁊ curatio vulnerū mor
talium. verum.quia adhuc remanēt
venialia.⁊ pena pro mortalibus de
bita. ¶ Sequitur Quintum.ſ.extre
ma vnctio.per quod fit remiſſionis
completio Hec quinꝗ ſunt neceſſaria
Reliqua vero duo voluntaria.ſ. or
do ⁊ coniugium. Ordo eſt eorū qui
eligunt perfectam vitam ducere.ſcꝫ
clericorum.ad quos pertinent ſpiri
tualia dona diſpenſare. vnde ⁊ con
ſeruatur in eo prerogatiua gracie

¶ Coniugium eſt eorum qui eligunt
infimam vitam ducere.⁊ preſentis
vite neceſſitatibus inſeruire.cuiꝰ in
ſtitutio duplex eſt. Vna ante pecca/
tum ad officium.ſ.vt natura multi/
plicaretur Alia poſt peccatum ad re
medium.ſ.vt natura exciperetur.⁊
vicium cohiberetur. Vnde auguſti
nus. Concupiſcencia prona eſt in ru
inam turpitudinis extra honeſtatē
nuptiarum.⁊ ita modo coniugium
eſt ad conſeruationem gracie.

¶ Tercius eſt de glorioſa reſurrectiōe
Carnis reſurrectionem.quia ſicut di
citur.i.Corinthiorum.xv ¶ Omnes
quidem reſurgemus.ſed non omnes
immutabimur . Soli enim electi ha
bebunt dotes corporis.qui ſunt .cla
ritas.ſubtilitas.agilitas.impaſſibili/
tas. De quibus. Sapiencie.iij. Ful
gebunt iuſti.ecce claritas. que maior

M P

erit ꝙ ſit modo lux ſolis. quia ſicut di
citur yſa. xxx. ¶ Sol lucebit ſeptempli
citer ſicut lux ſeptem dierum. ⁊ tanq̄
ſcintille. ecce ſubtilitas. in arundineto
diſcurrēt. ecce agilitas. ⁊ regnabit do
minus illoꝝ imperpetuū. ecce impaſ
ſibilitas. ꝙ ſemper erunt cum domi
no impaſſibiles ⁊ immortales. Huius
reſurrectionis cauſa efficiens ⁊ quaſi
motiua eſt xpus. Mouet enim patrē
⁊ nos. patrem mouet. ꝙ ſicut rex quā
do facit filium ſuum militem: gratia
eius multos alios efficit milites. Ita
⁊ deus pater gratia xpriſti quem ſuſ
citauit a mortuis reſuſcitabit electos.
Nos etiam mouet. ꝙ conſiderantes
glorioſam reſurrectionem ipſius ſpe
ramus eandem nobis fieri per fidē.
⁊ bona opera inheremus. Unde. p̄.
coꝝ. xv. ¶ Sicut in adam omnes mo
riuntur: ita ⁊ in xpo omnes viuifica
buntur. Similiter ſpiritus ſanctus ē
cauſa motiua glorioſe reſurrectionis
noſtre. Unde roma. viij. ¶ Si ſpiritꝰ
ſanctus habitat in nobis: qui ſuſcita
uit iheſum xpm a mortuis viuifica
bit ⁊ mortalia corpora noſtra propter
inhabitantē ſpiritum eius in nobis.
ſed in paruulis eſt cauſa ↄgrui. in ele
ctis cauſa cōdigni. quia illi habebūt
dotes ex gratia. iſti quodammodo ex
iuſticia.

Ultimus eſt de eterna beatitudine.
Et vitam eternam: que ↄſiſtit in doti
bus anime: que ſunt viſio. dilectio. et
fruitio. ſiue ↄprehenſio dei. Erit eīm
ſanctis manifeſta dei viſio. ex viſione
ſumma dilectio. ex vtroq; eterna frui
tio. ex fruitione tanta erit delectatio
ꝙ ꝓrumpent in laudem vocalē ſm
caſſiodorum. mentalem ſm auguſti

num. Unde pſalmiſta. Beati qui ha
bitant in domo tua domine: in ſecula
ſeculoꝝ laudabūt te. Auguſtinꝰ. Ibi
vacabimus ⁊ videbimus. amabimꝰ ⁊
laudabimus. Dedignemur ergo vl
tra ſeruire peccato quibus tanta bea
titudo preparatur in celo. Itē augu
ſtinus. O ratō miſera illam vitam de
buiſti amplecti vbi vita: ſine morte. v
bi iuuentꝰ ſine ſenectute. vbi lux ſine
tenebris. vbi gaudium ſine triſticia.
vbi pax ſine diſcordia. vbi voluntas
ſine iniuria. vbi regnum ſine ammu
tatione. hec ſeptē ↄſequentia habuiſti
Hij duodecim articuli fidei noſtre ſi
gnati ſunt Leuitici. xxiiij. per duode
cim panes: qui recentes ſuper menſā
ꝓpoſitionis coram domino ponebã
tur. quorum ſingulis erat patena au
rea ſuppoſita. ⁊ pugillus thuris. Per
panes merito ſignantur articuli fidi
qui confortant nos contra temptatō
nes dyaboli Unde pſalmiſta ¶ Para
ſti in conſpectu meo menſam aduer
ſus eos qui tribulant me. Hij debent
eſſe recentes ⁊ calidi: ut frequenter ⁊
feruenter eos dicamus. Unde augu
ſtinus. Accipite regulam fidei quod
eſt cimbolum. ⁊ cū acceperitis in cor
de ſcribite: ⁊ quotidie dicite. Apoſto
lus ¶ Nos anteq̄ dormiatis. anteq̄
procedatis: iſto ſimbolo vos munite.
Patena aurea ē vita eterna: recte cre
dentibus debita. Pugillus autē thu
ris eſt oratio dominica ſimbolo adiū
genda: ut ſcꝫ vtramq; dicamus. Sed
quia fides non ſufficit ſine opere: ſe
quitur. Et affer manum tuā. ad
operandum ſalubria. Unde dicitur
Johannis. vi. ¶ Operamini nō cibū
qui perit ſed qui permanet in vitā ⁊c̄

Ad accipiendum ſpiritualia. Unde Luce.xi. ¶ Si vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris ⁊c̃. Ad offerendū ſalutaria. Unde pſal. ¶ Immola deo ſacrificium laudis. ⁊ mitte in latus meum vicem mihi bonis operibus rependendo. gratie redemptionis te humilem exhibendo de acceptis bonis gratiaʒ referendo. Unde abbacuc. ij. ¶ Qui mercedes congregauit: miſit eos in ſacculū pertuſuʒ. Sacculus pertuſus ipſe eſt xp̄s in quo repoſitus eſt a deo patre totꝰ theſaurus ſalutis humane. Sed perforatus fuit in cruce: ut inde theſaurus ꝯſolationis afflueret afflictis in omni tribulatōne preſentis vite. Aperietur aūt in die iudicij quando elargietur electis theſaurum regni. In hoc ſacculo debemus mittere theſaurum bonoꝝ operum. amore illiꝰ operando. ⁊ fauore hominū occultando ſicut ipſe ait Math. vi. ¶ Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra.

Dominica. ij. poſt paſcha.
Epiſtola. Prima petri. ij.

Kariſſimi Criſtus paſſus eſt ꝑ nobis vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia eius Qui peccatum nō fecit. nec inuentꝰ eſt dolus in ore eiꝰ Qui cum malediceretur nō maledicebat. cum pateretur: nō ꝯminabat̄. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte Qui peccata noſtra ipſe ꝑtulit in corpore ſuo ſuper lignū: ut peccatis mortui iuſticie viuamus. cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim aliquando ſicut oues errantes. ſed conuerſi nunc eſtis ad paſtoreʒ ⁊ epiſcopum animarum veſtrarum.

Euangelium. Johis. x.

In illo tempore. Dixit ihesus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonꝰ. Bonꝰ paſtor animam ſuam dat ꝑ ouibus ſuis. Mercennarius autem ⁊ qui nō eſt paſtor cuiꝰ nō ſunt oues proprie: vidit lupum venientem ⁊ dimittit oues ⁊ fugit. ⁊ lupus rapit ⁊ diſpergit oues. Mercennarius autem fugit quia mercennarius eſt ⁊ nō pertinet ad eū de ouibus. Ego ſum paſtor bonus ⁊ cognoſco oues meas. ⁊ cognoſcūt me mee. Sicut nouit me pater ⁊ ego cognoſco patrem. ⁊ animam meaʒ pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non ſunt ex hoc ouili. et illas oportet me adducere. ⁊ voceʒ meam audient. ⁊ fiet vnum ouile et vnus paſtor.

Sermo. lxi. de euangelio.

Ego ſum paſtor bonus Bonus paſtor ponit animaʒ ſuam ꝑ ouibus ſuis ⁊c̃. In precedenti dominica oſtenſa ſunt fidei argumenta In hoc vero leguntur amoris incitamenta ut fides noſtra redemptoris amore ferueat. ⁊ in id quod credidit recaleſcat. Proponūtur ergo nobis hodierna die redemptiōis noſtre beneficia ꝓpter tria.

Primo ꝓpter accendendā dilectōem Chri. i. Jo. iiij. Diligamꝰ deū qm̄ ipſe

A

prior dilexit nos. vbi dicit gregoriꝰ. Quēadmodū nulliꝰ altiꝰ rei niſi noſtre ſalutis gratia prior nos ille dilexit. ita nos eum nullius alteriusrei niſi tantum ſui amoris diligamus obtentu.

Secundo propter exhibendam imitationem. Unde beatus petrus monet in epiſtola hodierna. Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquēs exemplum: ut ſequamur veſtigia eiꝰ.

Tercio ꝓpter eleuandam ſpem: ut ex collatione preſentium munerum: firma ſit expectatio futurorꝫ. Unde roma. v. Commendat deus caritatē ſuam in nobis: quoniā ſi cum adhuc peccatores eſſemus: xp̄us pro nobis mortuus eſt. multomagis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius: ſalui erimꝰ ab ira per ipſum. Diſtinguit autem dominus in hoc euangelio inter paſtorem. lupum ⁊ mercennarium: oſtēdendo ꝓpria ſingulorum officia. Paſtoris eſt oues diligere. ⁊ ſeipſuꝫ pro eis expōere. Lupi eſt rapere ⁊ diſpergere. Mercēnarij fugere ⁊ negligere. Paſtor eſt ipſe dominus. Lupꝰ dyabolus. Mercennarius malus prelatꝰ Unde paſtor eſt imitandus. lupꝰ vitandus. mercennarius tolerandꝰ. Dicit itaqꝫ dominus de ſe. Ego ſuꝫ paſtor bonꝰ. Paſtor eſt. quia triplici cibo nos paſcit. ſcilicꝫ materiali. doctrinali. ⁊ ſacramentali. Materiali ad ſuſtentationē corporis. Doctrinali ad illuminationem ratōnis Sacramentali ad accenſionem deuotōnis. De primo dicitur actuū. xiiij. Et ꝙ non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit. ſcilicet beneficiorꝫ ſuorum: ut ingratos ꝯfunderꝫ ſuper innumeris bene

B

ficijs ſuis: benefaciens de celo. dans pluuias ⁊ tēpora fructifera. implēs cibo ⁊ leticia corda. Ingratus ⁊ auarꝰ dicit ozee. ij. Uadā poſt amatores meos. ſcilicet denarios quos diligit ⁊ colit pro deo. qui dant mihi panes meos ⁊ aquas meas. lanam meā ⁊ linum meum. oleum meum ⁊ potum meū. Unde de domino dicitur eccleſiaſtici. xxix. Paſcet ⁊ potabit ingratos ⁊ adhuc amara audiet.

De ſecundo dominus ait Math. iiij. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo qḋ ꝓcedit ab ore dei. Huius effectus notatur apocalipſ. x. vbi angelus ait beato iohāni. Accipe librꝫ iſtum ſcilicet dei verbū. ⁊ deuora illum: cū auiditate memorie cōmendando ⁊ faciet amaricare ventrē tuum. id eſt ſenſualitatem que eſt ſentina carnalium delectatōnū que purgat ſicut amara potio ſtomachuꝫ. immoderata dulcium digeſtōne corruptum. ſed in ore tuo id eſt palato cordis: erit dulce tanꝙ̄ mel. ꝗꝛ mel delectabile nutritiuum ⁊ mundificatiuuꝫ Unde pſalmiſta. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. hoc eſt manna quo pauit dominus filios iſrahel vſqꝫ ad ingreſſum terre ꝓmiſſionis.

De tercio dicitur geneſis. xlix. Aſer pinguis panis eius prebebit delicias regibus. Aſer enim interpretatur beatus. ⁊ ſignat xp̄iſtum qui eſt benedictio ſanctorum. Huius panis eſt ſacramentuꝫ corporis ſui. qui pinguis dicitur ab effectu. quia impinguat pinguedine caritatis ⁊ deuotōnis. in quo prebet delicias regibus. id eſt viris ſpiritualibꝰ: ſeipſum videlicet qui

eſt delicie angelorum. Unde ſapien.
xvi. Angelorum eſca nutriſti domi
ne populum tuum. quia cibus ange
lorum factus eſt cibus hominū: pa
ratum de celo panem preſtiſti eis ſi
ne labore. quia ad inuocatōnem ſacer
dotis ꝓferētis illa verba ſanctiſſima
quibus ꝯtulit xp̄s conficiendi corpꝰ
xp̄i quod in celo eſt vel in altari: non
ſolum per ſignificatōē ſicut dixerūt
quidam heretici: ſed etiam per verita
tem Unde apoſtolus Corpus in q̄
reſurrexit vno loco eſſe oportet. id eſt
in celo. ſed veritas vbiqꝫ diffuſa eſt. i.
in pluribus locis. vbicunqꝫ ritu quo
debet redemptionis noſtre miſteriū
celebratur. Sed in celo eſt localiter.
in altari ſacramentaliter. ⁊ licet hoc
ſacramentum totū ſit miraculis ple
nū: ſunt tñ ibi ſpecialit̄ tria maxia mi
racula omnem excedentia rationem
Primū eſt ꝙ corpꝰ corruptibile. ſcꝫ
panis ꝯuertit̄ in corpus xp̄i glorifi
catū ita ꝙ nihil remanet ibi de pane
ferens. tu quidem neſcis. quia non vi
des: ſed tamen angeli preſentes ſunt.
⁊ dom9 dei plena eſt incorporeis vir
tutibus. Ex parte concupiſcibilis
exigitur paupertas: ut orans tempo

C

ralibus non inhereat: ſed per amorē
in deum tendat. Iuxta illud pſalmi
ſte ¶ Quid mihi eſt i celo: ⁊ a te quid
volui ſuper terram. Unde auguſti9
ait curdam comitiſſe. Ora ſicut vidua
xpiſti. ⁊ licet ſis ditiſſima: ſicut deſo
lata ora. Ex parte iraſcibilis exigi
tur humilitas que valde placet ei cui
petit' ꝙ ſe ei humiliet petens. Unde
dicitur eccleſiaſtici.xxv. ¶ Oratio hu
miliantis ſe nubes penetrabit.

Tercio ad hoc ut oratio ſit efficax ut
exaudiatur ad votum exigūtur qua
tuor conditiones. ſcilicet ut homo pe
tat pie. perſeueranter. ꝓ ſe. ad ſalutē
Pie petere ſibi eſt orare ex pietate: q̄
eſt cultus dei. ⁊ conſiſtit in trib9. In
motu cordis. prout credimus dei po
tentiam: ſperamus eius miſericordiā
⁊ diligimus bonitatem diuinam.
In confeſſione oris prout laudam9
benedicimus. ⁊ gratias agimus deo
⁊ inuocamus eum. Item in actu
corporis. ut in oratione. genu flectio
ne. ⁊ reuerentia exteriori Ex hoc au
tem ꝙ reſpicimus potentiam. miſeri
cordiam. ⁊ bonitatem dei ⁊ tunc con
ſideramus miſerias ⁊ indigentias no
ſtras. monemur ad orandum deum
pro remouendis miſerijs: ⁊ ſupplen
dis indigentijs noſtris. Et ita eſt o
ratio actus interioris pietatis. que
quaſi procedit ad actum per expreſſi
onem oris. Sed poteſt queri. Cū
deus ſciat indigentias noſtras: quare
oramus eum. Ad quod dicendū ꝙ
ſicut ait rabanus. Aliud eſt ignoran
ti narrare. Aliud eſt ſcienti rogare:
quoniam ibi eſt indicium. hic vero
obſequium. Deus vero beneuult ob
ſequium noſtrum. et ꝙ humiliemur

coram eo: manifeſtando ⁊ cognoſcen
do indigentias noſtras. ⁊ ideo bene
vult ꝙ oremus eum. non quia mani
feſtemus ei indigentias noſtras: ac ſi
eas ignoraret: ſed ut eas recogitando
magis coram eo humiliemur.

Perſeueranter petere eſt perſeuerare
In caritate. In oratione. In bono o
pere. Quod exigatur perſeuerantia
caritatis oſtendit dominus Johan
nis. xv. ¶ Si manſeritis in me ⁊ ver
ba mea in vobis manſerint. quodcun
ꝙ volueritis petetis ⁊ fiet vobis. De
perſeuerantia oratõnis dicitur Luce
xviij. ¶ Oportet ſemper orare ⁊ nun
ꝙ deficere. vbi dicit expoſitor. Ceſſet
oratio: quotiens deeſt neceſſitas. quo
tiens nullum periculum tibi immi
net. Sed ſi milicia vita eſt hominis
ſuper terram: ⁊ continua colluctatio
aduerſus nequicias: nunꝙ deeſt orã
di neceſſitas. quia nunꝙ eſt vera ſecu
ritas. quod intelligendum eſt de af
fectu oratõnis: cum hoc impoſſibile
ſit quantum ad actum. Unde idem
expoſitor. Semper orat qui ſine int
miſſione bene optat. Efficacius eñ
apud deum vota ꝙ verba clamant. ⁊
continua cordis affectio iugis oratõ
eſt. De continuatõne boni operis di
citur prima ad thimo. v. ¶ Sine in
termiſſione orate. vbi dicit gloſa. Sẽ
per orat qui ſemper bene agit Simi
liter auguſtinus. Non deſinit orare:
qui non ceſſat bene agere. Nõ quod
bonum opus per eſſentiam ſit oratõ
Sed quia bonus effectus orationis
quantum ad habitum interrumpit
per bonũ opus. immo bonitas ope
ris valet ad continuationem boni ef

fectus mentis ad deum directus

Pro ſe petere eſt pro ſeipſo digne ora
re. quia tunc nihil obſiſtit oratõni vt
non debeat exaudiri. Unde dominꝰ
ait Iheremie. vij. ¶ Noli orare pro
populo. neqꝫ aſſumas pro eis laudē
⁊ orationem. ⁊ non obſiſtas mihi. ꝙ
non exaudiam te. Ubi dicit gloſa.
Duo orationem impediunt. ſcilicet
incorrectus error. ⁊ permanens ⁊ fi
nalis impenitentia. Licet enim quod
libet peccatum efficaciam orationis
impediat. Iuxta illud trenorum. iij.
¶ Oppoſuiſti nubem ne tranſeat ora
tio. tamẽ hec duo ſpecialiter impedi
unt. ¶ Ad ſalutem petere eſt orare
pro ſalute: humili ⁊ verecundo affec
tu. ſicut orauit publicanus Luce. xv
iij. qui non audebat oculoſ ad celum
leuare. Talis etiam oratio fuit filij
prodigi. qui ait Luce. xv. ¶ Pater
peccaui in celum ⁊ coram te. iam non
ſum dignus vocari filius tuus ⁊c.

Item puro affectu. ſicut orauit ſuſan
na danielis. xiij dicens ¶ Domine de
us tu ſcis quoniam falſum teſtimoni
um tulerunt contra me. Item lato
affectu. ſicut orauit moyſes exo. xxxij
qui ait ¶ Dimitte eis hanc noxã: aut
ſi non vis dele me de libro quem ſcri
pſiſti. Item grato affectu. ſicut monꝫ
apoſtolus Coloſ. iij. ¶ Orationi in
ſtantes vigilantes in ea in gratiarum
actione. Unde ſciendum quid pe
tendum ſit ad ſalutem. Sunt autem
duo que petenda ſunt ſcilicet gratia ⁊
gloria. ſiue regnum ⁊ iuſticia. Unde
dicitur Mathei. vi. ¶ Primum que
rite regnum dei ⁊ iuſticiã ⁊c. Item
ſuper illud Mathei. xxvi. Et orauit

F

tercio eundem ſermonem. gloſa poit
tria petenda a nobis cum dicit trib9
vicibus orauit. ut ⁊ nos a preteritis
peccatis veniam. ⁊ a preſentibus ma
lis tutelaȝ. ⁊ de futuris periculis cau
telam oremus. Hee ſunt tres petitio
nes que ponuntur vltimo in oratõe
dominica. Dimitte nobis debita no
ſtra ⁊c. De primo dicitur eccleſiaſti.
.xxxviij. ❡ Fili in infirmitate tua ne
deſpicias teipſum: ſed ora dominum
⁊ ipſe curabit te.

De ſecundo habetur Mathei .xxvi.
❡ Vigilate ⁊ orate ut nõ intretis in
temptationem.

De tercio Luce.xxi. ❡ Vigilate ſem
per orantes: ut digni habeamini fu
gere que futura ſunt.

Item ſeptem petenda ſunt in oratõe
ſm illa ſeptem que continẽtur in do
minica oratione. de illis habes Lu
ce.xi. Item poſſumus petere ut do
minus cuſtodiat ab occaſione pecca
ti: exemplo ſalomonis dicentis Pro
uerbioꝝ.xxx. ❡ Mendicitatem ⁊ diui
tias ne dederis mihi ⁊c. Item nõ
ſunt petẽda temporalia. quia infima
ſunt. ⁊ incuruantur qui amant ea. et
hoc demonibus placet. Iſay.li. ❡ In
curuare ut tranſeamus. Pſalmiſta.
❡ Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum
vſq; in finem: tota die ɔtriſtatus in
grediebar. Coloſſenſ.iij ❡ Que ſurſũ
ſunt querite Item non ſunt peten
da. quia homo neſcit vtrum ſibi expe
diant: cum frequenter poſſeſſoribus
ſuis noceant Prouerbi.i. ❡ Vſq; quo
ſtulti que ſibi noxia ſunt cupiunt.

Item deceptoria ſunt ⁊ pmittũt mul
ta que nõ ſoluunt. ut hẽtur alibi.

G

Nunc videndũ eſt que ſunt in oratõ
ne petendo. quod notatur cum dicit
Amice accõmoda mihi tres panes.
ꝙ amic9 meus venit de via ad me ⁊c
vbi dicit beatus bernard9. Quid eſt
ꝙ amicũ vnum perhibet aduenisse.
nec tñ ɔtentus querere panẽ vnum.
puto eum cũ vxore ⁊ mancipio adue
niſſe: ut ſuũ cuiq; panem apponere ve
lit. Amicus vero eſt ratio. vxor volũ
tas. mancipiũ caro. Deficit ratõ per
ignorantiã veritatis. languet volũtas
pre inedia affectõnis. infirmatur ca
ro pre inopia fortitudinis. nam ⁊ ra
tio minus diligit intellectũ. ⁊ adhuc
corpus qḋ corrumpitur aggrauat a
nimã ut nõ quecũq; volumus illa fa
ciamus: ſed quid faciam amico huic
miſero ⁊ miſerabili qui venit de regi
one longinqua fame laborãs. ɔfect9
inedia. attenuatus ieiunio. Sed me
heu pauperẽ elegit hoſpitem. ⁊ vacu
um ingreditur habitaculũ. ꝙ omni
no nõ habeam quid ponã ante illuȝ
fateor amice: ſed ego mendicus ⁊ in
domo mea nõ eſt panis. feſtina ergo
aia mea. diſcurre. ſuſcita amicũ tuuȝ
illum magnũ quo maiorẽ dilectionẽ
nemo habet. neq; ſubſtantiã amplio
rem. quere. pulſa ꝙ ois qui querit in
uenit. ⁊ qui petit accipit. et pulſanti
aperietur. clama et dic. Amice accom
moda mihi tres panes. Tres panes
ſunt. veritas. caritas. et fortitudo.
Hiis tribus egere me fateor. Unde
pſalmiſta ❡ Aruit cor meuȝ: quia ob
litus ſum comedere paneȝ meum. ne
q; eñ pateretur hunc defectũ: ſi iugi
ter exercitata eſſet rõ inquiſitõe veri
tatis. voluntas in deſiderio caritatis.

h

caro in operatōne virtutis. Cōmoda ergo mihi tres panes amice vt intelligam diligam faciam voluntatem tuam. Hic em̄ viuitur. ⁊ in talib9 vita ſpiritus mei.

¶ Item nota ꝙ quatuor ſunt que cor hominis faciunt euagari per dlectabilia huius ſeculi.

¶ Primum eſt fornicatio

¶ Scōm ebrietas De quib9 Ozee. iiij Fornicatio ⁊ vinum. ⁊ ebrietas aufert cor. Aufert dicit ſingulariter. ꝙ per quodlibet iſtorum amittitur

¶ Tercium eſt cupiditas Unde de auaro dicitur Ecci. x. Proiecit itima ſua Quartum eſt proſperitas temporal' Unde Ozee. vij. ¶ Effraym factus eſt quaſi columba ſeducta nō habēs cor. vnde ab hijs reducendum ē cor ſicut dicitur Eccleſiaſtici. xxx. Contine ⁊ congrega cor tuuȝ in ſanctitate Contine contra duo prima. Congrega cōtra duo vltima. Reducitur cor aliquando per inſpirationes. Unde ij. Regum. vij. ¶ Inuenit ſeru9 tu9 cor ſuum vt oraret te. Aliquando ꝑ predicationem. Unde. i. Reguȝ. xxx. Cum comediſſet reuerſus eſt ſpirit9 Aliquando per tribulationeȝ. vnde Ozee. v Uenite ⁊ reuertamur ad dominum. quia. ipſe cepit ⁊ ſaluauit Aliquando per inediam Unde Luce. v ¶ Filius prodigus in ſe reuerſus dixit. vadam ad patrem meū. ⁊c. Quia ſicut dicit vulgare prouerbiū Tempore vindemiarum canis non cognoſcit dominum ſuum. Aliquando per timorem. vnde Eccleſiaſtici. ij. Qui timent dominuȝ preparabūt corda ſua. i. Regum. vij. Preparate

I

cordа veſtra ⁊ ſeruietis altiſſimo ſoli Nunc dicenduȝ eſt de inſufficiencia reſponſi quam amico reſpondit. cuȝ reſpondȝ Noli mihi moleſtus eſſe. ꝙ a te non debeo moleſtari in tribulatione. quia auertiſti ad me tergum ſuccedentibus proſperis. Simile ait Iſaie. xxi ¶ Si queritis me in aduerſitate. querite in proſperitate. conuertimini ad me penitendo. ⁊ venite bene operando ⁊ exaudiam vos. Iam oſtium miſericordie clauſum eſt tibi merito peccati tui. Quia longe eſt a peccatorib9 ſalus. et pueri mei deuote ſeruientes et puritatem vite ſeruātes mecum ſunt in cubile quietis et ne. quidam ſpe. quidam re. et illis quidem merito patet oſtium miſericordie mee. Unde dicitur Iſaie. viij ¶ Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi dominus. Non poſſum ſurgere et dare tibi. id eſt non dbeo ex meritis tuis. cum nihil merearis. Differt autem dare quod petitur vt magis deſideretur. ⁊ magis deſideratuȝ ardencius queratur. ⁊ habitum cautius cuſtodiatur. ſicut patet in ſponſa q̄ quia labore ſponſum reperit ſollicicius cuſtodiuit. Unde ait. Canticorum. iij ¶ Tenui eum. nec dimittam Sed quanta ſit virtus orationis notatur cum dicitur. Et ille ſi perſeuerauerit in precibus pulſans ad oſtiū pietatis. propter iꝑbitatem eī illi9 id eſt inſtanciam ⁊ ardorem de miſericordia ad miſerationem. ⁊ dabit illi quotquot habet neceſſarios vt pȝ in chananea. ꝙ ſic ait Grego. Importūitas dō placȝ ⁊ ingrta ēē hominibus ſolȝ Ecce ꝙ totū meritū exauditōnis

conſiſtit et perſeuerancia orationis.
⁊ licet tria ſint que maxime commē
dantur a deo.ſ.elemoſina.ieiunium.
⁊ oratio.tamen oratio precellit in ſex
Primo in facilitate.quia debilis nō
poteſt ieiunare.neqȝ pauper elemoſi
nam dare.quilibet tamen poteſt ora
re.vnde ſuper illud pſalmiſta. Ju
ſtus miſeretur ⁊ retribuet. Dicit glo
ſa.ſemper eſt aliquid quod det ſaltēȝ
orationem.⁊ ſi non ore ſi ſit mutus
tamen cordē ſi ſit iuſtus.quia ſicut ait
Iſidorus. Oratio eſt cordis:non la
biorum.non enim verba deprecan
tis deꝰ attēdit.ſed orantis cor aſpicit
Scđo in velocitate.vnde pſalmiſta.
Intret oratio mea in conſpectu tuo.
Vbi dicit gloſa. Magna virtus pure
orationis hic notatur.quia quaſi q̄
dam perſona ad deum intrat.⁊ man
datum peragit quo caro pingua per
uenire nequit.
Tercio in iocunditate.quia nihil de
lectabilius q̄ꝑ loqui cum tam benig
no.vnde frequenter debemus orare
⁊ legere.nam cum oramus:cum dō
loquimur.cum vero legimus deus
nobiſcum loquitur.tunc eniȝ homo
quaſi mundum exit.carnem exuit. ⁊
ad tercium celum cum paulo aſcen
dit. Sed quod dicitur Trenorū.iiij
Leuauit ſe ſupra.⁊c̄.
Quarto in approximatione ad deuȝ
quoniam qui orat facie ad faciem.dō
um ſe conſtituit.cum audacter cauſā
exponit vnde pſalmiſta. Reſpice in
me ⁊ miſerere mei.⁊c̄
Elemoſina eñ per manum paupe
ris mittitur. Ieiunium per afflictio
nem corporis deo oſtenditur. Sed
oratio inmediate deum quaſi preſen
ſem alloquitur
Quinto in dignitate magna. digni
tas orationis oſtenditur.qꝛ mox vt
ab ore proceſſerit ſuſcipiunt eam an
geli in manibus ſuis.⁊ offerunt eaȝ
ante deuȝ.ſicut angelus ait Tobie.xij
Quando orabas cum lacrimis ego
obtuli orationem tuam domino.
Sexto in multiplici fructus ſui vti
litate.qꝛ diabolum fugat.vnde . Ma
thei.xviij. Hoc genus demoniorū
non eijcitur niſi per orationeȝ ⁊ ieiu
nium Item a temptatione liberat
Vnde Mathei.xxvi. Orate ne in
tretis in temptacionem. Vbi dicit ex
poſitor. In temptacionem vadit qui
ad orationem non vadit. Iteȝ corpo
rem expellit. vnde Eccleſiaſtici.xviij
Non impediaris orare ſemper. Iteȝ
dubijs dirigit. Ecci.xxxvij. In hijs
omnibus deprecare deum altiſſimū
vt dirigat.⁊c̄ Iteȝ.ij Paralipomenō
xx. Cum ignoramꝰ quid agere debe
amꝰ.hoc ſolū habemꝰ reſiduū.vt o
culos nr̄os dirigamꝰ ad te Item reſi
duum accendit.iij. Regum.xviij Ad
orationeȝ helie deſcendit ignis de ce
lo Itē impetrat veniam ⁊ graciam.
⁊ ſapienciam. De primo.ij. Regum
ij. Poſtq̄ꝑ orauit dauid.audiuit.trāſ
latum eſt peccatum tuum. De ſcđo.
zacharie.x. Petite a domino pluuiaȝ
⁊ ipſe faciet niues ⁊ pluuiaȝ ymbris
nix deſtruit herbas nociuas. pluuia
nutrit vtiles.ſic ⁊ gracia deſtruit vi
cia ⁊ nutrit bona opera. De tercō Ia
cobi.i. Si quis indiget ſapienciaȝ pe
tat a deo. Ecci.vlt. Queſiui ſapienci
am in oratione mea.⁊ vſqȝ in nouiſſi
mis requiram eam. Item prolōgat
vitam ad agendum pn̄iam. ſic legit̄

de ezechia. cui facta oratione. additi ſunt quindecim anni ad vitam. Jtē ſanitatem reſtituit. Eccl. xxxviij. Fili i tua infirmitate ne deſpicias teipſum ſed ora dominū ⁊ curabit te. Jacobi vltimo Oratio fidei ſaluabit infirmū Jtem bona temporalia multiplicat. vnde. iij. Regum. xviij Orauit helias ⁊ celum dedit pluuiā. ⁊ terra dedit fructum ſuum. Jtem pacē ⁊ quietem conſeruat. vnde. i. Thymothei. ij ¶ Obſecro primum fieri obſecrationes. orationes. poſtulationes. gratiarum actiones. pro hoībus. pro regibus ⁊ omnibus qui in ſublimitate ſunt. vt quietam ⁊ tranquillam vitā agamus in omni pietate ⁊ caſtitate.

In rogationibus Epiſtola Jacobi vltimo

Chariſſimi confitemini alterutrum peccata veſtra. ⁊ orate pro inuicem vt ſaluemini. Multum enī valet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis vobis paſſibilis ⁊ oratōne orauit vt non plueret ſuper terram. ⁊ non pluit annos tres ⁊ menſes ſex Et rurſum orauit vt celum dedit pluuiam ⁊ terra dedit fructum ſuum. Si quis autem errauerit ex vobis a veritate. ⁊ conuerterit quis eum ſcire debet qm̄ qui conuerti fecerit peccatorē ab errore vie ſue. ſaluabit animā eius a morte. ⁊ operit multitudinē peccatorum

¶ Euangelium Luce. xi

In illo tempore Dixit iheſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrū habebit amicum. ⁊ ibit ad illum media nocte ⁊ dicet illi Amice commoda mihi tres panes. quoniam amicus meus venit de via ad me ⁊ non habeo quod ponam ante illū. Et ille deintus reſpōdens dicat. Noli mihi moleſtus eſſe iam hoſtium clauſū eſt ⁊ pueri mei mecum ſunt in cubile: non poſſū ſurgere ⁊ dare tibi. Et ille ſi perſeuerauerit pulſans. dico vobis ⁊ ſi non dabit illi ſurgens eo ꝙ amicus eius ſit propter importunitatem eius. tamē ſurgē ⁊ dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego vobis dico. petite ⁊ accipietis. querite ⁊ inuenietis. pulſate ⁊ aperietur vobis Omnis enī qui petit accipit. ⁊ qui querit inuenit. ⁊ pulſanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit: panem nunquid lapidem dabit illi. aut piſcem: nūquid pro piſce ſerpentem dabit illi. Aut ſi petierit ouū nunquid porriget illi ſcorpionem. Si ergo vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris. Quantomagis pater veſter de celo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. De Euangelio

¶ Sermo ſexageſimuſquintus

Petite et accipietis querite ⁊ iuenietis. pulſate ⁊ aperietur vobis. Hoc euāgelium in letanijs legitur. qñ ad orādum dn̄m conuenimus. ꝗ in eo bōitas ⁊ largitas dn̄i declaratur. Bonitas. ꝗ nos ad amorem filij ſui accendit pcipiendo facile. ⁊ quod nobis ē vtile Johannis. v. Mandata eius ḡuia non ſunt. pſ. ¶ Bonoꝝ meorum nō eges Largitas. ꝗ erigit ſpē affluēter ⁊ velociter tribuēdo Jere. i. Dat oībus affluent ⁊ ñ īpperat. Iſa. lxv.

B

anteq̄ clament ego exeudiam. Unde
Bernardꝰ. Nemo veſtrum paruipē
dat orationem ſuam. dico eniꝫ vobis
quem oramus non paruipendit eā
priuſq̄ egreſſa ſit ab ore noſtro ipſe e
am ſcribi iubet in libro ſuo. ⁊ vnum
ex duobus ſperare poſſumus indubi
tanter. quia aut dabit quod petimꝰ
aut quod nobis nouit vtilius
¶ Largitas domini patet ex ſex.
Primo quia dat omnibus qui vo-
lunt accipere. etiam inimicis Mathei
v. ¶ Qui ſolem ſuum oriri facit ſup
bonos ⁊ malos. ⁊c̄. Actuum xviij.
¶ Dat omnibus vitaꝫ ⁊ inſpiratiōeꝫ
Sc̄do quia dat omnibus habundā
ter. Jacobi. i. ¶ Qui dat omnibus af
fluenter. ⁊c̄. Mathei. xxx. Dedit vni-
cuiq̄ ſc̄dm propriam voluntatem
Tercio quia rogat nos petere quod
vult dare. vt hic. Petite ⁊ accipietis.
pſalmiſta. Dilata os tuum. ⁊c̄
Quarto quia dicit plꝰ q̄ petitur. iij.
Regum. ij. Salomoni petenti ſapiē
ciam dedit etiam diuicias ⁊ potenci
am. Zacharie. x. ¶ Petite a deo. ⁊c̄
¶ Quinto quia gratis dat ⁊ ſine ſpe re
munerationis. Johannis. xxxv. Si
iuſte egerit quid donabo ei.
Sexto quia remunerat eos de eo qđ
ipſe dat ⁊ operatur in nobis. i. Para
lipomeon vlt̄. ¶ Tua ſunt omnia. ⁊c̄
Tria ergo precepit. ſ. vt petamꝰ. que
ramus. pulſemus. Tria quoq̄ pro-
mittit. ſ. q̄ accipiemus inueniemus.
⁊ aperietur nobis. Petere debemus
orando. Querere operando. Pulſa-
re perſeuerando Tria petere debe
mus. ſ. temporalia ad ſuſtentationeꝫ
corporis in ſeruicio dei Spiritua
lia ad decoreꝫ anime. vt digna ſit vi

C

ſione dei eterna. Ad conſummationē
vtriuſq̄ vt beatificemur ī regno dei
Bona temporalia dantur in ſolaciū
Spiritualia in meritum
Eterna in premium
Temporalia petenda ſunt moderate
non ad ſuperfluitatem. ſicut orat Ja
cob. Geneſis. xxviij. Si fuerit deus
mecum ⁊ cuſtodierit me in via qua
ambulo. ⁊ dederit mihi panem ad e
dendum ⁊ veſtimenta ad induendū
erit mihi dominus in deum.
Item Beda. Non prohibentur ci-
ues patrie celeſtis in terra peregri-
nantes pro pace temporum. pro ſalu
te corporum. pro vbertate fructuūꝫ
pro ſerenitate aeris. pro ceteris vite
huius neceſſarijs dominum petere.
Si tamen hec non intime petantur
⁊ ſi ob id a deo ſolummodo petant̄
vt habundanti viatico preſenti libe
rius ad futura dona tendatur. Sed
illi male petunt qui idō querunt vt
habundancius commeſſationibus ⁊
ebrietatibus vacent. ⁊ vt ſecurius ac
licencius ſeruiāt concupiſcencijs ſuis
Spiritualia petenda ſunt pure. non
ad temptationeꝫ. vnde dominus ait
Luce. xij. Attendite a fermento pha
riſeoruꝫ quod eſt ypocriſis. quia mo
dica ypocriſis ad modum fermenti
totam maſſam bone operationis cor
rumpit. Dicitur autem ypocriſis ab
ypo. quod eſt ſupra. ⁊ criſis quod eſt
aurum. quia ypocrite exterius deal-
bati. interius vero ſunt lutei. ſicut de
ydolo dicitur. Danielis decimoq̄r
to. ¶ Iſte intrinſecus luteus eſt ⁊ fo
rinſecus ereus
Eterna petenda ſunt humiliter. non
cum p̄ſumptione. Mathei. xviij Niſi

in rogationibꝫ

D

conuerſi fueritis. ⁊ efficiemini ſicut
paruulus iſte non intrabitis in reg
num celorum. Bernardus. Sit ora
tõ que pro temporalibus eſt circa ſo
las neceſſarias reſtricta que pro vir
tutibus anima eſt ab omni impuri
tate aliena. ⁊ circa beneplacitum di
intenta. ſit ea que fit pro vita eterna
in omni humilitate. preſumens d̄ ſo
la miſeratiõe diuina. ſi taliter petimꝰ
dabitur nobis. Sꝫ quidam plus pe
tunt. ⁊ ideo non accipiunt. quia ſicut
ait Leo papa. Propter inſtanciã plꝰ
petendi totius debiti ſumma euacua
tur ¶ Et nota ꝙ plus petitur qua
tuor modis

¶ Primo plus petitur Re. vt cum ali
quis pro decem petit triginta. hic ca
dit a toto debito. Debitum tuum eſt
denarius diurnus. ſ. vita eterna. qui
ergo plus petit. ſ. temporalia. vt aua
rus. de iure amittit omnia. Unde di
citur Mathei. xix. Facilꝰ eſt camelū
per foramen acus intrare ꝙ̄ diuitē
⁊c̄. ꝗ id non repugnat potencie ⁊ iu
ſticie dei ¶ Scdo plꝰ petitur tempo
re. vt cū quis petitur ante diē vl̄ ex
canta conditione. ⁊ hnic inducie du
plicant᷑ Tēpus hꝰ vite eſt terminꝰ a
deo conſtitutus. De quo Job. xiiij.
Conſtituiſti terminos eius. ⁊c̄. Plus
ergo tempore petit accidioſus qui te
dio laboris affectus orat ex hac vita
tranſire. ſicut helias qui dicebat. iij.
Regū. xix. Sufficit mihi dn̄e. ⁊c̄. Iſ
dicit. ꝗ credit opera ſua ſufficere ſibi
ad vitam eternam. vn̄ fuerūt ibi vi
te inducie pro ſe late Similiter plus
tempore petitur qui orat in preſenti
de ſuis iniurijs vindicari. cū dn̄s di

E

cat. Cum accepero tempus ego iuſti
cias iudicabo

¶ Tercio plus petitur loco. vt cum de
beo tibi rome ⁊ tu petis in alia ciui
tate. ⁊ tunc triplicatur dampnuꝫ de
iure. Locus gaudij eſt regnū celoꝝ
De quo. ij. Regū. vij. Ponam locuꝫ
populo meo iſrahel ⁊ plantabo eum
⁊ tunc non turbabitur amplius. plꝰ
ergo loco petit luxurioſus qui vallē
lacrimarum in paradiſum deliciarū
conuertit ſed puuietur in hoc. quia
de loco preſentis afflictionis trãſibit
non ad locum purgationis. ſed ad lo
cum dampnationis. vnde. Ezechie
lis. xxi. ¶ Duplicit᷑ ac tripliciter gla
dius duplicatur in hijs qui tranſeūt
in purgatorium Triplicatur in hijs
qui tranſeunt in infernum

¶ Quarto plus petitur cauſa vt cū du
o ſub altero. ꝗ error permanens de
ſtruit fundamentū oīs boni. ſ. fidem
vt finalis in pn̄a. ⁊ remedium contra
lapſum Si vero ille pro quo oratur
nō obſiſtat orationem puram grataꝫ
promereri. Iuxta quod dominꝰ ait
Mathei. x. ¶ Et ſiquidem fuerit do
mus digna veniet pax veſtra ſuper e
am. ſi aūt non fuerit digna reuertet᷑
pax veſtra ad vos. ſ. merces laboris.
ſiue fructus orationis. ſicut ait pſal
ſta ¶ Oratio mea in ſinu meo conuer
tetur.

¶ Petere ad ſaluteꝫ eſt decencia poſtu
lare. vnde damaſcenus Oratio eſt pe
ticio decencium a deo

¶ Decens autem dicitur expediens ⁊
honeſtum. honeſtuꝫ conſiſtit in vir
tutibus ⁊ operibus virtutum Expe
diens vero eſt quod iuuat ad vitam

E

eternam conſequendam. Unde notã
dum ꝙ quedam ſunt ad ſalutem per
ſe. vt cauſa neceſſaria. ſicut eſt dimiſſi
o culpe. infuſio gracie. adoptio glori
e. ⁊ iſta ſimpliciter ſunt petenda.
Quedam vero ſunt vt cauſa motiua
⁊ ſtimulatoria. ſicut ē paupertas rei
temporalis. Remotio temptationis
Facultas boni operis. que moderan
ter ſunt petenda. ⁊ illius arbitrio cō
mittēda qui ſolus nouit quid nobis
expediat ad ſalutem. De talibus apo
ſtolus ait. Romanos. viij. Quid ore
mus ſicut oportet neſcimus Unde
nec ipſe exauditus fuit in amotione
ſtimuli. Unde. ij. ad Corinthios. xij.
Quatuor iſte conditiones eliciuntur
ex eo quod dominus ait in pricipio
euangelij hodierni. Amē amen dico
vobis. Si quid petieritis patrem in
nomine meo dabit vobis. In hoc ꝙ
ait quid intelligitur. ꝙ eſt ad ſalutez
Non enim quod eſt propie dicitur
quid. ſed ſolum illud quod eſt ſaluti
ferum. Cetera reſpectu huius quaſi
nihil eſſe dicuntur. Unde ſapiencie.
x. Diuicias nihil eſſe dixi in opera
tione illi9. In hoc ꝙ dicit petieritis
intelligitur perſeueranter. Eſt enim
preteriti temporis ⁊ futuri. ⁊ ita cō
uocat perfectionem ⁊ perſeueranciā
In hoc ꝙ ait. patrem in nomine me
o. intelligitur pie. ſ. vt filius per gra
ciam ſit qui petit. ⁊ ſolus deus princi
paliter. In hoc autem ꝙ dicitur. da
bit vobis intelligitur per ſe. Eſt eñ
diaſinticum. quia poteſt trahi ad du
o hoc modo. quicquid petieritis e-
nim dabit vobis Poſſunt autem
conſiderari quatuor iſte conditiōes
ſcd̄ꝫ cauſas que in oratione ɔcurrūt

F

Per hoc ꝙ dicitur pro ſe. notat̃ cau
ſa materialis. magis eñ congruit q̄n
tum ad efficaciam orationis ora-
re pro ſe q̄ꝫ pro alio. ſicut oſtenſum ē
Per hoc ꝙ dicitur pie. notatur cau
ſa efficies ſiue motiua. Deus eñ de-
bet eſſe inicium orationis. aliter non
fieret ex pietate.
Scd̄m gaudium eſt ſpiritualis gra
cie. quod ſimiliter triplex eſt. ſ. de ſpe
futurorum bonorum. de collatione
virtutum. de tollerancia preſencium
malorum. contra triplex gaudium
ſuppoſitum. De primo dominus ait
Luce. x. Gaudete quia nomia ve-
ſtra ſcripta ſunt in celis. ſ. ꝙ iam eſtis
ciues illius regni per ſpem ⁊ celeſti
um deſiderationem. Econuerſo dolē
debent amatores mundi. ꝙ noīa eo
rum ſcribuntur in terra. ſicut dr̄. Je
re. xvij. Recedentes a te in terra ſcri
bent̃. ⁊ idō putreſcent cuꝫ ea. Prouer
biorū x Nomen impiorū putreſcet
De ſcd̄o dicit fidelis aīa. Yſaie. lxi.
Gaudens de collatis virtutib9. gau
debo in dn̄o de bonis operibus ⁊ ex
ultabo in deo meo. ꝙ gaudiū ſpūale
eſt n̄ carnale vn̄ aūt gaudeat oñdit
cum ſubdit. ꝙ induit me veſtimēto ſa
lutis quantū ad graciaꝫ interius or
nātem ⁊ decorantem aīam. ⁊ induim̄
to iuſticie circumdedit me. quantuꝫ
ad bonam operationem. exterius nū
ciantem. Ecci. vltimo. Fortitudo ⁊
decor indumentū eius De tercio
dr̄ Actuū. v. Jbant apoſtoli gauden
tes. ⁊c̄. hoc gaudiū non eſt omnium
ſꝫ paucorū. Philipenſes. i. Uobis da
tum eſt noſce miſteriū regni dei pro
xp̄o. non ſoluꝫ vt in eo credatis. ſꝫ vt
etiā pro illo patiami. ij. Corinthioꝝ

In rogacoibꝫ

h

xij. Libenter gloriabor in infirmita tibus.

Unde fuit quidam heremita. qui frequenter ſolebat egrotare. cũ vno anno non infirmaretur cepit flere dicens. dereliquit me deus. Hoc gaudium dicitur ſemiplenum reſpectu plenitudinis ⁊ conſummationis eterne. ꝙ quedam inchoatio ⁊ prelibatõ eſt illius gaudij

Item quia ammixtum dolori. ⁊ annexum timori.

De primo pſalmiſta. ¶ Guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis. ⁊c̃

De ſcdo Auguſtinus. Penitens ſemper doleat ⁊ de dolore gaudeat.

De tercio Philipenſes. ij Cum metu ⁊ tremore ſalutem veſtram operamini.

Tercium gaudium eſt eterne glorie vbi eſt ſacietas indeficiẽs omnis boni quam nec oculis vidit. nec auris audiuit. De qua pſalmiſta Saciabor cum apparuerit gloria tua. Bernardus. Qñ veniet tempus vt perennibus gaudijs in ipſo diuinitatis fõte profundius immergamur. vbi nuda nudaꝫ ſine intercapedine ⁊ interpollatione conſumet quando veniaꝫ ⁊ apparebo ante faciem domini. qñ tranſibo in locum tabernaculi ad mirabilis vſqꝫ ad domum dei. qñ ſicut audiuimus ſic videbimus in ciuitate domini. ⁊c̃ Gaudiũ illud dicitur plenum propter plenam felicitatem corporis ⁊ aie. Eccleſiaſtici. xxiiij. Jordanꝰ multiplicat in tempore meſſis. Item Joſue. iij. Jordanꝰ deſignat gaudium eternitatis. ꝙ inũdat ex duobus fontibus ⁊ eternã gloriã inundabit ex gemina ſtola. Dies

I

meſſis ſunt dies retributionis quando alia flumina. ſ. carnalia delectamẽta deſiccant. ſicut dominus ait Iſaie. l ¶ Ibonam in ſicco flumina ⁊ computreſcent piſces ſine aqua. ⁊ morientur ſiti. Item. ꝙ erit incomprebeſibile Unde dicitur. Mathei. xxv ¶ Intra in gaudium domini tui Item Auguſtinus. Sic gaudebunt toto corde. tota anima. totum cor. tota anima nõ ſufficiat plenitudini gaudij. Nõ ergo totum iſtud gaudium intrabit in gaudentes. ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium Erit ſiquidem gaudium ex omni parte. ſurſuꝫ viſio dei. deorſum viſio inferni. Intra gloria conſciencie. exterius decor omnis creature vt electi in omnibus rebus pleniſſime delectentur In deo in omnibus proximis. in ſemetipſis. ⁊ in omnibus creaturis.

Item quia erit bonorum omnium conceptibile. Unde dicitur. Exodi. xxxiij. ¶ Ego oſtendã tibi omne bonum. id eſt ſummum bonuꝫ. in quo ſunt omnia bona. Unde beatus Auguſtinus. Si ſingula bona delectabilia ſunt cogitabilia cogita in mente tua ꝙ delectabile ſit illud bonuꝫ qđ continet iocunditatem omnium bonorum. ⁊ non q̃ualem in rebus creatis ſumus experti. Sed tanto differente quantum differt creator a creatura. Si enim bona eſt vita creata ꝙ bonum eſt vita creatrix Si bona ⁊ iocunda eſt ſulus facta. quaꝫ bona ⁊ iocunda eſt ſalus que fecit omnem ſalutem Si amabilis eſt ſapiencia de cogitatione conditarum rerum. ꝙ amabilis ⁊ delectabilis eſt ſapiencia q̃ ex nihilo ddidit

A

Deniqꝫ ſi multe ⁊ magne delectatio
nes ſunt in rebus delectabilib9. quã
ta delectatio eſt i eo qui fecit delecta
bilia ¶ Item erit impermixtibile.ꝗꝛ
purum. vnde Iſaie.xxv. Faciet domi
nus in monte hoc conuiuium vinõ
mie defecate.i.iocunditatem puriſſi
me ſine fece triſticie.quia ſicut dicit
Apocalipſis.xxi. ¶ Abſterget deus õ
lacrimam ab oculis eoruꝫ.⁊c.
¶ Item erit interminabile Unde Io
hannis.xxvi. Gaudium veſtrum ne
mo tollet a vobis.quia claudetur ia
nua.vt illuc intrare nõ valeat inimi
cus.nec exire amicus.Ecce gaudiuꝫ
plenum.⁊ plus ꝙ plenum Ad quod
nos perducat dominus noſter ihes9
criſtus .Amen

Eodem die
¶ Sermo. ſexageſimuſſextus
De letanijs

Nunquid obliuiſci po
teſt mľier vt ñ miſeret̃ filio
vteri ſui.⁊ ſi illa oblita fue
rit.ego tamen non obliuiſcar tui Iſa
ie.xlix. In hijs tribus dominus i
firmorum queſtioni reſpondet .qui
dicunt ſe obliuioni traditos ⁊ dereli
ctos a deo.quando eos non eripit õ
aduerſis.⁊ oſtendit falſam eſtimatio
nem eorum per ſimilitudinem indu
ctam a matre. Unde Primo compa
rat ſe matri.cum ait. Nũquid poteſt
obliuiſci mater vt non miſeretur fili
o vteri ſui. Item . Quatuor patitur
ipſa mater propter filium.ſcꝫ graua
men..dolorem.⁊ ſollicitudinem.que
omnia conſiderari poſſunt in ipſa
Grauatur eniꝫ in informatione pu

B

eri.ꝗꝛ ait pſalmiſta. A decimo die cõ
ceptionis totum corpus mulieris ğ
uatur.caput inquietatur. caligat vi
ſus.faſtidit ſtomachus. Unde Tho
bie.iiij. ¶ Honorem habebit mater
tua omnibus diebus vite eius. Me
mor enim eſſe debes. que ⁊ quanta
paſſa ſit pericula pro te in vtero ſuo
Dolet in parturitione.quia non eſt
dolor ſicut dolor parturient is.quia
ſicut dicitur Iſaie.xxvi. ¶ Cum appi
ꝗt ad partum dolens clamat in dolo
ribus ſuis. Unde. Eccleſiaſt.vij.
¶ Gemitus matris tue ne obliuiſca
ris. Laborat in educatiõe .quia
nullum animal tanto labore nutrit
vt homo. Unde Sapiencie.vij. In
inuolumentis nutritus ſum ⁊ curis
magnis. Sollicita eſt in conſerua
tione.quia quicquid agat.quocunqꝫ
vadat omnis ſollicitudo eſt ſibi de fi
lio. Eodem modo dominus noſter
quatuor ſuſtinuit propter hominẽ.
¶ Primo grauamen vel onus pene
Duo nanqꝫ onera fuerunt homini
ſuppoſita. Primo impoſitum eſt ei a
diabolo onus culpe. vt hominem in
infernum demergeret. De quo pſal
miſta . Iniquitates mee ſupergreſſe
ſunt caput meuꝫ.⁊ ſicut onus graue
grauate ſunt ſuper me
Scdo impoſitum eſt ei a deo onus
pene vt eum a peccato retraheret.de
quo Eccleſiaſtici.xl. ¶ Graue iuguꝫ
ſuper filios adam.quod cõſiſtit in ſe
ptem penalitatibus.ſ.fame ⁊ ſiti.calo
re.frigore.labore.⁊ dolore.ac mor
te Sed domin9 veniens eripere nos
ab onere culpe.aſſumpſit onus pene
vt per omnia eſſet ſimilis nobis abſꝫ
peccato.

In rogacõibz

C

¶ Secundo ſuſtinuit dolorem in paſſi
one. Unde ait treno. primo ¶ O vos
omnes qui tranſitis per viam attẽdi
te ⁊ videte ⁊c. Quidam tranſeunt
circa viam ut iudei. De quibus pſal.
¶ In circuitu impij ambulant. Qui
dam vltra viam. De quib9 pſalmiſta
¶ Uindemiant eam .ſ. eccleſiã omnes
qui pretergrediunt᷑ viam. Quidam
per viam ut catholici . ⁊ tales vocat
xp̃us ad conſideratiõe ⁊ ↄpaſſionem
ſui doloris .

Tercio ſuſtinuit laborez in noſtra cõ
ſeruatione Unde ait yſa. primo ¶ La
boraui ſuſtinens. ⁊ hoc multiplicitet
ſcilicet geſtando brachijs ↄminatõis
⁊ ꝓmiſſionis. quia ↄminatur ſupplici
um: ut ſubtrahat a malo. ꝓmittit reg
num: ut incitet ad bonum. Unde cã
ticoꝝ. ij. ¶ Leua eius ſub capite meo
⁊ dextra eius amplexabitur me. Oze.
x. ¶ Ego quaſi nutricius effraim por
tabam eos in brachijs meis. Deutro
no. i. ¶ Portauit te dominus de9 tu
us: ut ſolet homo geſtare paruulum
filium in omni via per quam ambu
laſti. Laborauit ablactando vberib9
bonoꝝ temporalium. que frequẽter
reſpergit amaritudine. ſicut mater q̃
ponit aliquod amarum ſuper vbera
cum vult ablactare filium: ut trãſeat
ad ſolidum cibũ. Unde yſaye. xxviij
¶ Quem docebit ſcientiam: ⁊ quez in
telligere faciet auditũ: ablactens a la
cte: auulſos ab vberibus. Geneſ. xxi.
¶ Fecit abraham grande ↄuiuiũ in
die ablactatõis yſaac. ꝙ magnũ gau
dium eſt xp̃o: cum aliquis ſeparatur
ab onere temporaliũ ꝓpter amorem
eternoꝝ. Sed quidam etiam in ſene
ctute nolũt ablactari ab aõre mũdi .

D

quos maledicit yſa. lxv. ¶ Maledict9
puer centum annoꝝ . Item labora
uit ferendo ſordes peccatoꝝ noſtro
rum. Sed multos ſuſtinet vſq ad ſe
niũ. Unde yſa. xlvi ¶ Uſq ad ſenectã
ego ipſe ⁊ vſq ad ſenium ego portabo
Et licet ſumus mali tamen nõ poteſt
obliuiſci ut non miſereatur noſtri. ꝙ
ꝓpriũ eius eſt miſereri ſemper ⁊ par
cere Unde ſicut mater dimittit aliqñ
flere filium ſuum: ut poſtea dulcius
deoſculetur euz ⁊ amplexetur. ⁊ ut ip
ſe puer vbera ſugat auidius. Ita do-
minus ad modicum derelinquit: ut
poſtea dulcius ↄſoletur. Unde yſaye
liiij. ¶ Ad punctum in modicum de
reliqui te ⁊ in miſerationib9 magnis
ↄgregabo te .

Quarto ſuſtinuit ſollicitudinem in
prelatorum ꝓuiſione: quibus nutrici
bus nos commiſit. Unde ait moyſes
Nume. xi. ¶ Nunquid ego concepi
omnem ſollicitudinẽ hanc vel genui
ut dicas mihi. porta eos in ſinu tuo.
ſicut portare ſolet nutrix infantuluz.
Et apoſtolus. i. ad thimo. ij. ¶ Facti
ſumus paruuli in medio veſtrum tã
ꝙ ſi nutrix foueret filios ſuos. Sed
hodie non inueniunt᷑ tales nutrices
quia affectus filiorum cõuerſus eſt
in affectu terrenoꝝ. ⁊ ideo duri ſunt
ad ſubditos. ſicut de deſtructione le-
gitur Job. xxxix. ¶ Induratur ad fi
lios tanꝙ nõ ſint ſui .

Secundo oſtendit ꝙ magis ipſe nos
diligat ꝙ mater filium ſuum cum a
it ¶ Et ſi illa oblita fuerit. aliquo ac-
cidente crudelis effecta: ego tamen
non obliuiſcar tui Unde dicit pſalmi
ſta ¶ Nunquid obliuiſcetur miſereri
deus. aut continebit in ira ſua miſeri

cordias ſuas. Licet enim iraſcat̃ peccatis: miſeretur tamen filijs. Unde pſalmiſta ¶ Quomodo miſeretur pater filijs: miſertus eſt dominus timẽtibus ſe: cum memoriale miſeratõnis oſtendit cum ait. Ecce in manib9 meis deſcripſi te id eſt memoriale tuum habeo ſcriptum in manibus meis.

In hac ſcriptura clauus fuit loco calami. ſanguis eius loco atramẽti. manus ⁊ pedes loco pergameni. Littere autem fuerunt groſſe ⁊ palpabiles vt quilibet legere poſſet. Unde diſcipulis ait Luce vltimo ¶ Palpate ⁊ videte. Has litteras optabat Job ſcribi cũ dicebat. xix. ¶ Quis mihi det ut exarentur in libro ſtilo ferreo ⁊c̃. Liber dicitur xpriſtus propter mundaz diſciplinam. quia prius in ſe ſcripſit per exercitium: quod ⁊ poſtea nobis tribuit in exemplum. Dicitur quoq3 lamina plumbi que ſtilum ferreuz de facili ſuſcipit propter obedientiã que precepto patris nunq̃ reſtitit. Silex etiam dicitur propter inuincibilem patientiam quam nec regni exhibitõ nec paſſionis inflictio potuit emollire. Unde dicitur ezechielis. ij. ¶ Ut adamantem ⁊ ſilicem dedi faciem tuam. Stilus ferreus fuit clauus. celtes lanceã que latus aperuit.

¶ Item ſicut homies pro ſigno memorie aliquando faciunt foramen: vel nodum in corrigia ſua. Ita domin9 noſter iheſus xpriſtus pro memoriali man9 ſuas ⁊ pedes ſuos voluit perforari ⁊ quaſi nodos cicatrices vulnerum reſeruauit in eis. Unde ad ſimile prouocat canticoꝝ. v. ¶ Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum. pro vulnere lateris: ut me toto corde diligas. ut ſignaculum ſuper brachiuz tuum: propter vulnera manuuz ⁊ pedum: ut mandata mea tota virtute ꝑficias. quod proprium eſt actiuoruz Nam contemplatiui magis ad eius ſimilitudinem accedentes: memoriale illius habent in manibus: parati pro eo ponere animas ſuas ⁊ etiaz reſignare quandocũq3 repetatur ab eis Unde pſalmiſta ¶ Anima mea ĩ manibus meis ſemper. Exodi. xiij. ¶ Erit quaſi ſignum in manu tua. ⁊ quaſi monumentum ante oculos tuos.

¶ Ad pluuiam poſtulandam.

¶ Sermo ſexageſimuſſeptim9.

Miſereor ſuper turbã quia ecce iã triduo ſuſtinet me: nec habent quod manducent. Magna nobis debet eſſe conſolatio: q̃ dominus noſter fieri dignatus eſt procreator ſumme benign9 ſumme ſapiens. ⁊ ſumme potens eſt. ſicut in hoc euangelio patet. Benignitas eius oſtenditur in compaſſiõe turbe. cum ait ¶ Miſereor ſuper turbam. Ecce pius dominus mouetur miſericordia ſuper miſeris quia ſicut dicitur Trenorum tercio ¶ Non ex corde tuo humiliauit: ⁊ abiecit filios hominum. ex ſe ſolo eſt q̃ miſeretur. quia proprium ipſius eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. Ex nobis autem eſt q̃ iraſcatur. Unde de hoc ait propheta pſal. viceſimoſeptimo. ¶ Quis dabit mihi ſpinam ⁊ veprem. id eſt durum ⁊ crudelem. quaſi vellet dicere. Hoc non ſum ex meipſo: ſed ex

In rogacōibꝫ ad poſtulādꝫ plur

A

veſtris meritis cogoꝛ eſſe. Unde iob
xxx ¶ Mutatus eſt pius in crudelem
quia crudelitas non eſt in illo: ſed a
nobis. Miſeretur autem ſuper turbā
id eſt turbatos ad penitentiam: qua
lis erat Iob. qui dicebat. xxiij ¶ A fa
cie eius turbatus ſum. id eſt a preſen
tia dei flagellantis. compunctus ſum
dum peccans ⁊ conſiderans eū. id eſt
maieſtatem futuri iudicis: timoꝛe ſol
licitoꝛ. Unde iheronimus. Quotiēs
diem illum conſidero toto coꝛde et
coꝛpore contremiſco. Sequitur. deꝰ
molliuit coꝛ meum per timoꝛē ⁊ om
nipotens turbauit me: per doloꝛes.
Sed ve illis qui habent coꝛ ferreū
nec emolliuntur hic per flagellum.
quia contereutur in inferno malleis
demonum. De quibus pꝛouerbioꝝ
xix. ¶ Parata ſunt deriſoꝛibus iudici
a. ⁊ mallei percutientes ſtultoꝝ coꝛ
poꝛibus. Eccleſiaſtici. iij. ¶ Coꝛ duꝝ
male habebit in nouiſſimo.
Sapientia eius oſtenditur in cogni
tione indigētie noſtre cum ſubdit. qꝛ
ecce iam triduo ſuſtinent me ⁊c̄.
Et aſſignat hic triplicem cauſam mi
ſerendi.
¶ Pꝛima cauſa eſt tolerantia laboꝛis. i
bi. Iam triduo ſuſtinent me. Hoc tri
duum ſignat triplex flagellum. ſcilicꝫ
poſſeſſionum. conſanguineoꝝ. ⁊ ꝓpꝛie
perſone. In quibus patientia Iob ꝓ
bata fuit. qꝛ pꝛimo rebus eſt ſpoliatꝰ
Secundo liberis oꝛbatus. Tercio vl
cere peſſimo vulneratꝰ. ⁊ recte flagel
lum dicere poſſumus diem quantuꝫ
ad illuminationem ſui ⁊ creatoꝛis co
gnitionem In hoc ergo triduo debe
mus ſuſtinere dominum patienter.
ſicut ait pſalmiſta ¶ Confortetur coꝛ

B

tuum. ⁊ ſuſtineat dominum. Ludit
deus nobiſcum ſicut pueri ludere ſo
lent ad inuicem quando vnus equi
tat ſuper aliū. Pꝛimo namqꝫ ipſe
ſuſtinuit nos longanimiter expectan
do. quare ergo econuerſo debemꝰ ſu
ſtinere eum patienter ⁊ humiliter to
lerando. ut cum pſalmiſta dicamus.
¶ Ut iumentuꝫ factus ſum apud te
Ubi dicit ber nardus. Eſto ut iumē
tum: nō tamen iumentum: ut non ſo
lum patienter eum ſuſtineas: ſed ⁊ ſa
pienter honoꝛeꝫ intelligas. ⁊ delecta
biliter cogites cauſaꝫ ipſius. honoris
dignitatem ⁊ ꝓpꝛiam vtilitatem. nem
pe geſtare eum cui ſeruire regnare ē.
non eſt oneris ſed honoris. Sꝫ mul
ti murmurāt de flagellis. ſicut iudei
de quibus loquitur Nume. xi. ¶ Oꝛ
tum eſt murmur populi quaſi dolen
tium pro labore contra dominuꝫ: eo
ꝙ nubes que precedebat caſtra: non
requieuit per tres dies. Unde ignis
accenſus a domino deuorauit extre
mam partem caſtrorum. In quo no
tatˀ ꝙ murmurantes de iudicijs dei
puniet ignis inferni. Unde eccleſia
ſtici. ij. ¶ Ue hijs qui perdiderūt ſu
ſtinentiam Pꝛoinde monet apoſtolꝰ
ad thi. vltimo ¶ In omnibus grati
as agite. vbi dicit leo papa. Nihil no
bis debet de dei iudicijs diſplicere.
Nam nō per omnia illi gratias age
re: quid aliud gratia ex quadam cuꝫ
parte reprehendere. Audet ei plebs
q̄ humana inſipientia aduerſus crea
toꝛem ſuum nō ſolum de inopia: ſed
etiā de copia murmurare: ut cum ali
quis non ſuppetit querulaꝫ quedam
exuberant ſibi ingrata. nec de magni
tudine fructuum gratulatur. ſed de

vilitate conqueritur.quod placꝫ deo
placeat ⁊ nobis:ut amor directus in
deum. nec inter proſpera ſuperbiat:
nec inter aduerſa deficiat. Ad omnia
ergo opera pietatis : omnium nobis
qualitas proſit animorum. nec beni/
uolentiam xpriſtianaꝫ difficultas tē
poralis impediat.nouit dominus va
ſa hoſpitalis vidue in op9 pietatis va
cuata complere.nouit aquas in vinū
conuertere.nouit de pauciſſimis pa/
nibus milia exercituum ſaturare.⁊ il
le qui in pauperibus ſuis paſcit̄:qui
potuit augere dādo:poteſt multipli/
care ſumendo .

Secunda cauſa eſt magnitudo pau/
pertatis:cum ait. Nec habent quod
manducēt.quia homo per ſe nec cor
pus pane materiali.nec anima pane
ſpirituali reficere valet:niſi ipſe ape/
riat manum ſuam: qui implet omne
animal benedictione. Unde oram9
quotidie. Panem noſtrum quotidia
num da nobis hodie.vbi dicit augu
ſtinus. Qui panem quotidianum pe
tit diues eſt:an pauper. Huius pau/
pertatis cognitionem habuit pſalmi
ſta ¶ Ego ſum pauper ⁊ dolens. vbi
dicit expoſitor . Non gementi inopi
quis ſubueniet. quis ſanabit paupe/
rem nō dolentem. ve pauperi dicen
ti quia diues ſum ⁊ nullius egeo . ve
pauperi vidента . pauperi inſolenti .
pauperi ſectanti inania: dum mendi
cantibus alijs diſtribuitur alimonia
vite.

Tercia cauſa eſt infirmitas humane
conditionis:cum ait. Ne deficiat in
via vite preſentis.quia nec corpus ſi/
ne cibo materiali.nec anima ſine ſpi/
rituali ſubſiſtere valet. Cuꝫ enim cor
pus compoſitum ſit ex contrarijs ele
mētis .⁊ cū vna deperditio fiat in ea
neceſſe habet reſtaurari per alimēta
Animam quoqꝫ cum adhuc corpori
ſit vnita ut perficiat̄ in eo ſemper in
diget incremento gratie vt poſſit per
ficere. Unde bernardus. Aut aſcen/
das:neceſſe eſt vt deſcendas.ſi aſcēdas
ſtatum inpendulo huius vite:neceſſe
eſt quia vbi incipiſ nolle fieri melior
deſinis eſſe bonus. Nolle ergo profi
cere non niſi deficere eſt . quia inter
profectum ⁊ defectum mortalis vite
nullum mediū inuenitur. Sicut eñ
corpus cōtinue aut creſcit aut decreſ
cit:ſic neceſſe eſt ſpūm ſemper aut ꝓfi
cere:aut deficere .

Potentia eius oſtenditur in tot mili
um refectione. quod potentie homi
ni penitus eſſet impoſſibille . Unde
impoſſibilitatem humanaꝫ diſcipuli
oſtendunt cum dicunt ¶ Unde iſtos
poterit quis ſaturare panibus in ſo/
litudine.⁊ eſt verbum infirmorum
adhuc in fide ⁊ ſignis puſillanimes:
qui in tempore famis ⁊ cariſtie diffi
dunt de potentia largitatis diuine.ſi
miles principi ſamarie.qui ait beliſe
o craſtinam copiā ꝓmittenti.iiij. Re
gum. ¶ Etiam ſi dominus fecerit ca
taractas in celo nō poterit eſſe quod
loqueris.qui ait. Uidebis oculis tu/
is ⁊ nō comedes. Si dominus diui/
nitatis ſue potentiaꝫ oſtenſurus que
ſiuit quot panes haberēt ex propria
confeſſione modicitatem alimenti co
gnoſcerent ⁊ magnitudinem miracu
li compenſarent . ſicut dominus fac/
turus miraculum: dixit exodi.iiij.
¶ Quid eſt quod tenes in manu tua
Deinde precepit turbe ut diſcūberēt

In rogacoibꝫ ad poſtuladꝫ plura

E

ſuper terram nudam. in quo menſaꝝ ambitio condemnatur. ⁊ accipiens ſeptem panes gratias egit: ut de collatis beneficiis gratias agamus. fregit quoqꝫ. ⁊ per apoſtolos turbis diſtribuit. ⁊ ſaturatis ſeptem ſporte replete ſunt de fragmentis. Nos quoqꝫ ſimiliter ſeptem panibus indigemus.

Primus eſt neceſſaria vite preſentis. De quo geneſis. xxxix. dicitur de Joſeph ¶ Nec quicꝙ aliud noverat niſi pane quo veſcebatur. hoc indigemus ad terram ⁊ pauperum ſuſtentationē Unde apoſtolis xpriſtus dixit ¶ Da mibi ex eo quod dedi tibi. habuiſti me largitorē: habe te debitorē. habe ⁊ feneratorem.

Secundus eſt intelligentia ſacre ſcripture. De qua eccleſiaſti. xxxi ¶ Splēdidum in panibus verbi dei diſpenſandis benedicent labia multorum. hoc indigemus ad noſtram ⁊ aliorū inſtructionem. Unde dicitur Job. xxxi ¶ Si comedi buccellam meam ſolus ⁊ non comedit pupillus ex ea

Tercius eſt dolor culpe. de quo pſalmiſta ¶ Surgite poſtꝙ ſederitis qui manducatis panem doloris. hoc indigemus ad cordis noſtri curationē Unde proverbiorum. xxi. ¶ Livor vulneris abſterget mala ⁊ plage in ſe. ⁊c̄ quaſi diceret. Dolor exterioris laboris ⁊ interioris compunctionis curat vulnera peccatorum. Juxta illud. Dolor eſt medicina doloris.

¶ Quartus eſt dolor penitētie. de quo pſalmiſta ¶ Labores manuum tuarum quia manducabis. hoc indigemus ad culpe ſatiſfactionem. Unde ezechie. iiij. ¶ Cibus tuus quo veſceris erit ī pondere. quia ſcdm pondus culpe: eſ

F

ſe debet pondus pene

Quintus eſt ſacramentum eucariſtie De quo Johis. vi. ¶ Panis quem ego dabo caro mea eſt ꝓ mundi vita. hoc indigemus ad iuſtificationem. Unde ¶ Niſi manducaveritis carnē filii hoīs ⁊c̄

Sextus eſt ſtudium obedientie. De quo Johis. iiij. ¶ Meus cibus eſt: ut faciam voluntatem patris ⁊c̄. hoc indigemus ad ꝯfirmationem. Unde iij. Regum. xix. ¶ Ambulavit in fortitudine cibi illius vſqꝫ ad montē dei oreb. quod interpretatur menſa vſqꝫ in paradiſum.

Septimus eſt deſiderium glorie. de quo Luce. xiiij. ¶ Beatus qui manducabit panem in regno dei. hoc indigemus ad omnis indigentie ꝯſummatōnem. Unde pſal ¶ Satiabor cū apparuerit gloria tua.

Piſces ſunt conſolationes ſpirituales ⁊ viſitationes interne: que tribuit dominus in hac vita deſiderantibus eterna. Piſces enī abſcondunt in aquis. ⁊ iſte latent in tribulationibus. Unde. ij. cor. primo ¶ Sicut abundant paſſiōes xpriſti in nobis. ita per xpriſtum abundat conſolatio noſtra.

Et nota ꝙ nō piſces: ſed piſciculi nominantur. quia cōſolatio preſentis vite quaſi guſtus eſt ad comparationē future plenitudinis Unde pſalmiſta ¶ Guſtate ⁊ videte quoniam ſuavis eſt dominus. Magna tamen comparatio eſt cuiuſlibꝫ mundane iocunditatis. Unde pſalmiſta ¶ Quam magna multitudo dulcedis tue domine. vbi dicit Richardus de ſancto victore. O dulcedo miſerāda. tam magna tam parva. quomodo non magna ꝙ

mundanam omnem excedis quomõ
non parua que de illa plenitudie vix
modica ſtilla diceris. Septem ſpoꝛ
te de reliquijs implete ſunt ſeptẽ pre
mia. tria ad ſtolaꝫ anime. quatuoꝛ ad
ſtolam coꝛpoꝛis pertinentia. maioꝛes
ſunt reliquie ꝗ̃ menſa.

In die aſcenſionis.

Epiſtola Actuum primo.

Primum quidem ſer
monem feci de omnibus o
theophile que cepit iheſus
facere ⁊ docere vſqꝫ in diem qua pre
cipiens apoſtolis per ſpirituꝫ ſanctũ
quos elegit aſſumptus eſt. Quibus ⁊
pꝛebuit ſeipſum viuum poſt paſſionẽ
in multis argumentis per dies qua
dꝛaginta apparens eis ⁊ loquẽs de re
gno dei ⁊ conueſcens pꝛecepis eis ab
iheroſolimis ne diſcederent: ſed expe
ctarent ꝓmiſſionem patris quam au
diſtis inquit per os meum. Quia io
hãnes quidem baptizauit aqua. vos
baptizabimini ſpiritu ſancto: nõ poſt
multos hos dies. Igitur qui conue
nerant intꝰrogabãt eũ dicentes. Do
mine ſi in tempoꝛe hoc reſtituas reg
num iſrahel. Dixit autem eis iheſus
Non eſt veſtrum noſſe tempoꝛa: vel
momenta que pater poſuit in ſua po
teſtate: ſed accipietis virtuteꝫ ſuperue
nientis ſpiritus ſancti in vos. ⁊ eritis
mihi teſtes in iheruſalem ⁊ in omni
iudea ⁊ ſamaria vſqꝫ ad vltimum ter
re. Et cum hec dixiſſet videntibus il
lis eleuatus eſt. ⁊ nubes ſuſcepit eum
ab oculis eoꝛum. Cumqꝫ intuerent
in celum euntem illuꝫ. ecce duo viri
aſteterũt iuxta illos in veſtibus albis.
Qui ⁊ dixerũt. Viri galilei: quid ſta
tis aſpicientes in celũ. Hic iheſus qui
aſſumptus eſt a vobis in celum: ſic ve
niet quemadmodũ vidiſtis eum eun
tem in celum.

Euangelium Marci vltimo.

In illo tempoꝛe. Re
cumbentibus vndecim diſ
cipulis apparuit eis iheſus.
⁊ expꝛobꝛauit incredulitateꝫ eorũ et
duriciam coꝛdis. quia hijs qui vide
rant eum reſurrexiſſe a moꝛtuis non
crediderunt. Et dixit eis Euntes in
mundum vniuerſum pꝛedicate euan
gelium omni creature. Qui credide
rit ⁊ baptiſatus fuerit ſaluꝰ erit. Qui
vero nõ crediderit condemnabitur.
Signa autẽ eos qui crediderint hec
ſequent. In noie meo demonia eijci
ent. linguis loquent nouis. ſerpentes
tollent. ⁊ ſi moꝛtiferꝫ quid biberint:
nõ eis nocebit. Super egros manus
imponent: ⁊ bene habebũt. Et dñs
quideꝫ iheſus poſt ꝗ̃ locutus eſt eis:
aſſumptꝰ eſt in celũ. ⁊ ſedet a dextris
dei. Illi aũt ꝑfecti pꝛedicauerunt v
biqꝫ dño cooperante ⁊ ſermoneꝫ ꝯfir
mante ſequentibus ſignis.

Sermo ſexageſimuſoctauus.

Sicut aquila prouo
cat ad volandum pullos ſu
os ⁊ ſuper eos volitans. In
hac autoꝛitate tria querenda ſunt. ſcꝫ
quare dñs aquile ꝯparetur. Qui ſint
pulli eiꝰ. ⁊ qualiter eos ꝓuocet ad vo
landũ. Aquile ꝯpatur dñs ꝓpter. vij.

A

Primo propter odoratus vigorem.
Dicitur enim ſentire vltramarina ca
dauera Ita ⁊ dominus noſter manēs
in ſinu patris: ſentit affectū compaſſi
onis cadauer humani generis ī hoc
mundo proiectum ⁊ deſcendit viuifi
care ipſum. Unde Job. xxxix. ¶ Ubi
cadauer fuerit: ſtatim adeſt aquila.

¶ Secundo propter nidi collocationē.
quia ſicut ait iob. ¶ In arduis ponit
nidum ſuem. ⁊ xps in arduo ⁊ firmo
loco ſcilicet ſeipſo eccleſiam collocauit
Unde math. xvi. ¶ Super hanc pe-
tram edificabo eccleſiā meam.

¶ Tercio ꝓpter amoris magnitudinē.
Fertur enim plus omnibus beſtijs ⁊
auibus fetus diligere. Unde ⁊ in ni
do ametiſtum collocat. qui omnia ve
nena fugat. Ita ⁊ xpriſtus dilexit nos
vſqꝫ ad mortem. poſuit in cordibus
noſtris ſeipſum per fidem quo etiā
dyaboli venena fugantur Unde dici
tur ad hebre. xiij. ¶ Non te deſeram
adiuuando in bono. ⁊ non te derelin
quam ꝓtegendo a malo

¶ Quarto ꝓpter pullorum diſcretionē
Dicitur enim tria oua facere. ⁊ terci
um per induſtriam naturalem dep-
hendit eſſe ignobilem ⁊ vult de nido
eijcere. ſed ſi contingat illam tres pul
los habere. tres eo ꝙ omnia oua fo-
ueat. ſimiliter tercium de nido eijcit:
quem videt eſſe ignobilem: quoniā
grauatur cibare ipſos: cum valde de
bilitetur ut venari non poſſit. ꝓbat
autem pullos ſuos hoc modo: cū ad
huc parui ſunt trahit eos contra ro-
tam ſolis. ⁊ ſi alicuius oculi lacriman
tur: tanꝙ degenerem illum proijcit
extra nidum. Ita ⁊ dominus non cō
templantes ⁊ appetentes eterna: proij

B

ciet a facie ſua. Tres pulli ſunt tria
genera hominum: quorum quidam
deſeruiunt contemplationi. alij actie
tercij voluntati ⁊ iſtos ſcilicet vltimos
proijciet de nido eccleſie in ꝓfundū
gehenne Unde apocalipſis. ix ¶ Ter
cia pars hominum occiſa eſt de igne
fumo ⁊ ſulphure id eſt ꝓpter peccatū
auaricie vel ſuperbie vel luxurie

¶ Quinto ꝓpter pennarum veterū de
poſitionem. Dicitur enim de aquila
ꝙ aſcendit in altum quantū poteſt.
ita ꝙ comburuntur penne eiꝰ ⁊ tunc
cadit in flumen frigidiſſimū. ſuper
quem preelectum volabat. ⁊ ſic reno
uatur. Ita ⁊ xpriſtus aſcendit in altū
crucis. ⁊ ibi depoſuit vetuſtatem paſ
ſibilitatis ⁊ mortalitatis. Deinde ani
ma eius deſcendit ad limbum. ⁊ ter-
cia die redijt ad ſepulchrum. ⁊ ſic re-
ſuſcitatus cum gloria reſurrexit. Un
de iob. xi. ¶ Eſto glorioſus ⁊ ſpecioſꝰ
⁊ precioſus. induere veſtimentis.
Pſalmiſta ¶ Renouabitur ut aquile
iuuentus tua.

¶ Sexto propter volatus altitudinem
quia ſicut aquila ceteris auibus. ita ⁊
xpriſtus alijs ſanctis altius euolauit
Uolauerat enim helias in aerē ſed
dominus noſter volauit in celum ſu
per angelos ⁊ archāgelos vſqꝫ ad dex
teram patris. Unde pſalmiſta ¶ Aſcē
dit ſuper cherub ⁊ volauit. ⁊c. Item
iheremie. xlix ¶ Ecce quaſi aquila aſ
cendet ⁊ volabit. expandet alas ſuper
boſra. qui interpretatur munita. id ē
ſuper animam peccatricem: que pro
ſperitate rerum temporalium muni
tur contra dn̄m

¶ Septimo propter viſus perſpicuita
tem. Fertur enim tanti eſſe contuitꝰ

ut cum ſuper maria feratur adeo ut
cum nullius viſui pateat: piſciculum
natantem aſpiciat. ac inſtar tonitrui
ad eos deſcendat. Ita ⁊ dominus licȝ
non videatur a nobis: omnia contem
platur: non ſolum ea que agimus ſed
etiam ea que cogitamus. Unde Ihe
remie.xxiij. ¶ Si occultabitur vir in
abſconditis: ⁊ ego non videbo eum
dicit dominus. Unde Bernardus.
Quales oculi qui contemplantur co
gitationes. Solent autem cogitatio-
nes ſentiri. non auteȝ audiri ſeu vide
ri: ſed dominus videt eos. Unde pſal
Sermo octuageſimuſtercius

Eſtote miſericordes ſi
cut ꝛ pater vr̄ miſericors
eſt In hijs verbis. Primo
mandatum de pietate apponitur . cū
dominus ait. Eſtote miſericordes
Scdō qualitas vel forma mandati
cum ſubiungit. Sicut pater veſter
ꝛc. ¶ Circa opera miſericordie qui
qꝫ ſunt attendenda. ſ. Materia. Perſo
na. Modus. Intencio Ordo Mate
ria vt fiant d͛ propria ſubſtancia. nō
de rapina vel vſura. quia illa nō ſūt
eroganda. ſed reddenda. Unde . Ec
cleſiaſtici. xxxiiij. Dona iniquorum
non probat altiſſimus. nec reſpicit in
oblationbus impiorum. nec in inſti
tutione ſecrificiorum eorum ꝓpici
abitur peccatis. Qui offert ſacrifici
uꝫ de ſubſtancia pauperis quaſi qui
victimat filium in ɔſpectu patris
Illa em̄ in quibus dominium non
traſfertur iram potius q̄ꝫ miſericor
diam prouocant. Unde mirum eſt
d͛ vſurarijs qui ita parati ſunt eroga
re ꝛ nunq̄ꝫ volunt reſtituere .
¶ Perſona. ſcilicet cui danda ſunt. Qui
a non indigenti. non diuiti. neqꝫ etiā

hyſtrioni. Unde Eccleſiaſtici.iiij.
Fili.elemoſinam pauperis ne frau-
des. Gregorius. Nonnulli huius mū
di diuites ibi fame crucientur vbi
pauperes profuſis largitatibus nu-
trientur.non hiſtriones. Elemoſina
enī ad modū ſeminis committenda
eſt bone terre.i.iuſtis pauperib9
Unde Eccleſiaſtici.xij. ❡ Benefac
iuſto ⁊ inuenies magnam retributi
onem.⁊ ſi non ab ipſo certe a deo
Modus.ſ.quantum ſit dandum hūc
determinat apoſtolus.ij.Corinthio-
rum.viij ❡ Non vt alijs ſit remiſſio
nobis aut retributio.ſed ex quantita
te.Thobie.iiij.❡ Si multū tibi fu
erit abundanter tribue.⁊c.
❡ Intencio vt non fiat pro humano
fauore vel temporali retributione.
ſed pure propter deum. Unde dici-
tur Mathei.vi❡ Neſciat ſiniſtra tua
quid faciat dextera tua.i.non ſe dmi
ſceat appetitus vane laudis cum fa-
cis opus virtutis.❡ Ordo vt prius
teipſum offeras deo ſicut fecit abel.
De quo dicitur Geneſis.iiij. Reſpex
it deus ad abel ⁊ ad munera eius
Eccleſiaſtici.xxxi.❡ Sacrificium ſa
lutare eſt attendere mādatis.⁊ diſce
dere ab omni iniquitate
❡ Primo igitur homo debet eſſe miſe
ricors in ſeipſo. Deinde alij . Unde
Eccleſiaſtici.xxx Miſerere anime tue
placens deo. Sed multi miſerentur
corpori.quod multum eſt crudele.
ſicut oſtendit Job.xxiiij. Non ſit in
recordatione.ſed conteratur quaſi li
gnum infructuoſum. Ecce duplex
pena carnalis.ſ.obliuio diuine retri
butionis.⁊ contritio eterne dampna
tionis.⁊ cauſam aſſignat.⁊ dicit. Pa
uit enī ſterilem ⁊ que non parit.ſ.car
nem.⁊ vidue non benefecit.ſ.anime
Ubi dicit Bernardus. Non eſt mi
ſericordia ſed crudelitas. non eſt ca
ritas.ſed iniquitas.non eſt dilectio ſ;
confuſio ſtereli que nō parit.i.carni
inutilibus concupiſcencijs deſeruiē
⁊ vidue nihil boni facere anime vi
delicet in excolendis virtutib9 nullā
operam dare Qualis enī materia
eſt reficere ancillam ⁊ dominam in
terficere.vel q̄lis caritas amare car
nem ⁊ ſpiritum negligere.qualis di
ſcretio dare totum corpori ⁊ nihil a
nime prouidere.vis ſcdm̄ conſilium
ſapientis agē Miſerere anime tue.q;
nunc eſt tempus miſerendi eius.naz
ſicut dicitur. Eccleſiaſtici vltimo.
Anime noſtre eſuriunt ⁊ ſitiunt ve-
hementer
❡ Primo itaq; debemus cibare aīas
noſtras per fidem que eſt panis vi
te ⁊ intellectus.quia iuſtus ex fide
viuit ⁊ ſuper rationem ⁊ ſenſum ſeip
ſum extēdit.in menſa fidei.ſ.altaris.
panis vite ponitur.cibus angelorū
ſumitur.ſ.ipſe filius dei qui ait. Jo
hannis.vi.❡ Ego ſum panis viuus
qui de celo deſcendit. Sed de mul-
tis poteſt conqueri deus pater q; co
medimus filium ⁊ nolumus cibare
eum cibus noſtris.i.bonis operibus
Sicut propoſuit quedam mulier co
rā iſrahel.iij. Regum.vij. Magis au
tem pater conqueritur de illis qui
per exactiones indebitas pauperes
opprimunt ⁊ affligunt. De quibus
dicitur Ezechielis.xxxiiij. Facti ſunt
greges mei in rapinam.⁊c.
❡ Scdo debemus potare animas no
ſtras par ſpē de calice paſſionis quē

Sermo octuageſimuſtercius

P

Ipſe dei filius prompta deuotione ſuſ
cepit de manu patris. Unde dicitur
math. xxvi. ¶ Accipiens calicem gra/
tias egit. De hac primo propina/
uit apoſtolis quos maxime dilexit. ⁊
biberunt ex illo omnes Unde ⁊ filiis
zebedei dixit Mathei. xx. ¶ Poteſtis
bibere calicem quem ego bibiturus
ſum. Iheremie. xxv ¶ Ecce in ciuita
te in qua inuocatum eſt nomen meũ
ego icipio affligere. ⁊ vos quaſi inno
centes inimici non eritis immunes.
Si ergo d' calice iſto potas in via: po
tabit te de torrente voluptatis ſue in
patria. Sed multi potant animas ꝓ
prias de aureo calice babilõis. id eſt
de voluptate carnalium voluptatum
Unde apocalipſis. xvij. ¶ Mulier e/
rat circumdata purpura: habens po
culum aureum in manu ſua. plenuz
abhominationis, inuidie. ⁊ fornica/
tionis eius. Iheremie. li. ¶ Calix au
reus babilonis in manu domini ine
brians omnem terram. de vino eius
biberunt omnes gentes. ſed vinum
hoc vertetur in ſanguinez. id eſt in e
ternam damnationem. quod ſignatũ
eſt in hoc ꝙ aqua egipti conuerſa eſt
in ſanguinez. Unde luce ¶ Ue vobis
diuitibus qui habetis hic conſolatio
nem veſtram. E conuerſo autẽ domi/
nus in nuptijs cõuertit aquam in vi
num. quia electis triſticia conuertet'
in gaudium. Unde pſalm. ¶ Scdm
multitudinem dolorum meorum in
⁊c.

¶ Tercio debem9 induere animas no/
ſtras per caritatez: que habet propri
etatem veſti.

Primo. quia tegit nuditatez ⁊ defor
mitatem pectoris: Unde ꝓuerbioꝝ.

E

¶ Beat9 qui cuſtodit veſtimenta ſua
ne nudus ambulet. ⁊ videant hoĩes
turpitudinem eius. Sic ꝯminat' do
minus anime reprobe Nauz. iij. Ec
ce ego ad te dicit dominus exercituũ
⁊ reuelabo pudenda tua in facie tua
⁊ oſtendam in gentibus nuditatem
tuam ⁊c.

¶ Secundo quia protegit a frigoĩe. id
eſt a timore male infrigiditatis. Un
de ꝓuerbioꝝ vltimo ¶ Non timebit
domui ſue a frigore niuis. omnes ei
domeſtici eius veſtiti ſunt duplicib9
Tercõ. quia diſcernit inter filios dei
⁊ filios dyaboli. Unde ioh. iij. ¶ In
hoc cognoſcẽt omnes quia mei eſtis
diſcipuli: ſi dilectionez habueritis ad
inuicem. Ioh. iij. ¶ In hoc manife/
ſtati ſunt filij dei ⁊c.
Tercio. quia adornat ⁊ facit dignuz
regali conuiuio. Unde Mathei. xij.
¶ Amice quõ huc intraſti nõ habẽs
veſtem nuptialẽ.

¶ Quarto debemus hoſpitare animas
noſtras per penitenciam. Unde Ihe
re. xlviij. ¶ Relinquite ciuitates ha/
bitatores moab. ⁊ inhabitate i petra
.i. in dura pñia. ſicut dicitur de lepuſ
culo ꝓuer. xxx. ¶ Qui collocat in pe/
tra cubile ſuũ: magis eligens ſecurita
tem ꝙ ſuauitatem quoniam nunc ad
penitentiam. nunc ad peccata redeũt
De quibus eccleſiaſtici. xxix. ¶ Uita
nequam hoſpitandi de domo in do
mo in domum: ut nunc ſit in domo
xp̃i. nunc in domo dyaboli. Optimũ
ꝯſiliũ datur talib9 ut includant ſe in
clauſtro religionis. Iſa. ij ¶ Ingrede
re in petra ⁊ abſcondere in foſſa hũo
Iob. xi. ¶ De foſſis ſecur9 dormiẽs
Iſa. xxvi. ¶ Abſcondere modicuz ad

F

momentum donec pertæſeat indignatio ⁊c̄.

¶ Quinto debemus viſitare aĩmas noſtras infirmas per ꝓprie fragilitatis ↄſiderationem. Unde eccleſiaſti. vij. ¶ Non te pigeat viſitare infirmum .ſ.teipſum. ⁊ quis nunc cauſas mille doloris habent. Ihere. xviij. ¶ Surge ⁊ deſcende in domum figuli. i. cõſidera vilitatem ꝓprij corporis. ⁊ ibi audi verba mea. Legitur. iiij. Regū xiij. ꝙ cum cogitaret helizeus: deſcendit ad eum rex iſrahel. Cui helizeus ait. Percute iaculo terram. qui cum percuſſiſſet tribus vicibus ⁊ ſtetiſſet: iratus eſt ille: eo ꝙ non percuſſiſſet quinquies vel ſexies vel ſepties. Heliſeus cogitat in nobis: duꝫ feruor gratie ſpiritualis tepeſcit. Ad quem deſcendere debemus per proprij defectus plorationem. ⁊ negligẽtie vel corporis punctionem. Sed quidã ſunt qui tantum tribus vicibus terram percutiunt. ſcilicet qui fidem trinitatis mentetenus ↄfitentur. Ty. primo ¶ Confitentur ſe noſſe deum ⁊c̄.

Quinquies vero percutiunt: qui ſenſuum vicia crucifigũt. ſicut apoſtolꝰ qui dicebat pri. corinth. ix. ¶ Sic pugno nõ quaſi aerem verberans ſed caſtigo corpus meum ⁊c̄. Iheremie l̄. ¶ Nõ parcatis iaculis. quia domino peccauit. ¶ Sexies percutiunt: qui operibus pietatis deſeruiunt.

Septies: qui ſeptiformi gratia preuiti: quieti contemplatõnis intendũt Exo. xxi. ¶ Si emeris ſeruũ hebreũ ſex annis ſeruiet tibi. in ſeptimo egredietur gratis.

Sexto debemus educere animas noſtras de carcere per contemplationẽ

G

felicitatis eterne Carcer eſt mundus Unde iheronimus. Seculum mihi carcer eſt. ſolitudo paradiſus Compedes huius carceris deſideria ſecularia. De quibus pri. thimot. vi. ¶ Qui volunt diuites fieri incident in temptationem ⁊ in laqueum dyaboli. id eſt deſideria multa. ⁊ inutilia. ⁊ nociua: que mergunt hominem in interitum ⁊ perditionem. Ab hoc carcere frequenter debemus egredi. ⁊ per amena prata iheruſalem ſpaciari. Sic ſpaciabatur apoſtolꝰ qui dicebat ad ephe. ij. ¶ Cõreſuſcitauit ⁊ ſedere me fecit in celeſtibus. Gregorius. Tunc paulus fortaſſis in carcere tenebat: ſed ibi erat vbi mentem ardenter fixerat. non illic niſi neceſſario pigra caro eum retinebat. Habita ergo miſericordia in teipſo: ↄſequenter poteris exhibere miſericordiam ꝓximo. Nã qui ſibi neq̃ eſt: cui bonus erit.

Octo ſunt que mĩe opus ordinãt Primum eſt ↄpaſſio cordis. De qua yſa. lviij. ¶ Cum effuderis eſurienti animã tuam. ⁊ animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua. optimum datum ⁊ valde gratum. ꝙ ſicut ait gregorius. Qui compatitur ſeipſum dat.

¶ Secunduꝫ eſt dulcedo ſermonis. de qua eccleſiaſtici. xviij. ¶ Nonne ardorem refrigerabit ros. ſic ⁊ verbuꝫ melius q̃ꝫ datum.

¶ Terciũ eſt quantitas facultatis. De qua thobie. iiij. ¶ Si multũ tibi fuerit abundanter tribue.

Quartũ eſt hilaritas dantis Eccleſ. xxxv. ¶ In omni dato hilarem fac vultũ tuum. Et poeta. Super omnia vultus acceſſere boni.

Quintum humilitas qua condeſcēdit petenti. Eccleſiaſtici.iiij. ¶ Animam flentē ne deſpexeris: ⁊ non exaſperes pauperem in inopiā ſuam.
Sextum eſt diſcretio. de qua eccleſiaſtici.xij ¶ Si benefeceris: ſcito cui benefeceris. ⁊ erit gloria in bonis tuis multa.
¶ Septimū eſt velocitas. De qua proverbiorum.iij. ¶ Ne dicas amico tuo. vade ⁊ revertere: ⁊ cras dabo tibi
Octauū eſt recta intentio De qua luce.xi ¶ Si ocul9 tuus fuerit ſimplex totū corpus tuū lucidū erit.
¶ Sequitur videre de appoſita ſimilitudine cum dicit. Sicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Simile math. v. Eſtote perfecti: ſicut ⁊ pater veſter perfectus eſt. Sed quomō creatura creatori poterit comparari. Bernardus. Quis valet currere cū gigante. dulcedine cū melle otendere. lenitate cum agno candore cum lilio. claritate cuz ſole. caritate cum eo qui caritas eſt. Propter hoc ſciendū ꝙ hec particularia aliquando notant minoritatem ſimilitudininis. ſicut in hoc loco vbi vocat imitationem: nō equalitatem. ⁊ eſt ſenſus. Ita facite ut mereamini effici filij patris celeſtis per gratiam adoptionis Aliquando notat maioritatem. ſicut in pſalmo Sicut letantiū omniū habitatio eſt in te. ⁊ eſt ſenſus O ſyon omnium noſtrum habitatio eſt in te ſicut letantium. vbi dicit apoſtolus. Talis eſt leticia: qualez hic nō novimus. ⁊ ideo cū non poſſit exprimi: dixit ut potuit. Aliquando notat puritatem. Unde math. xxij. ¶ Erūt ſicut angeli dei in celo. id eſt pares in caſtitate ⁊ immortalitate. ⁊ ſummi bonitatem.

Aliquando notat identitatem. ut Joh. v ¶ Sicut pater habz vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipſo. i. eadem eſt vita patris ⁊ filij. ꝗꝛ diuina ſubſtātia eſt ſibi vita. Ubi notandū ꝙ de quatuor virtutibus ſpecialiter reperit ꝙ efficiant nos filios dei.
¶ Primo de fide. Johis. pri. ¶ Dedit eis poteſtatem filios dei fieri: hijs q credunt in noīe eius.
Secundo de caritate. Math. v. ¶ Diligite inimicos veſtros vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt ⁊c
Tercio de miſericordia vt hic. Similiter eccleſiaſtici. iiij. ¶ In iudicando eſto miſericors. pupillis ut pater. ⁊ pro movet mater illoꝝ. ⁊ eris tu velut filius altiſſimi. Unde dicit. Nihil alid tam peculiare eſt imperialis maieſtatis: ꝙ humanitas per quā ſolvat dei imitatio. Unde poeta. Sola deo eſt clementia.
¶ Quarto de pace. Math. v. Beati pacifici. qm̄ filij dei vocabunt. ⁊ eſt ratio. ꝗꝛ iſta ſpecialiter ⁊ maxime aſſimilant nos deo. Nam per fidē aſſimilamur ſumme veritati in claritate. Per caritatē ſumme bonitati in dulcedie. Per pacem ⁊ miſericordiā ſumme potentie in tranquillitate quo ad nos ⁊ in largitate quo ad alios Et propter hoc dicit actuum. xx. ¶ Beatius eſt dare ꝙ accipere.

¶ Dominica quinta.
Epiſtola Prima petri. iij.

Kariſſimi. Omēs vnanimes in orōne eſtote. compatientes. fraternitatis amatores

miſericordes. modeſti. humiles. Nõ reddentes malum ꝓ malo. nec maledictum ꝓ maledicto. Sed ecõtra benedicentes qꝛ in hoc vocati eſtis vt benedictionem hereditate poſſideatis. Qui em̃ vult vitam diligere: ⁊ videre dies bonos: coerceat linguam ſuam a malo ⁊ labia eius ne loquant̄ dolum Declinet a malo: ⁊ faciat bonuꝫ. Inquirat pacem: ⁊ ſequat̄ eam qꝛ oculi dñi ſuper iuſtos. ⁊ aures eius in preces eoꝝ. vultus autem dñi ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis noceat ſi boni emulatores fueritis. Sꝫ ⁊ ſi quid patimini ꝓpter iuſticiam beati. Timorem autem eoꝝ ne timueritis ut non conturbemini. Dñm autẽ xp̄m ſanctificate in cordibus veſtris.

Euangelium. Luce. v.

In illo tẽpore. Cum turbe irruerent ad iheſum ut audirent verbuꝫ dei. Et ipſe ſtabat iuxta ſtagnuꝫ genazareth. ⁊ vidit ibi duas naues ſtantes ſecus ſtagnum. piſcatores autẽ deſcenderãt ⁊ lauabant rethia ſua. Aſcendens autem in vnam nauim que erat ſymoĩs rogauit eum a terra reducere puſillũ Et ſedens docebat de nauicula turbas Ut ceſſauit autem loqui dixit ad ſymonem. Duc in altum: ⁊ laxate rethia veſtra in capturam. Et reſpondens ſymon petrus dixit illi. Preceptor. per totam noctem laborantes nihil cepimus. in verbo autem tuo laxabo rethe. Et cum hoc feciſſent: concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Rumpebatur autez rethe eorum. Et annuerunt ſocijs qui erant

A

in alia naui: ut venirent ⁊ adiuuarent eos. Et venerunt: ⁊ impleuerunt ambas nauiculas. ita ut mergerentur. Quod cum videret ſymon petrus: ꝓcidit ad genua iheſu dicẽs. Exi a me qꝛ homo peccator ſum domine. Stupor enim circumdederat eum. ⁊ omnes qui cum illo erant in captura piſcium quã ceperant. Similiter autez ⁊ iacobum ⁊ iohannẽ filios zebedei: qui erant ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonem iheſus. Noli timere Ex hoc iam homines eris capiẽs. Et ſubductis ad terram nauibus: relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

Sermo. lxxxiiij. de euangelio.

Cum turbe irruerẽt ad iheſum vt audirent verbuꝫ dei ⁊c̃. In euangelio precedentis dominice dictũ eſt de reportatione ouis in humeris pij paſtoris. in quo intelligitur fulcimentum humane infirmitatis. Dictum eſt etiaꝫ de inuentõne dragme perdite per accenſionem lucerne. in quo illuminatio humane ignorantie deſignatur. Peccator ergo iam illumiatus per agnitionem veritatis corroboratus per donum fortitudinis clamat hodie in introitu miſſe. Dominus illuminatio mea ⁊ ſalus mea quem timebo. Quia vero milites ⁊ bene pugnãtes exhortatio ducis accendit. Ideo ne deficiamus in tribulationibus: apoſtolus in epiſtola ad tolerantiam nos hortatur ex demonſtratione future glorie. ⁊ quoniam in preſenti abundat ↄſolatio noſtra. legit̄ euangeliũ. in quo agitur de captura piſciuꝫ.

per quod ſignatur pulmentum diui
ne ↄſolationis: quod in amaritudine
huius vite tribuit laborantibus per
egrinis. ¶ Notantur aūt in hoc eu
angelio tria. ſcilicet
Magna turbe deuotio.
Gemine vite in eccleſia inſtitutio.
Regionis ↄmendatio ⁊ predilectio
Primum notatur cū dicitur. Cū tur
be irruerent ad ihesum ⁊c̄. Uere ma
gna illis turbe deuotio circa auditū
verbi dei. Irruebant ardenter: ac
reuerenter ad veritatem audiendam
ad ſalutem capiendam. ſicut predixe
rat yſa. ij. ¶ Erit in nouiſſimis dieb9
id eſt in vltima etate ſeculi. mons do
mus domini. id eſt xp̄us. in quo fun
data eſt eccleſia. qui dicitur mons co
agulatus per paſſionem. in qua coa
gulatione montis anima ſeparata fu
it a carne. mons pinguis per caritatē
preparatus in vertice montuꝫ. id eſt
tranſcendens merita alioꝝ. Unde Jo
his. iij. ¶ Qui de celo venit ſuper om
nes eſt. ⁊ eleuabitur euidentia mira
culoꝝ. ſuper omnes colles. id ē alios
predicatores ⁊ fluent ad eum omnes
gentes. Sed quomō dicitur fluere
ad montem: cū non ſurſum vergant
fluida: ſed deorſum hoc ē dulciſſimū
q: mons montium factus eſt vallis
vallium Altiſſimus eñ in forma dei
factus eſt humilim9 in forma ſerui.
ut humiles ⁊ peccatores ad ſe traherꝫ
Unde bernardus. O ſublimem ⁊ hu
milem. o gloriaꝫ angeloꝝ ⁊ opprobri
um populoꝝ. nemo illo humilior ne
mo ſublimior. ⁊ ideo nō miruꝫ ſi tur
be irruebant ad eum. De hac auidi
tate ſiue fame verbi dei Amos. viij.
¶ Ecce dies veniunt ⁊ mittam famē
in terram. nō famem panis. nō ſitim
aque: ſed audiendi verbum dei. Sed
nūc iſte feruor detepuit. iſte ſapor de
ſipuit. Uix enim eſt qui libenter ad
predicatōnem veniat. vix enim ē qui
deuote audiat verbum dei. ut videa
tur impletum quod apoſtolus ait. ij
thimo. iiij. ¶ Erit tempus cū ſanam
doctrinam nō ſuſcipiant homines. a
veritate quidem auertent auditum.
ad fabulas autem ↄuertentur. ⁊ qd̄
dicit pſalmiſta ¶ Omnē eſcam abhoī
nata eſt anima eorum. ⁊ appropiqua
uerunt vſqꝫ ad portas mortis. Simi
liter quod dicit ezech. xxxiij. ¶ Dicūt
vnus ad alterum. vir ad proximum ſu
um. Uenite ⁊ videam9 quis ſit ſermo
egrediens a domino. ⁊ venient ad te.
quaſi ſi ingrediatur populus meus ⁊
ſedeat coram te populus meus. et
audient ſermones ⁊ facient eos. quia
in canticum oris ſui vertunt illos. ⁊ a
uariciam ſuam ſequitur cor illorum.
⁊ eis eſt quaſi carmen muſicuꝫ. quod
ſuaui dulciqꝫ ſono canitur. ⁊ audient
verba tua ⁊ facient ea.
Sequitur. ⁊ ipſe ſtabat ſecus ſtagnū
Stagnum habet in longitudinē cen
tum. xl. ſtadia. ⁊ in latitudinem. xl. et
ſortitur diuerſa vocabula. Dicit eñ
mare galilee ab adiacenti regione.
Item mare tyberiadis a prima ciui
tate. ⁊ ſtagnuꝫ genezareth ab effectu
quaſi generans ſibi auram. quia vn
dis ebullientibus primo motu et ſe
auram generat: que ſentitur in litore
hoc mare ſiue ſtagnum deſignat pre
ſens ſeculum. quia tumet per ſuperbi
am. fetet per luxuriam. ⁊ eſt profun
dum per auariciam Mare galilee ſpe
cialiter dici poteſt propter cupidita

tem. Galilea enim interpretaꝰ rota.
et ſignificat ſollicitudinem munda-
nam. in qua multipliciter rotatur a-
uarus.

¶ Primo in labore acquirendi. ut alis
per vim. alia fraudibus. alis blandi-
mentis acquirat.

Secundo in ſollicitudine cuſtodien
di. ut ſcilicet diligenter acquiſita cu-
ſtodiat.

¶ Tercio in timore amittendi. Videt
militem: timet eſſe raptorem. videtqꝫ
pauperem: ⁊ ſuſpicatꝰ eſſe furem.

¶ Quarto in dolore amiſſi. quia cum
magno dolore amittitur: quod cum
magno amore poſſidetur. Unde di-
citur eccleſiaſtici. xxxiij. ¶ Precordia
auari quaſi rota carri ⁊ quaſi axis ver
ſatilis cogitatus illius. quia ſtudet ut
vngatur pinguedine terrenorum.

¶ Mare tyberiadis dici poteſt propter
ſuperbiam. Tyberiadis enim viſio in
terpretatur. ⁊ oculus ſuperbi omne
ſublime videt. Unde dicitur prouer
biorum. xxx ¶ Generatio cuius excel
ſi ſunt oculi. ⁊ palpebre eius in alta
ſubiecte. Gregorius ¶ Superbia in
oculis ſpecialiter principatur. ⁊ pri-
ma ſibi corrumpit humani corporis
membra: que inicium eſt omnis pec
cati. ¶ Stagnum genazareth dici
poteſt propter carnis voluptatem. qꝛ
humanum corpus ad modum aque
ſtantis per ocium corrumpitur ⁊ pu
treſcit. Nam capiunt vicium vt mo-
ueantur aque. Unde dicitur ezechie
lis. xvi ¶ Hec fuit iniquitas zodome
ſuperbia. ſaturitas panis. ⁊ abundan
tia ⁊ ocium. Generat autem ſibi au-
ram. id eſt motum proprium contra
ſpiritum. Unde dicitur ad Romanꝰ.

vij. ¶ Video aliam legem in mēbris
meis repugnantem legi mentis mee
⁊c. Hec aqua iniquitatis contrahet
te in mare gehenne: ſed ſi inualeſcit
ſubmerget ⁊ petrū: niſi clamet ad do
minum. Romanos. vij. Infelix ego
homo quis me liberabit de corpore
mortis huius. gratia dei per iheſum
xpiſtum dominum noſtrum. Iux
ta hoc ſtagnum dominus ſteriſſe di-
citur. quia in ſimilitudine carnis pec
cati apparuit. Sed peccati vnda eum
nō tetigit. immo nos ex ea miſericor
diter eruit.

¶ Hoc mare tria genera hominū tranſ
eunt. De quibus dicitur ezechielis
xiiij ¶ Si fuerint in medio eius noe
daniel ⁊ iob: ipſi in iuſticia ſua libera
bunt animas ſuas. Unde pſa. li ¶ Po
ſuiſti profundū maris viam: ut tran
ſirent liberati. Per iob intelliguntur
coniugati: qui ſunt in labore actōnis
Per noe intelliguntꝰ prelati: qui ſunt
in ſollicitudine regiminis. Per dani
elem vero intelliguntur religioſi qui
ſunt in quiete contemplationis. Con
iugati tranſeunt natando. ſcilicet exer
citatione bonorum operum. Eccleſi
aſtici. xix ¶ Quodcunqꝫ poteſt manꝰ
tua facere: inſtanter operare ⁊c. Ta
les enim ſi manꝰ remiſerint: ſubmer-
guntur. ¶ Manus ſiniſtra ſunt opera
penitentie. manus dextra opera miſe
ricordie. Iudicum. iij. Aioth vtraqꝫ
manu vtebatur ꝓ dextera

Prelati tranſeunt nauigando. quia ſi
cut ait pſalmiſta. ¶ Deſcendunt ma-
re in nauibus facientes operationes
non ſolummodo predicationes in a-
quis multis. id eſt in populis. ut ſi-
cut bonus gubernator ſubditis: que

F

ſunt agenda precipiat ⁊ ipſe manum vigilanter ad gubernaculum habe at: ne ſit velut ſopitor amiſſo clauo ſi cut dicitur prouerbiorum.xxiij. Unde dicit apoſtolus Roma.xij. ¶ Qui ex hortatur in exhortãdo: qui preeſt in ſollicitudinibus.

¶ Religioſi tranſeũt volãdo. quia intel lectu ⁊ affectu tanq̄ duabus alis pe tunt celeſtia. Debent autem volare ſi cut columba per ſimplicitatem inten tionis. ſicut accipiter per caritatẽ fra terne ſalutis. ſicut aquila per contem platõem ſumme veritatis.

De primo dicitur yſa. lx. ¶ Qui ſunt iſti qui ut nubes volant. ⁊ quaſi colũ ba ad feneſtras ſuas. id eſt ad ſenſuũ corporalium cogitationes. ad vulne rum xpi meditationem.

De ſecundo dicitur iob. xxxix ¶ Nũ quid per ſapientiam ſuam plumeſcit accipiter. pennas virtutum ⁊ bonorũ operum innouando. expandens alas ſuas ad auſtrum. id eſt ad ſpiritꝰ ſan cti flatum: ut poſſit auiculas capere. .i. fideles eccleſie incorporare.

¶ De tercio ibidẽ ¶ Nunquid ad pre ceptum tuum eleuabitur aquila: vo lando ad quietem ſuperne glorie. et in arduis ponit nidum ſuum. id ē in ter ordines angelorum. Sed multi religioſi quando mittuntur extra vo la nt ad cadauera gule ⁊ luxurie. ſicut coruus quem emiſit noe de archa. ge neſis. viij. qui dicitur fluctibus inter ceptus. ⁊ ideo ad archam non rediit Sic tales intercipiuntur vndis ge henne. ⁊ ideo nunq̄ redeunt ad ar cham vite. Ozee. v ¶ Non dabunt co gitationes ſuas ut reuertantur ad de

G

um ſuum. quia ſpiritus fortitudinis in medio eorum. Omnes iſti ⁊ natato res. ⁊ nauigatores. ⁊ volantes tranſe unt in forma crucis. quia ſicut ait be atus auguſtinus ¶ Non poteſt tran ſire mare huius ſeculi: niſi cruce xpi portatus

¶ Secundum notatur cum dicit. Et vidit duas naues ſtantes ſecꝰ ſtagnũ Due naues ſunt due vite in eccleſia ĩ ſtitute. ſcilicet clauſtralium ⁊ ſeculari um. quarum altera debet abijcere. al tera ſibi ſubijcere temporalia. Uita religionis ſignatur in naue ſalomõis De qua dicitur. iij. Regum. x. q̄ claſ ſis eiꝰ ibat in tharſis. quod interpre tatur exploratio gaudij. quia religi oſi contemplantur eterna gaudia. et deſiderant ea. Et deferebãt inde au rum ⁊ argentum. ⁊ dentes elephanto rum. ⁊ ſimeas ⁊ pauones.

Aurum quod eſt ſpecies metallorũ ſignat caritatem: que dicitur forma virtutum: hoc eſt ad modũ auri nõ corrumpitur in fornace tribulatõis. percuſſa nõ fluit per ſonum murmu ris. quia caritas patiens eſt. Fulget ſplendore bone operationis. quia ca ritas benigna eſt. rubẽ pudore bone ſtatis. quia caritas non gaudet ſuper iniquitate. viſum fouet cõſideratio ne aliene felicitatis. quia caritas non emulatur. immo congaudet ipſi veri tati.

¶ Argentum quod ſuauitate ſoni me tallis ceteris preeminet ſignat man ſuetudinem: que verba veritatis non ſine affectu compaſſionis promit. Unde dicitur prouerbiorum decio. ¶ Argentum electum lingua iuſti.

h

Gregorius. ¶ Illa vox libenter audi‑tur: que a compatiente profertur.

Dicitur ꝙ fabricantes argentum dẽtes habent micantes. ⁊ maſticare nõ poſſunt. Sic ⁊ manſueti nõ mordaci increpatione: ſed. ſuaui ammonitione corripiunt. Scd̃m illud apoſtoli ad galathas. vi. ¶ Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.

Dentes elephantorum ſignãt verba caſta ⁊ munda. Epheſios. iiij. ¶ Omnis ſermo malus ex ore veſtro non ꝓcedat. ſed ſi quid bonum eſt ad edificationem fidei ut det gratiam audientibus. Dentes elephantis pannuꝫ ſuperpoſitum a combuſtione defendunt. ſic verba ſanctoꝝ ↄtra carnis incentiua refrigerium tribuunt

Symee que imitantur quod vident ſignant bonorum imitationem ⁊ conformationem. Unde ait apoſtolus pͥma ad corinth. xi. ¶ Imitatores mei eſtote: ſicut ⁊ ego xpriſti. Exodi. xxv. ¶ Inſpice ⁊ fac ſcd̃m exemplar qd̃ tibi in monte monſtratũ eſt.

Pauo oculatus ſignat circumſpectionem. Unde dicitur apocalipſis. iiij. ¶ Animalia erant plena oculis ante ⁊ retro. ¶ Et nota ꝙ pauo caput ſerpentis habet per aſtuciam prouiſionis. Paſſum quoqꝫ latronis per abſconſionem humilitatis. pennas angelicas per decorem conuerſationis. terribilemqꝫ ſonum per vlulatum cõpunctionis in conſideratione finis. Ecce tota perfectio religionis. ut caritas ſit in corde. manſuetudo ⁊ caſtitas in ſermone. Imitatio bonorum

i

atqꝫ iuſtorum. ⁊ cautela malorum in conuerſatione.

Gubernaculum huius nauis eſt fides. Unde dicitur prouerbiorum. iij. ¶ Habe fiduciam in dnmino ex toto corde tuo. ⁊ ne innitaris prudentie tue. Item hebre. xi. ¶ Fide trãſiere mare rubꝝ.

Remi ſunt opera miſericordie. iuſticie. ⁊ doctrine. Tres ordines remorum. Numeri. xxiiij. ¶ Venient minoribus de ytalia ⁊ ſ de exceſſu mentis ↄdeſcendendo actiuis.

Saburra vero huius nauis eſt pondus timoris. De quo eccleſiaſtici. xxv. ¶ Timor domini ſuper omnia ſe ſuppoſuit.

Anchora eſt ſpes. De qua dicitur ad hebreos. vi ¶ Firmiſſimum ſolaciuꝫ habeamus: qui confugimus ad tenẽdam propoſitã ſpem quã ſicut anchoram habemus aie tutam ⁊ firmã

Malus in medio nauis erectus: lignum eſt ſancte crucis. De quo yſaye xlix. ¶ Ecce leuo ad gentes manum meam. ⁊ exaltabo ad populũ ſignum meũ. ſcilicꝫ ut mundane glorie ſuperemineat.

Velum eſt mortificatio carnis. Unde ezech. xxvij. ¶ Biſſus varia de egipto texta ẽ tibi in velum: ut poneretᷣ in malo. Hic eleuatᷣ in alto funibus caritatis. de quibꝰ ozee. xi. ¶ In funiculis adã trahã eos. in vinculis caritatis. Primo eni dyabolꝰ traxerat genꝰ humanũ in ꝓfundũ inferni funiculis falſitatis cũ dixit geñ. iij. ¶ Eritis ſicut dij: ſcientes bonũ ⁊ malũ. Unde dñs voluit eũ trahere ad ſe funiculis penalitatꝭ. q̃ dicũtᷣ funiculi adã

ſed rupti ſunt pondere humane gra
uitatis. Unde ait. Jeremie. ij. ¶ A ſe
culo confregiſti iugum meum. rupi
ſti vincula mea. ⁊ dixiſti non ſeruiā
qualiter corruperit. oſtendit idem v
Percuſſiſti eos ⁊ non doluerunt. at
triuiſti eos ⁊ renuerunt accipere di
ſciplinā. propt̄ q̄d xp̄s oſtēndit lig
num crucis. vbi vſq̄ ad ſanguinem
laborauit. vt hominem ſurſum tra
heret. Unde Yſaie. xl. Quis appendit
tribus digitis molem terre. i. homi
nem mole peccatorum depreſſum
Tres digiti ſunt. potencia. ſapiencia.
⁊ miſericordia. Potenter eñ penas
ſuſtinuit. Sapienter diabolum vicit
Miſericorditer hominem liberauit.
Sic igitur carne noſtra in malo cru
cis extenſa flante aura ſpiritus ſancti
peruenimus ad portam paradiſi.
De quo pſalmiſta. Spiritus tu9 bo
nus deducet me in terram rectā
¶ Nauis vite ſecularis ſignatur per na
nes Joſephat. De quibus dicitur. iij
Regum vltimo. ꝙ nauigabant in o
phyr propter aurum. ſed ire non po
tuerunt. quia confracte ſunt ī aſyon
gaber. Ophyr ſicut dicit gloſa eſt in
ſula indie a quodam apoſteta hebre
o ſic dicta. que ⁊ terra aurea dicitur
eo ꝙ habet montes aureos qui a leo
nibus ⁊ ſeuiſſimis beſtijs incolunt̄.
ad quos nullus audet accedere. niſi
nauis ſtans iuxta litus. terram quā
vnguibus leones effodiunt in ſuam
nauim recipiant
¶ Montes aurei ſunt dignitates. diuici
e. ⁊ delicie huius mundi
¶ Leones ⁊ beſtie ſeuiſſime ſunt reges
⁊ principes hec poſſidentes

L

Ad hos ergo montes nauigant ſecu
lares per appetitum vanitatis. cupi
ditatis. ⁊ voluptatis. Sed ſi frangi
tur nauis eorū in aſyongaber. quod
interpretatur faciens merentes col
les, id eſt in morte. quia ſic ait. pſalmi
ſta. ¶ Exibit ſpiritus eius ⁊ reuert̄e
in terram ſuam. in illa die peribunt
omnes cogitationes eorum
¶ Nauis in prima ⁊ poſteriori parte
anguſta eſt. Unde. Job primo. Nu
dus egreſſus ſū d̄ vtero matris me
e. nudus reuertar illuc. Item. i. Thy
motei vltimo. ¶ Nihil intulimus ī
hunc mundum haut dubium. quia
nec auferre quid poſſumus Ec
cleſiaſtici. v. Miſerabilis prorſus īfir
mitas q̄uo venit ſic reuertitur
In medio eſt lata Unde Mathei. vij
¶ Lata porta ⁊ ſpacioſa via ducit
ad paradiſum Similiter ⁊ eccleſi
a anguſta fuit per paupertatem in
tempore apoſtolorum. ⁊ ad eundem
ſtatum redibit in fine temporum
Eſt eñ ad modum ſpere. ⁊ ideo ne
ceſſe eſt vt ad idem punctum redeat
Hoc optabat beatus Job. xxix. Quis
mihi tribuat vt ſim ap̄ud mēſes pri
ſtinos ſcd̄m dies quibus deus cuſto
diebat me. Lata cepit eſſe. Yſaie. xlix
¶ Erunt reges nutricij. ⁊ regine nu
trices tue. Idem. xl. ¶ Suges lac gē
cium ⁊ mamilla regum lactaberis.
Robur tamen nauis eſt in principi
o ⁊ in fine Ita ⁊ robur eccleſie
Unde in typum huius rei dicitur.
Ozee primo. Genuit filium. medio
filiam. vltimo filiū. Yſaie. xl. Filij tui
de lōge venient. ⁊ filie tue de latere.
ſurgūt. p̄s Ad huc multiplicabunt̄ ī

ſenecta vberi.⁊c.
Sequitur. Piſcatores autem.i.predi
catores verbi dei. De quibus. Jere
mie.xvi. ¶ Mittam piſcatores multos
⁊ piſcabuntur eos.⁊c. Deſcenderant
ad cathedrā doctrine. ad examen ꝓ
prie conſciencie. vt non ſolum ſint v
tiles proximis.ſ. ſed humiles in ocu
lis ſuis. Unde Ezechielis.iij. Prīo
dominus ait. Surge egredere in cā
pum. Deinde ingredere ⁊ includere
in medio domus tue. Ubi dicit Gre
gorius. ꝙ ſemper debet predicator
ad mentem recurrere. humilitatem
atqꝫ mundiciam intrinſecus cuſtodi
re. poſt campum neceſſe eſt vt domū
redeat. quia in hys qualis ipſe ſit
intra conſcienciam agnoſcat ¶ Hoc
idem notatur. vbi ſauli dicitur.i. Re
gum.x. Inuentis aſinis pater tuus
ſollicitus eſt pro vobis. quia celeſtis
pater ita vult nos proximorum ſalu
tem querere vt non negligamus cu
ram ſalutis proprie. vas ⁊ compedēs
comminuiſſꝫ. Et lauabant recia. Re
cia piſcatorum ſunt eloquia predica
torū de fide ⁊ moribus ex diuerſis
autoritatibus vtriuſqꝫ teſtamenti cō
plexa. ⁊ dicuntur recia quaſi retinen
cia. quia quos capiunt non perimūt
ſed ad celeſte conuiuium trahunt.
Abb'.i. capiens homines quaſi piſces
maris. hec lauantur per ſordide intē
tionis remotionē .ſicut ait Apoſtolꝰ
primo ad Theſſalonicenſes.ij. Neqꝫ
in occaſione auaricie deus teſtis eſt.
neqꝫ querentes ab hominibus glori
am. neqꝫ a vobis. neqꝫ ab alijs. Dein
de ſuſpenduntur ⁊ deſiccātur per ve
hementis celi feruorem. ſicut dicit
Jeremie.xx. ¶ Factum eſt in corde
meo quaſi ignis exeſtuans, clauſuſqꝫ
in oſſibus meis. ⁊ defeci ferre nō ſu
ſtinens. Poſtea reficiunt per diuerſa
rum autoritatum connexionem.
Unde dicitur de Beſelehel ⁊ ooliab
Exodi. xxxv. ¶. Ambos erudi
uit ſapiencia. vt faciunt opera aliera
rij. polimitarij. ⁊ plumarij. de iacin
cto ⁊ purpura coccoqꝫ biſtincto ⁊ biſ
ſo. ⁊ texeran. omnia ex noua quoqꝫ ē
perierant. ¶ Tandem plicantur per
predicationis intermiſſionem. quia
non omne tempus habile eſt doctri
ne. ¶ Unde dicitur. Luce ſecundo.
¶ Cum plicuiſſet librum reddidit
miniſtro ⁊ ſedit. ¶ Quandoqꝫ rum
puntur per diuinorum preceptorū
tranſgreſſionem
¶ Unde legitur d' demoniaco. Mathei
quinto ꝙ ſepe compedibus ⁊ cathe
nis vinctus diſrupiſſet.
¶ Tercium notatur cum dicitur. Aſcē
dens autem in nauim que erat ſymo
nis. nauis ſymonis qui īterpretatur
obediens eſt vita religioſorum. De
quibus Eccleſiaſtici.iij. Filij ſapien
cie eccleſia iuſtorū. ⁊ natio illorum o
bediencia ⁊ dilectio. hec via dicitur
propter vnitatem cohabitationis ⁊
conformitatis. ⁊ quia vni ſoli inten
dunt.ſ. vacare ⁊ videre quam ſuauis
eſt dominus. pſalmiſta ¶ Ecce ꝙ bo
num ⁊ ꝙ iocundū habitare fratres
in vnum. Actuum quarto. Multitu
dinis credencium erat cor vnum ⁊c
In quo notatur vnitas ſenſuum ⁊
voluntatum In hanc criſtus aſcē
dit. quia hanc eligere. ⁊ in hanc trāſire
ſuggerit tamꝙ ad meliorem vitam
⁊ tutiorem. Unde dicitur. Apocalip
ſis.xviij. Exite de illis populꝰ meus

et ne ſitis participes delictoruꝫ eius
⁊ de plagis eius non accipiatis. Un
de dicitur. Jeremie.li. ¶ Fugite de
medio babilonis. ⁊ vnuſquiſq; ſaluet
animam ſuam.

¶ Sequitur rogauit vt a terra redu
ceret puſillū .i.a carnalibus delicijs
a terrenis diuicijs.a ſecularibus ne-
gocijs.quia ſicut dicit᷑ .ij. Thymotei
ij. ¶ Nemo militans deo implicat ſe
negocijs ſecularibus.⁊c.
Bernardus. Periclitatur caſtitas in
delicijs.humilitas in diuicijs. veri-
tas in multiloquio Caſtitas in hoc ſe
culo nequam. Unde Apocalipſis.vi
ij. ¶ Ue. ve habitantibus in terra
In hoc ꝙ dicit. Rogauit.confundi
tur ſuperbia prelatorum qui ſemper
imperant ⁊ vix vnꝙ rogant Ezechi
elis. xxxiiij ¶ Cum auſteritate impe
rabatis eis. ⁊ cum potencia. ⁊ diſper
ſe ſunt oues mee.eo ꝙ nō eſſet paſtor
⁊ facti ſunt in deuorationem omniū
beſtiarum agri. ⁊ diſperſe ſunt. Ecce
imperator celi ⁊ terre qui imperat
ſoli ⁊ non oritur. imperat ventis ⁊
mari.⁊ obediunt ei.rogat ⁊ non im
perat. ⁊ vilis puluiculus oblitus ſui
contra coequales intonat.cum auto
ritate erigitur poteſtate. Geneſis.ix.
Terror veſter ac tremor ſit contra ō
nia animancia terre. Ubi dicit. Gre
gorius. Homo quippe brutis anima
libus.non autem ceteris hominibus
natura prelatꝰ eſt. ⁊ idcirco dicitur
vt ab animalibus ⁊ non ab homini
bus timeatur.quia contra naturam
ſuperbire eſt ab equali velle timeri.
Eccleſiaſtici.xxij. ¶ Rectorem te po
ſuerunt.noli extolli.eſto in illis quaſi
vnus ex illis.
Item rogauit ⁊ non coegit vt bonū
hominis eſſet voluntarium. ⁊ volū-
tas haberet merituꝫ. Eccleſiaſtici.xv
Deus ab inicio conſtituit hominem
⁊ reliquit illum in manu conſilij ſui
Seneca Generoſus ē animus homi
nis. ⁊ in poteſtate naturaliter calci-
trans.facilius ducitur ꝙ trahatur.
In hoc ꝙ ait puſillum. notat᷑ ꝙ ne
mo repente fit ſummus. ⁊ ideo noui
cij non aſpere ſunt tractandi Unde
Jacob. Geneſis.xxxiij Noſti domine
mi ꝙ paruulos habeo teneros oues
⁊ boues fetas mecum quas ſi plus i
ambulando fecero laborare morien
tur vno die cuncti greges Similit᷑
⁊ penitentibus non ſunt grauia ⁊ aſ
pera imponenda.ne penitenciam re
nuant. ⁊ ſcandalizati amplius ruant
Eccleſiaſtici. vij ¶ Quaſi lapidis vir
tus probatio erit in illis. ⁊ non dmo
rabuntur proijcere illam Unde dn̄i
nus reprehendit phariſeos. Mathei
xxiij. ¶ Alligant onera grauia ⁊ im-
ponunt in humeros hominum digi
to autem ſuo nolunt ea mouere.
Mundani enī ⁊ carnales affectus n̄
ſubito poſſunt obrumpi. ⁊ ideo pau
latim debent attenuari. Unde di
citur. Prouerbiorum duodecimo.
¶ Subſtancia feſtinata minuetur.
que autem paulatim colligitur ma-
nu mulplicabitur.

¶ Et ſedens docebat de nauicula tur-
bas. ¶ Difficile eſt in turba turbaꝫ
docere. Propter hoc predicator de-
bet aſcendere ſuper turbam.non ſolū
ſciencia.ſed ⁊ vita. Qui ergo vult
predicare penitenciam.debet primo

A

facere penitenciam. ſicut Johannes
baptiſta. ⁊ dominus ipſe qui cepit fa
cere ⁊ docere. Unde apoſtolus. i. Co
rinthiorum. ix. Caſtigo corpus meū
⁊ in ſeruitutem redigo. ne forte. ⁊c.

¶ Eodem die

Sermo octuageſimuſquintus

PReceptor per totam
nocte͂ laborantes nl cepim9
in verbo autem tuo laxabo
rete. Dicit beatus Bernardus. Sy-
mon Johannis. piſcator hominum
in hoc ipſum vocatus ⁊ conſtitutus
a domino incaſſum laborauit in tota
nocte nihil capiens donec in verbo
domini rete iactans ~~vt experiamur
quod ſcriptum eſt~~. concluſit multitu
dinem piſcium copioſaʒ. ~~vt~~ Jactem9 et
nos hodie i verbo domini rete ver
bi vt experiamur quod ſcriptum eſt
Ecce dabit voci ſue vocem virtutis
Uerba iſta ſunt petri ad dominum
Jn quibus poſſum9 conſiderare tria
ſcʒ Laborem. ⁊ infructuoſitatem vi
te ſecularis. ⁊ poteſtate͂ diuini ſermo
nis. ¶ De labore premittitur. prece
ptor per totam noctem laborauim9
De infructuoſitate dicitur. nihil ce
pimus. De poteſtate verbi dei ſubiū
gitur. Jn verbo autem tuo laxabo r
te. ¶ Nox eſt conuerſatio vite ſecula
ris frigida per torporem boni ope-
ris. ⁊ obſcura per cupiditatem rei te͂
poralis que excecat oculos etiam ſa-
pientis. Unde. i. ad Theſſalonicenſes
quinto ¶ Qui dormiunt per negli
genciaʒ nocte dormiunt. ⁊ qui ebrij
ſunt per auariciam. nocte ebrij ſunt.
Jn hac nocte laborant qui prauis o

B

peribus inuigilant
Quatuor ſunt noctis vigilie propri
is nominibus ab antiquis diſtincte.
ſcʒ. Conticinium. Jntempeſtum Gal
licinium. ⁊ Antelucanum. ⁊ ſingule
tres horas continent. Unde poeta
Tercia iam vigiles commouerat ho
ra ſcd͂s. Similiter in nocte peccati q̄
tuor vigilie diſtinguuntur.
Prima eſt taciturnitas diuine laudis
De qua pſalmiſta. Quoniam tacui i
ueterauerunt oſſa mea. duʒ clamare͂
tota die. tacʒ em̄ peccator deo. clamat
mundo Auguſtinus. Ue tacentibus
de te. quoniam loquaces muti ſunt
Jn hac vigilant pueri qui penitus
tacent a laude dei. ⁊ hoc propter ne
gligenciam parentum qui non iſtru
unt eos dominicam orationem dice
re. beatam virginem ſalutare
Tres hore hui9 vigilie ſunt tria pec
cata lingue. quibus pueri aſſueſcunt
Mendacium. Turpiloquium. ⁊ blaſ
phimia. De primo Jeremie. ix. Do
cuerunt linguam ſuaʒ loqui menda-
cium quod eſt peccatum dyabolicuʒ
Unde Johannis. viij ¶ Cū loquit̄
mendacium ex proprijs loquit̄. q̄
mendax eſt ⁊ pater eius. Diabolus e
nim pater mendacij. per adinuentio
nem. ergo. mendax eſt filius diaboli
per imitationem De ſcd͂o. Colocē
ſes. iij. Deponite turpem ſermonem
de ore veſtro. Jn nullo em̄ membro
ita indecens eſt immundicia. ſicut in
ore propter nobilitatem ſuam. quia
ſic Reſpondit De optimis carnibus
fiūt labia. propterea per turpiloqui
um paulatiʒ decidiutur homo ad tur
pia opera De tercio precepit do-
minus moyſi Leuitici. viceſimotercō

E

Educ blaſphemū extra caſtra. ⁊ po nent omnes qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius. ⁊ lapidet eum populus vniuerſus. In quo innuit ꝙ ſpecialiter illi qui audiunt tenen tur increpare blaſphemum. Nar rat beatus Gregorius in dialogo de puero quinquenne blaſphemo . ꝙ duo ethiopes rapiebant eum de gre mio patris. ⁊ ſubdit. ꝙ quia pater p̄ uulum non correxit maximū gemi tum fecit. ſ. quantū in ſe fuit.

¶ Sequitur ex quo tempore puer po teſt peccare. Dicendū eſt ꝙ ex quo eſ ſe incipit doli capax. quia ſicut ait be atus Auguſtinus. Impubes quoli bet peccato poteſt peccare. preterꝙ in lapſu carnis. Puerilis etas plena eſt furijs mendacijs. periurijs. vt ex tra de delicto puerorum

¶ Scd'a vigilia eſt voluptas carnis in qua incipiunt vigilare adoloſcentes Unde Eccleſiaſtici. xij. Adoleſcencia ⁊ voluptas vana ſunt. ¶ Tres hore huius vigilie ſunt triplex luxus. ſ. Veſtium. Ciborum ⁊ Mulierū. Contra primum dicitur. Ecci. xi. ¶ In veſtitu ne glorieris vmꝙ. in populo. Immo potius homo erube ſcet de veſtimento. ꝙ in ſtatu inno cencie fuit homo nudus. ſed in ſtatu culpe veſtitus. Unde Geneſis. iij Dñs deus dedit ade ⁊ vxori eius tu nicas pelliceas. ⁊ induit eas ⁊ ait. Ec ce adam factus eſt quaſi vnus ex no bis Exprobratio eſt. quaſi diceret. ec ce quale animal pelle indutū ⁊ bru tis aſſimulatur. Unde criſtus nud9 fuit in cruce non erubeſcens d' nudi tate. Contra ſcd'm dicitur Luce. xxi.

M

Attendite vobis ne forte grauētur corda veſtra crapula ⁊ ebrietate. ⁊ ſuperueniat in vos repentina dies. ꝙ ſicut dicitur Eccleſiaſtici. xxxvi. ¶ Propter crapulam multi obierūt ⁊c.

¶ Contra terciam dominus ait. Iere mie. ſeptimo. ¶ Nonne vides quid iſti faciunt filij colligunt ligna. ſcili cet materiam luxurie circumeundo per vicos ciuitatis reſpiciendo muli eres. patres ſuccendunt ignem. ipſis ad luxuriam explendam denarios largiendo. ⁊ mulieres. i. eorū conſp̄ gunt adipem. blandiendo. ⁊ delicata cibaria preparando.

¶ Tercia eſt vanitas ſecularis. in qua vigilant iuuenes. De quibus. Iere mie. ij Ambulauerūt poſt vanitatē ⁊ vani facti ſunt.

¶ Huius hore ſunt delectatio ſenſuum cupiditas diuiciarum. ambitio digi tatum vel bonorum. De quibus Iohannis ſecundo. ¶ Omne quod ē in mundo. aut eſt concupiſcencia car nis aut concupiſcencia oculorū. aut ſuperbia vite

¶ Quarta eſt fatuitas mentis. in qua vigilat ſenex. Unde. Eccleſiaſtici. xx v. ¶ Tres ſpecies odiuit anima mea Pauperem ſuperbum. Men dacem diuitem. ⁊ Semen fatuum ⁊ inſenſa tum. Iſaie. lxv ¶ Puer centum anno rum morietur. ſ. qui diu vixit. ſed ad huc mente paruulus eſt. Huius hore ſunt. pertinacia proprij ſenſus. garrulitas. ⁊ tenacitas.

¶ De primo dicitur. Prouerbiorum decimooctauo . ¶ Non recipit ſtult9 verba prudencie. niſi ea dixeris que

verſantur in corde eius. ꝙ ſicut ait
Seneca . Vicia ſenum predicantur
in quid.i.inherent eſſencialiter
De ſcdo quidam ait. O ſola fortes
garrulitate ſenes. Job.xi. Nunquid
eni͂ verboſus iuſtificabitur
De tercio Eccleſiaſtici .xiiij. Viro
cupido ⁊ tenaci ſine ratione ſubſtan
cia eſt.ꝙ nec ſibi.nec alij vtilitatem
affert. Jeronimus. Cum cetera vici
a ſeneſcant ſola auaricia iuueneſcit
Unde ſenex auarus dicitur lupꝰ ve
ſpertinus.i.rapax ⁊ tenax vſq; in fi
nem vite ſue Ecce omnes iſti labo
rant in.nocte quia conſumu͂t ſeipſos
in vanitatibus huius vite. Sed hoc
miſeri non percipiunt.niſi cum cor
ruerint in infernum Unde dicturi
ſunt illud. Sapiencie.v Quid profu
it nobis ſuperbia.aut quid diuiciaꝝ
iactancia contulit nobis. tranſierunt
omnia illa tanq̄ vmbra ⁊ tanq̄ nun
cius precurrens.⁊ tanq̄ nauis que
pertranſit fluctuantem aquam.⁊ cu͂
preterierit non eſt veſtigiu͂ inuenire
ſemitam carine illius in fluctibus .
aut auis qui tranſuolat in aere nullu͂
inuenitur argumentum itineris illi
us.ſed tantum ſonitus alaruʒ verbe
rans leuem ventum ⁊ ſcindens per
vim itineris aerem commotiſq; alis
tranſuolauit.⁊ poſt hoc nullum ſig
num inuenitur itineris illius.aut ta͂
q̄ ſagitta emiſſa in locum deſtinatuʒ
diuiſus aer continue in ſe recluſus e.
vt ignoratur tranſitus illius. Sic ⁊
nos nati continuo deſinimus eſſe ⁊
virtutis quidem ſignum nullum va
luimus oſtendere In malignitate au
tem noſtra conſumpti ſumus

Umbre comparantur temporalia ꝓ
pter vanitatem.qui enim amplectit̄
ea nihil habet. Unde dicitur. Eccle
ſiaſtici.xxxiiij. ¶ Quaſi qui apprehen
dit vmbram ⁊ perſequitur ventum
ſic qui attendit ad viſa mendacia
Nuncio comparantur temporalia
ꝓpter futuri doloris prenunciatio
nem.quia ſicut dicitur. Prouerbioꝝ
xiiij. ¶ Riſus dolore miſcebitur.⁊ ex
trema gaudij luctus occupat.
Naui comparantur temporalia pro
pter temptationis impulſionem.⁊ e
terne dampnationis ſubmerſionem.
Quia ſicut ait Job.xxi. ¶ Ducunt in
bonis dies ſuos.⁊c̄.
¶ Aui comparantur temporalia propt̄
fuge velocitatem. Unde Prouerbi
orum.xxiij. Ne erigas oculos tuos
ad opes quas habere non potes.ſup
ple diu.quia faciunt ſibi pennas q̄ſi
aquile ⁊ volabunt in celum.id eſt ad
ignotum.quia ſic̄ dicitur. Ecci.vi.
¶ Homo extraneus vorabit eas.
Sagitte comparantur temporalia
propter ſubitam reuocationem quia
emiſſa in altum non poteſt ſubſiſtere
quia mortuas habet pennas Pſalmi
ſta. Deiecisti eos dum alleuarentur.
Job.xxiiij. ¶ Eleuati ſunt ad modi
cum.⁊ non ſubſiſtere. Ubi dicit. Gre
gorius Sicut nanq; aurarum flatu
in altum ſtipula rapitur.ſed ad ima
caſu cito reuocatur.ſic ad nubila fu
mus tollitur.ſed repente ad nihiluʒ
euaneſcendo diſſipatur . ſic ab infi
mis nebula aſcende͂do ſe erigit.ſicut
in herbarum ſuperficie nocturni ro
ris humor aſpergitur.ſed diuini lu
minis ſubito calore ſiccatur

Sequitur videre de infructuoſitate
huius laboris. que notatur cum dici
tur. Nihil cepimus. quaſi diceret. la
bor multus fructus nullus . Job.
vij. Sic ⁊ ego habui menſes vacuos
⁊ noctes laborioſos enumeraui mi-
hi. De talibus dicitur. Jſaie. lix. Te
las aranee texuerunt Unde architec
carentinus. Quorundam opera ſūt
ſicut tela aranearuꝫ. que grandia vo
latilia tranſmittunt. ⁊ muſcas retinēt
Aranea ſemetipſum euiſcerat texen-
do illa. ⁊ auarus ſecularis temporali
a congregando. Unde Ecci. x. Aua
ro nihil eſt ſceleſtius. hic em̄ ⁊ animā
venalem habet quam in vita ſua ꝓ
iecit. Jntima ſua. i. virtutes a ſe pro-
cul abiecit. Jtem non texit in plano.
ſed in angulis. ſic ⁊ auarus operatur
in duplicitate cordis. Ecci. ij. Ve du
plici corde ⁊ labijs ſceleſtis ⁊ mani-
bus malefacientibus ⁊ peccatori ter
ram ingredienti duabus vijs

Jtem maxime texit in veſpere. ſic ⁊ a
uarus ſollicitatur i ſenectute. qn̄ ma
gis deberet cogitare de morte. Ecci.
x. Si annis multis vixerit homo. ⁊
in hijs omnibus letatus fuerit. me-
miniſſe debet tenebroſi temporis. i.
mortis. ⁊ dierum multorum. i. eter
ne damnationis. qui cuꝫ veniunt va
nitatis arguentur preterite

Jtem ſedet quaſi ſpeculator venatio
ni. Unde dicitur. zacharie. v. Jta eſt
oculus coruꝫ in vniuerſa terra. ſi pꝰ
tantos labores non capit niſi viles
muſcas. id eſt temporalia que ſemꝑ
in motu ſunt ⁊ inquieta. Sed dicit.
Job. xv. Diuicias quas deuorauit
euomet. ſed de ventre eius extrahet
tanta erit pena auari inſaciabiliter tē
poralia deuorantis Sequitur in au
toritate. tele eorum non erunt in ve
ſtimentum contra frigus inferni. ne
qꝫ operientur operibus ſuis contra
confuſionem iudicij. opera eorum o
pera inutilia. Jdeo recte poſſunt di
cere. nihil cepimus

Temporalia nihil ſunt propter q̄tu
tuor.

Primo quia animam implere non
poſſunt. Unde Ecci. vi. Omnis la
bor hominis in ore eius. id eſt in ex
plendo deſiderio anime. ſed anima il
lius non implebitur. quia ſicut dicit
beatus Bernardus. Anima dei ca-
pax quicquid deo minus eſt imple-
re non poteſt. vnde cum orbis terra
rum ſit ante deum. ſicut gutta roris
ante lucanum. ſicut dicitur Sapien
cie. xi. Non ſufficit replere cor ho
minis.

Scd̄o quia in ſe vana ſunt. Unde
Pſalmiſta. Ut quid diligitis vanita
tem ⁊ queritis mendacium

Tercio. qꝛ a vero eſſe. i. a dō diuidūt
Unde. Ozee. Diuiſum iſt cor coruꝫ
nunc interibunt

Quarto quia ad nō eſſe trahunt. id
eſt ad mortem eternam. Unde dicit̄
Sapiencie. vi Quid habet amplius
ſapiens a ſtulto. ⁊ quid pauper. niſi
vt pergat illuc vbi eſt vita.

Sed videamus iam de poteſtate di
uini verbi. In verbo inquit tuo
laxabo rete. nō dicit meo. cōtra illos
qui fabulas ſuas predicant vel ſibi
aſſcribunt quod dicunt. cum ipſa ſa-
piencia eterna dicat. Johannis. vij.
Mea doctrina non eſt mea.

Verbum domini comparatur igni
Unde. Jeremie. xxiij. Nōne verba

mes quaſi ignis. habet enim ſplendo
rem contra obſcuritatem. ⁊ calorem
contra frigiditatem que ſunt propri
etates noctis. Illuminat eñ intelle-
ctum. ⁊ accendit affectum. Verbuȝ
autem dñi fuit hoc. Duc in altum. ⁊
laxate recia veſtra in capturam. ⁊c̃

Nota duplex conſilium criſti.
Primum eſt hoc. ſ. vt ducant in altũ
Scdm Johannis. xx. ſ. vt trahant in
dexteram nauigij rete
Ducere in altum eſt in predicatione
non querere niſi gloriam dei. Mitte
re in dexteram nauigij rete. eſt nihil
ſiniſtrum dicere. i. nihil adulatoriuȝ
non palliare vanitatem. ſed puraȝ di
cere veritatem. In hoc ꝙ ait ſymoni
petro ſingulariter. Duc in altum. no
tat religioſos eminenciorem vitam
tenere. In hoc ꝙ ſubdit pluraliter. ⁊
laxate recia veſtra in capturam. docȝ
non ſoluȝ religioſos. ſed ꝙ ⁊ munda
nos eterna querere. Coloceñſes. iij
Si conſurrexiſtis cum criſto. que
ſurſum ſunt querite. ⁊c̃

Notandum ꝙ multiplex eſt altum i
quod debemus ducere nauim men
tis noſtre.

Primo in altum paupertatis. De q̃
Iſaie. viij. Suſtollam te ſuper altitu
dinem terre. i. Corinthiorum. viij.
Altiſſima paupertas eorum abunda
uit in diuicias ſimplicitatis eorum.
Scdo in altum proprie cognitionis
De quo pſalmiſta. Quis aſcendit in
montem domini. aut quis ſtabit in
loco ſancto eius. Ubi dicit Richar-
dus de ſancto victore. Mons iſte eſt
perfecta ſua cognitio De qua oritur
dulcis ⁊ deuota dei delectatio. raruȝ
valde eſt in hunc montem aſcendere
rarius in ei9 vertice ſtare. rariſſimũ
ibi habitare ⁊ mente quieſcere. Exo
di. xxxiiij. Aſcende ad me in montem
⁊ eſto ibi.

Tercio in altum feruentis compun
ctionis. De quo. ij. Regum. xxiij.
Habitauit dauid in locis tutiſſimis en
gaddi. qd̃ interpretatᷣ finis edi. ⁊ ſi
gnat abundanciam lacrimaruȝ. que
abluit feditatem peccati. zacharie. xii
ij. Erit fons patens domui dauid.
⁊ habitantibus iheruſalem in ablu
tionem peccatoris. ⁊ menſtruate. i.
peccati mortalis ⁊ venialis. In hoc
alto mundata. ⁊ in hoc fonte lauata
eſt magdalena. Unde de illa dicitur
Munda ſuis lacrimis redit. ⁊ terſa
capillis.

Quarto in altum orationis. De quo
thobie. iij. Perexit ſara in ſuperius
cubiculum domus ſue. ⁊ tribus die
bus ⁊ tribus noctibus non mandu
cauit. neq; bibit Ubi gloſa Sola ora
tio pingueſcit. quaȝ macies corporis
paſcit. ſed in oratione perſiſtens cum
lacrimis deprecabatur dominum
Gloſa. Oratio deum lenit. lacrima
cogit. hec vngit illa pungit

Quinto in altum contemplationis.
De quo pſalmiſta. Super excelſa ſta
tuam te. Unde dominus ad abrahã
dicit. Geneſis. xv. Suſpice celum ⁊
numera ſtellas ſi potes. ſic erit ſemen
tuum. In Eſdre habetur. Hic erit ſe
men tuum. Et clauſit multitudineȝ
piſcium copioſam. Ambroſius. O va
cua preſumtio. O humilitas fructu
oſa. qui nihil ante ceperant magnam
in verbo criſti concludunt multitu
dinem piſcium. Piſces ſunt celeſtes
viſitationes ⁊ interne conſolationes

quas dominꝰ in hac vita mortali tribuit ſeruis ſuis. Unde pſal. ¶ Scdm multitudinem dolorum meorum in corde meo: cõſolationes tue letificaue runt animã meam. Rumpebatur autẽ rethe pre multitudine. Quantumcũqꝫ ſe extendit anima: nõ ſufficit ad capiendum illa gaudia. Unde eccleſiaſtici. xliij. ¶ Glorificantes deũ quantumcũqꝫ potueritis: ſuper valebit adhuc ⁊ ammirabilis magnificentia eꝰ Benedicentes dominum exaltate eũ quantum poteſtis. maior ẽ enim omni laude. exaltantes eũ replemini virtute: ut laboretis donec eum cõprehẽdatis. Iſa. lxiiij. ¶ Oculus non vidit deus abſqꝫ te: que preparaſti expectãtibus te.

¶ Dominica ſexta.
Epiſtola Roma. vi.

FRatres. Quicunqꝫ baptizati ſumus in xpo Jheſu in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortẽ: vt quomodo ſurrexit xps a mortuis per gloriam patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Si enim cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul ⁊ reſurrectõnis erimus. hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt. ut deſtruatur corpus peccati: ut vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt iuſtificatꝰ eſt a peccato. Si autem mortui ſumꝰ cum xpriſto credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo. Sciẽtes quia xpus reſurgens a mortuis: iam non moritur. mors illi vltra non dominabitur. quod enim mortuus eſt peccato mortuus eſt ſemel. quod autem viuit viuit deo. ita ⁊ vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato. viuentes autem deo. In xpriſto Jheſu domino noſtro.

¶ Euangelium. Math. v.

IN illo tempore. Dixit iheſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis. Niſi abundauerit iuſticia veſtra plus qꝫ ſcribarum ⁊ phariſeorũ: non intrabitis in intrabitis in regnum celorũ. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. nõ occides Qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. qꝛ omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo racha: reus erit conſilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si autem offeres munus tuũ ad altare ⁊ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſus te: relinque ibi munus tuũ ante altare: ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo. ⁊ tunc veniens offeres munus tuũ.

¶ Sermo. lxxxvi. de euangelio.

NIſi abũdauerit iuſticia veſtra plus qꝫ ſcribarũ ⁊ phariſeorũ: nõ intrabitis in regnũ celorũ. In euangelio precedentis dñice monuit nos dominꝰ terrena deſpicere. ⁊ amare celeſtia dicens petro. Duc in altũ. ⁊ laxate rethia in capturã. Quid autẽ ſit hoc in

A

altum: determinat᷑ in hodierno euāgelio. vbi dominus oſtendit altitudinem doctrine euangelice. ꝙ non valz duci ad altitudinem iſtam fragilitas humana per ſe. Ideo eccleſia inuocat auxiliū diuine gratie in introitu miſſe dicens. ¶ Exaudi domine vocē meam qua clamaui ad te. Unde ⁊ beatꝰ petrus inuitat nos ad vnanimitatem orationis. ut quando nō poteſt ſingularitas: obtineat vnitas. quam exhortationem amplectens eccleſia canit in fine miſſe. ¶ Unam petij a dn̄o hanc requiram.

¶ Primo ergo in hoc euangelio dominus inſufficientiam legis oſtendit. Unde monet nos ut habeamus abūdantiorem iuſticiam ꝙ̄ ſcribe ⁊ phariſei. qui videbantur in lege perfecti cum dicit. ¶ Niſi abundauerit iuſticia. Scribe erant cancellarij qui legis litteram exponebant. Phariſei erant religioſi ab aliarum cohabitatōne diuiſi. qui mandatis legalibus traditiones ſuas ſuperaddebant. Iuſticia iſtorum erat manum tantum. ⁊ non animum ab illicitis cohibere. Credebāt enī pct̄m n̄ eſſe ſolūmō in operatiōe nō in cogitatōe eo ꝙ lex nullā penā infligebat praua cogitanti. ſed iuſticia noſtra debet abundantior eſſe: ut abſtineamus non ſolum a malis operibꝰ ſed etiam a malis cogitationibꝰ ⁊ malis deſiderijs. Unde eccleſ. x. ¶ Conſummatio abbreuiata. id eſt perfectō euangelij in duobus mandatis comprehēſa inundabit iuſticiam. quaſi diceret. Abundantior erit ꝙ̄ iuſticia legis. ita vt omnia obſtacula peccati diſrumpat. utpote. Iniurias que ſūt obſtaculum caritatis. Diuitias que ſunt

B

obſtaculum pietatis. Elationes que ſunt obſtaculum deuotionis. Hoc ſignatum eſt apocalipſis. i. vbi angelus qui apparuit iohanni precinctꝰ erat ad mamillas zona aurea. quia lex caritatis cohibet intellectum ⁊ affectū que ſunt quaſi due mamille ex quibꝰ carnales ſugunt varias cogitationes. ⁊ voluptuoſas affectiones. Unde pſa ye. xxviij. ¶ Quem docebit ſcientiam ⁊ quem intelligere faciet auditū ab lactatos a lacte: auulſos ab vberibus. Item iuſticia eorum erat legem carnaliter ⁊ non ſpiritualiter obſeruare. Erant enim rudes in doctrina ad modum pueri elementarij. ⁊ groſſi ingenij. ⁊ ideo altitudinem ſpiritualis intelligentie non poterant penetrare. ſola enī exteriora ſigna amplectebantur. Unde ⁊ tota intentio erat circa edificationem ⁊ ornatū templi materialis: cum tamen illud totū eſſet figura templi ſpiritualis. ſcilicet anime que ornari debet virtutibus ⁊ bonis moribꝰ. ꝓpter hoc iuſticia noſtra abundantior debet eſſe ut legem ſcd̄m ſpiritualem intelligentiam obſ̄uemus: tanꝙ̄ inſtructi ⁊ adiuti a gratia que ſolis humilibus datur. Unde dominus ait Iohannis. vi. ¶ Uerba que locutus ſum vobis: ſpiritus et vita ſunt. id eſt ſpiritualia ⁊ viuificantia. Item iuſticia eorum erat traditiones ſuas que fecerant de mundicia exteriori. ſcilicet de manibus abluendis ante commeſtionem. ⁊ de vaſis mundandis. ⁊ de ſimilibus plus ꝙ̄ legis obſeruantiam emulari: cum tamen hoc eſſet contra legem. quia lex dicit Deuteronomij duodecimo. ¶ Quod precipio tibi: hoc tantum

C

facere debes.nec addas quicq̄m.nec
minuas.ſed iuſticia noſtra deb; abū
dantior eſſe. ut traditiones diuine le
gis omnibus conſtitutionibus prefe
ramus. Unde ⁊ ipſe dominus tanq̄
preco ſue legis clamat math.xv. ¶ Au
dite ⁊ intelligite traditiones quas do
minus dedit vobis.

¶ Primo ergo ⁊ principaliter debem⁹
obſeruare ea que nos aſſimilant deo.
ſicut ſunt precepta de fide.de dilectō
ne.de manſuetudine.⁊ ceteris virtuti
bus.que incommutabilia ſunt.
Secundario ea que conformāt nos
proximo.ſicut ſunt regule ſanctorum
patru; ⁊ eccleſiaſtica inſtituta que ſta
bilia ſunt. quia nullum phas eſt mu
tare ipſa:niſi ſolis diſpenſatoribus mi
ſteriorum dei.⁊ hoc cū neceſſitas vel
vtilitas exegerit. Sed quidam prela
ti iudayzantes magis puniunt tranſ
greſſiones ſynodalium preceptorū q̄
diuinorum. Similiter ⁊ quidam re
ligioſi magis curant de conſtitutioni
bus honeſtatis exterioris: q̄ de ſub
ſtantia regule q̄ noim.

¶ Moraliter ſcribe ſunt clerici:litteram
emulantes: ſpiritum non habentes.
quia corticem littere rodunt: ſed me
dullam deuotionis abijciunt. Horu;
iuſticia eſt horas canonicas in eccleſi
a canere. ſacramenta diuina confice
re. Sed quia indeuote aſſiſtunt:indi
gne accedunt:iram potius q̄ gratia;
promerentur. Unde talibus ait do
minus amos.v. ¶ Odi ⁊ proieci feſti
uitates veſtras.⁊ ideo concupiſcentia
ſenium veſtroru; aufert a me tumul
tum carminum tuorum. Carmina li
re tue non audiam. Tales etia; incre

D

pat Hieremias.xi. ¶ Nunquid car
nes ſancte auferunt a te malicias tu
as.quaſi diceret non.immo magis ac
cumulant. quia quantum in te ē pol
luis corpus immaculatum. Unde di
citur malachie primo ¶ Dicit domi
nus exercituum ad vos O ſacerdotes
qui deſpicitis nomen meum ⁊ dicitis
ibi.in quo deſperimus nomen tuum
Offertis ſuper altare meum panem
pollutum.⁊ dicitis.in quo polluim⁹
te.vbi dicit gloſa. Corpus xpriſti pol
luit: qui indignus ad altare accedit.
Labijs enim illis oſculatur filium
virginis: quibus oſculatus eſt labia
meretricis. ⁊ dum ſanctam facie; be
nedicit:quaſi in faciem eius ſpuit. et
dum filium dei ſumit:quaſi in lutu;
eum proijcit. Unde cum de ſarrace
nis dicatur ¶ Polluerunt templum
ſanctum tuum: mortis ſententias nō
euadunt. Unde legitur tercio Regū
ſecundo.q̄ Joab fugit in tabernacu
lum domini.⁊ apprehendit cornu al
taris: ſed precepit ſalomon ut interfi
ceretur ibi.

¶ Pharisei ſunt religioſi quorum iuſti
cia eſt.habitum ſuum portare.tonſu
ram magnam habere. exteriores ob
ſeruantias cuſtodire Sed quid valet
religio ſine caritate.habitus ſine hu
militate.tonſura ſine paupertate.ſilen
tium oris ſine quiete cordis. De tali
bus dicit dominus Sophonie pri
mo. ¶ Viſitabo ſuper eos qui induti
ſunt veſte peregrina Item gregorius
Viſitabo ſuper omnes qui tonſi ſunt
in coma:habitantes in deſerto. id eſt
in clauſtro. quia omnes habent pre
pucium. proprietatem. ⁊ propriam

voluntatem. ⁊ carnalem voluptatem
Unde dicit beatus bernardus. Ma/
net tonſura. veſtis mutata eſt. ieiuni
orum regula cuſtoditur. ſtatutis pſal
litur horis. ſed lōge eſt cor eorum a
me. dicit dominus propter hoc lap/
cis. Niſi abundauerit iuſticia veſtra
plus ꝙ ſcribarum ⁊ phariſeorum. id
eſt clericorū ⁊ religioſoꝝ: nō intrabi
tis in regnum celoꝝ.

¶ Juſticia eſt vnicuiqꝫ quod ſuum eſt
reddere. ſcilicet tibi. proximo. ⁊ deo.
Redde ergo tibi peccatum. quia ni/
hil aliud inuenies tuum. cum hoc ꝓ
prium tibi reddet ⁊ in alterum ne re
fundas. ſicut adam qui ait geneſis. iij
¶ Mulier quam dediſti mihi ſociā
decepit me. ⁊ mulier ait. ſerpens dece
pit me. De omnibus autem alijs di/
citur prima coꝝ. iiij. ¶ Quid habes
quod non accepiſti. Unde nō ſine ra
tione religioſi ſolum peccatum dicūt
eſſe ſuum. cetera omnia nemo dicit ſu
a: ſed noſtra. ſed nos peruertimus iu
ſticiam: noſtra a nobis alienando ⁊ a
liena nobis appropriando. quia pec/
catum noſtrum transferimus in ali/
um. ⁊ attribuimus nobis opera vir/
tutum. ⁊ cum dicatur yſa. xxvi ¶ Om
nia opera noſtra operatꝰ es in nobis
domine.

¶ Proximo redde ſubſidium Unde ec
cleſiaſtici. iiij. ¶ Declina pauperi ſine
triſticia aurem tuam ⁊ redde debitū
tuum. ⁊ reſponde illi pacifice in mā
ſuetudine. Bernardus. Quecūqꝫ ter
rena ſunt fratribus communicanda
⁊ filijs hominum quibus vnam om
nibus terram dedit ab inicio deus.
Porro eis ſpiritualia ſolummodo cō
municanda ſunt: cum quibus eſt ſoci
etas ſpiritus. ut gratiam quā accepi
mus: in alterutrum amminiſtremus
ſi quis certiſſime innoteſceret: nobis
alienus ab hac gratia: nec orandum:
nec predicandū ei. nec quicꝙ gratie
ſpiritualis eſſꝫ impartiendum. quod
pie conſiderantibus. ⁊ amorē frater
nitatis ⁊ letam quandam fiduciā pa
ret: dū electorū oīa oīm ſunt. nec in
ter merita ⁊ premia nihilominus in
futuro. prima corinth. iij. ¶ Omnia
noſtra ſunt.

¶ Deo redde gloriam. hoc enim vnū
eſt de tribꝰ que ſibi retinuit. Tria nā
qꝫ ſunt que nemini communicat deꝰ
ſcilicet gloria. iudicium. ⁊ vindicta.
De primo yſa. xlij. ⁊. xlviij. Gloriam
meam alteri non dabo.
De ſecundo ioh. v. ¶ Pater omne iu
dicium dedit filio. Unde Jobis. iiij
¶ Unus eſt legiſlator ⁊ iudex qui po
teſt perdere ⁊ liberare. Tu autē qui
es qui iudicas alienum ſeruum. ſuo
domino aut ſtat aut cadit.
De tercio deuterono. xxxij ¶ Mea eſt
vltio ⁊ ego retribuam illis. Romañ.
xij ¶ Mihi vindictam ⁊ ego retribuā
dicit dominus Hec autem iuſticia in
quibuſdam ex illis eſt ſufficiens. In
quibuſdam abundans. Unde galfri
dus Si peccata tua cognoſcendo tan
tum ⁊ confitendo non reddideris. ſi
proximo de abundantia terrene ſub
ſtantie quaſi micas tantum impende
ris. ſi contra deum in crimine extolli
timueris: modica eſt iuſticia ⁊ morie
ris ad purgatoria loca tranſibis. Un
de prima coꝝ. iij. ¶ Ipſe ſaluus erit:
ſic tñ quaſi per ignem. Hoc ſignatur

in ſegor: quod interpretatur paruus.
De qua loth ait geneſis.xix. ¶ Eſt ci
uitas hic iuxta: ad quam poſſum fu
gere parua: ⁊ ſaluabor in ea. Jſa.xv.
¶ Vectes eius. id eſt moab vſq₃ ad ſe
gor vitulam conſternantez. id eſt qui
tercium agit annum. Vectes moab
id eſt robur peccati vſq₃ ad ſegor vitu
lam proſternantem perueniunt quia
in hac iuſticia vir peccatum debilita
tur: ut non imputetur ad damnatio
nem.

Item ſi dignos feceris penitētie fru
ctus. ſi neceſſitate compulſus: ex dua
bus tunicis alteram dederis non ha
benti. ⁊ de eſcis ſimiliter feceris: ſem
per gloriam dei. ſemper gloriam do
mini in omnibus operibus tuis po
ſtuleris: ſufficiens eſt iuſticia. ⁊ mori
ens mox tranſibit ad locum refrige
rij ⁊ quietis. De hoc dicit pſalmiſta.
¶ Juſticia tua ſicut montes dei. Vn
de deſignatur per montez. in quo be
atus petrus voluit facere tria taber
nacula. xpriſto vnum. hoc eſt dei glo
rificatio. moyſi vnum. ecce elemoſina
rum largitio. Jnterpretatur enī mo
yſes aquaticus. Et de elemoſina dici
tur eccleſiaſtici.iij. ¶ Jgnem ardentē
extinguit aqua. helie vnum. ecce pro
pria caſtigatio. helias enim interpre
tatur ſol. ⁊ ſignat zelum proprie diſci
pline. Jtem ſi verearis omnia ope
ra tua. Job.ix. ¶ Et iuſticias tuas vt
pannum reputes menſtruate. Vnde
yſaye.lxiiij. ¶ ⁊ inutilem te ſuum re
putans arguis ⁊ caſtigas. Luce.xv.
¶ Si de tua tibi etiam ſubtrahas ne
ceſſitate. quia vnam tunicam partia
ris: exemplo beati martini. ſi nullam
reputes gloriam tuam vel iniuriam:
ſed gloriam dei: patet tibi regnum ce
lorum. Hec iuſticia ſignata eſt nume
ri.xxxv. per tres ciuitates refugij vl
tra iordanem. que ſunt ebron. id eſt
viſio ſempiterna. chades. id eſt tollēs
maluz. ſichem. id eſt ebrietas. quia ta
les habebunt perpetuam dei viſionē
Omnis mali amotionem. omnium
bonorum plenitudinem.

De primo yſa.xxxiij. ¶ Regem in de
core ſuo videbimus. De alijs duob9
dicitur apocalipſ.vij. ¶ Non eſuriēt
neq₃ ſitient amplius: neq₃ cadet ſuper
illos ſol. neq₃ vllus eſtus. quoniaz ag
nus qui in medio throni eſt reget il
los. ⁊ deducet ad vite fontes aquarū
⁊ abſterget deus omnē lacrimam ab
oculis eoꝝ.

¶ Secundo mandatum de non leden
da perſona. Proximum introducit
cum ait. Audiſtis. quia dictuz eſt an
tiquis. Non occides. qui autem occi
derit reus erit iudicio. id eſt accuſati
one ⁊ damnatione legis Jn hoc man
dato ꝓhibuit non tantum leſionem
corporalem: ſed etiam ſpūalem. ⁊ ſpi
ritualiter diſſuadetur hoc homicidi
um triplex. ſcilicet. voluntatis. oris. ⁊
operis. Voluntate ɔmittitur trib9
modis.

¶ Primo odiendo ad mortez. ſicut fra
tres ioſeph. de quibus geneſ.xxxvij.
¶ Oderant eum nec poterant ei quic
ꝙ pacifice loqui. Vnde pri. Joh.iij.
¶ Omnis qui odit fratrem ſuuz ho
micida eſt.

¶ Secundo ꝓponendo occidere. ſicut
eſau qui ait gene.xxvij ¶ Venient di
es luct9 patris mei: ⁊ occidā fratrem
meū iacob.

Tercio ɔſentiendo in mortem ꝓximi

I

ſicut achas: qui conſenſit viuentem na
both Unde dixit ei helias. iij. Regū
xxi. ¶ Occidiſti ⁊ poſſediſti in loco in
quo linxerunt canes ſanguinem na/
both. taliter quoqꝫ tuum ſanguinem
Dominus quoqꝫ mortem iohannis
imputat phariſeis: eo ꝙ in hoc cōſen
ſerunt herodi. Mathei. xviij ¶ helias
iam venit. ⁊ fecerunt in eo quecunqꝫ
voluerunt.

¶ Uerbo ɔmittitur decem modis.
Primo precipiendo. ſicut herodes.
De quo Math. ij. ¶ Mittens occidit
omnes pueros qui erant in bethleē.
⁊ in oībus finibus eius.

¶ Secūdo ɔſulendo. ſicut cayphas qui
ait Joh. xi. ¶ Expedit vobis ut vnus
moriatur homo ꝓ populo Unde nō
ſolum illi homicide qui manib9 ho
minē occidunt. ſed etiam illi per quo
rum conſilium. fraudem ⁊ exhortati
ones homines extinguunt᷑ cuꝫ iudei
ſola lingua deum crucifixerunt: queꝫ
vnus euangeliſta hora tercia: alius
hora ſexta aſſerit crucifixum. quia iu
dei eum lingua hora tercia. milites
hora ſexta manibus crucifixerūt.

Tercio innocentem morti adiudican
do: iuris ordine non ſeruato. ſicut pi
latus. De quo Luce. xxiij. dicit᷑ ꝙ ad
iudicauit fieri peticionem iudeoruꝫ
Deus em̄ cum iudicio ⁊ cuꝫ delibera
tione fecit hominem. Unde ait gen̄.
pri. ¶ Faciamus hominem ad yma
ginem ⁊ ſimilitudinem noſtrā. innu/
ens ꝙ nō leuiter abſqꝫ iudicio tā no
bilis creatura delenda eſſet.

¶ Quarto peccatū alicui ſuggerendo.
Unde de dyabolo dicitur Joh. viij.
¶ Ille erat homicida ab inicio. id eſt
ex qua factus eſt homo. Dyabolus

K

enim merito peccati ſui proiectus de
celo videns hominem ⁊ ceteras crea/
turas cum ſui conſtancia permanere
Odium ɔtra deum. Inuidiā contra
hominē. indignacionem ɔtra ceteras
creaturas. Ex odio namqꝫ quod ɔce
perat ɔtra deum perſecut9 eſt homi
nem inquantū eſt ymago dei. Ex in
uidia quam habebat ɔtra hominem
eo ꝙ eſſet ɔplementum ⁊ finis operꝫ
dei: perſecutus eſt creaturas inquan/
tum ſubiecte ſunt homini. Uidens
autem ꝙ ꝗ diu homo inheret creato
ri: nō poſſet ei nocē precipitauit eum
per peccatum. Et ſicut dicitur ſapiē.
ij ¶ Inuidia dyaboli mors introiuit
in orbem terrarum. Eius ergo imi/
tatores ſunt qui praua ꝓ primo ſugge
runt. prima corꝫ. xv. ¶ Corrumpunt
bonos mores colloquia praua

Quinto detrahendo. ⁊ per ɔſequens
ꝓuocando. Prouer. xix. ¶ Generati
o que pro dentibus gladios habet ⁊
cum mandit molaribus ſuis vt come
dat inopes de terra ⁊ pauperes ex ho
minibus. Bernardus. Lingua de/
tractoris ſuam ⁊ illius cui detrahit
percutiens ɔſcientiam. ⁊ eius qui au
dit vulnerat caritatem. ſecum pariter
vtrumqꝫ perimit. nunquid nō vipe/
ra eſt que tam letaliter inficit vno fla
tu. nunquid lancea eſt. que tres pene
trat vno ictu. lingua inquit eorū gla
dius acutus. gladius equidē biceps
immo ⁊ triceps lingua ē detractoris
etiam ipſo mucrone quo latus domi
nicum eſt cōfiſſum. fodit hoc quoqꝫ
xp̄i corp9 ⁊ membrꝫ de membro. nec
iam exanime fodit. ſed facit exanimē
fodiendo. Ipſis quoqꝫ nocentior eſt
ſpinis. quas illi tam ſublimi capiti

furor militaris impoſuit. ſeu etiam clauis ferreis quos ſanctiſſimis manibus illis ⁊ pedibus conſummatio iudaice iniquitatis infixit.

¶ Sexto adulando. Unde pſalmiſta. ¶ Molliti ſunt ſermones eius ſuper ⁊c. Prouerbiorum.xviij. ¶ Uerba bilinguis quaſi ſimplicia. ⁊ ipſa perueniunt vſqz ad interiora ventris. Adulatio enim ad modum iude ſub ſpē oſculi prodit. ⁊ ſub ſpecie amicicie occidit. Unde ſecundo Regum.xx. per ioab qui dixit ad amaſiam. ſalue mi frater. ⁊ tenuit manu dextra mentuz eius quaſi oſculans eum. ⁊ percuſſit eum in latere. ⁊ effudit inteſtina eius in terra.

¶ Septimo male blandiendo. ſicut faciunt meretrices. Unde prouerbioꝝ.v. ¶ Fauus diſtillans labia meretricis. ⁊ nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium. ⁊ lingua eius acuta quaſi gladius biceps. Unde decepti ab ea ſignantur per amalechitas qui interficiuntur in ore gladij.exo.xvij.

¶ Octauo tacendo ⁊ obmittendo corrigere. Unde dicitur ezechielis iij. ¶ Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui iſrahel. audies ex ore meo verbū ⁊ annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium. morte morieris: non annūciaueris ei: neqz locutus fueris ut auertatur a via ſua impia. ⁊ viuat ipſe impius in iniquitate ſua: morietur ſanguinem autem eius de manu tua requiram. vbi dicit beatus gregorius Speculator ſubditum occidit: qui eum tacendo morti perdidit. Unde apoſtolus ait actuum.xx. ¶ Mundus ego ſum a ſanguine omnium veſtrū

Non enim ſubterfugi ut minus annunciarem vobis omne conſilium dei.

¶ Nono incaute reprehendendo. Unde dicitur deuterono.xix. ¶ Qui cuz proximo abierit in ſiluam ad ligna ſecanda. ⁊ in ſectione lignorum ſecuris fugerit manus. ferrumqz lapſum de manubrio amicū percuſſerit ⁊ occiderit homicida ad vnā ciuitatē refugij confugiet. In ſiluam imus: cuz vicia per correctionem ſuccidere contendimus. Ferrum de manubrio proſilit: cū de correctōne ſermo durior procedit. Amicum occidit: qui auditorem prolata contumelia a dei dilectione interficit. Bernardus. Commotio tua ibi moriatur vbi oriatur. nec permittatur exire qui mortem portat ne perimat Unde eccleſiaſtici. xxviij. ¶ Flagelli plaga liuorem facit. ſcilicet in membris corporis. Plaga autem lingue comminuit oſſa. id eſt virtutes mentis.

¶ Decimo ſubuertendo a fide. Unde ibere. ¶ Inuēti ſunt in populo meo impij inſidiātes quaſi aucupes laqueos ponentes ⁊ pedicas ad capiendos viros ſicut decipula plena auibus: ſic domus eorum plene dolo. Idem.ix. ¶ Sagitta vulnerās lingua eoꝝ que dolū locuta eſt.

¶ Opere omittitur nouē modis

Primo conceptionem impediendo: ut onam.geneſis.xxxviij. Item venena ſterilitatis procurando. Eſt etiaz ſterilitas naturalis ſimiliter magnuz opprobium. ⁊ reputatur maledictuz ſcdm legem. Item puerperiū deſtruendo: quod eſt magna crudelitas.

¶ Unde dicitur amos pri. ¶ Deſerunt

N

pregnātes galaath. Similiter corru
rupta pocula: vel cibaria vendendo.
que frequenter ſunt cauſa mortis. ſi/
cut faciunt macellatores. tabernarij.
⁊ apothecarij.

¶ Secundo percutiendo fuſte vel gla
dio. De quo dicitur exodi. xxi. ¶ Qui
percuſſerit hominem volens occide/
re: morte morietur. Item in eodem.
¶ Qui per induſtriam occiderit pro
ximum ſuum ⁊ per inſidias: ab altari
meo euellas eum ut morte moriatur
Hoc tamen hodie non tenet: niſi fue/
rit publicus latro vel nocturnus po
pulator agrorum. Immo homicida
eſſet ſi quis per vim ſiue per fraudē
de eccleſia homicidam educeret.

¶ Tercio tradendo. ſicut traditor Iu/
das. de quo dicitur Math. xxvi. que
rebat oportunitatem: ut eum morti
traderet.

¶ Quarto non liberando cum poſſit.
vel impediendo eum qui volebat et
poterat liberare eum. Unde dicitur
prouerbiorum. xxiiij. ¶ Erue eos qui
ducuntur ad mortem. ⁊ qui trahun
tur ad interitum liberare non ceſſes.
Unde ⁊ minores iudei tenebantur li
berare xpriſtum de manu maiorum
⁊ facere quod in ſe erat ut ad hoc li/
beraretur.

¶ Quinto pauperibus rapiendo. Un
de dicitur yſaye. iij. ¶ Vos depaſti eſ
tis vineam meam. rapina pauperis i
domo veſtra. quare atteritis populū
meum. ⁊ facies pauperum commoli
tis. id eſt fame attenuatis. Unde di/
cit gloſa. In domibus principum ra
pina pauperum. ⁊ dum eccleſie opes
ſibi theſaurizant. ⁊ in certis abutun/

O

tur que ad ſuſtentationem pauperū
dantur. ⁊ ſibi reſeruant. vel propin/
quis tribuunt. aliorumqꝫ de inopia
ſuas. ſuorumqꝫ diuitias faciunt. Ge
nus quoqꝫ rapine eſt calumnia quā
faciunt prepoſiti qui falſas occaſiōes
imponunt. ſicut lupus impoſuit ag/
no ꝙ turbaret ei aquam. ut habetur
in dyalogo creaturarum. Unde pro
uerbiorum. xxviij. ¶ Leo rugiens ⁊
urſus eſuriens princeps impius ſu/
per populū pauperem.

¶ Sexto fraudando. ut ſcilicet merca/
tores falſi. vel illi qui mercennario/
rum ſuorum detinent mercedem vel
diminuunt. Unde dicitur prouerbi
orum. xxvi. ¶ Sicut noxius eſt qui
mittit lanceas ⁊ ſagittas in mortem:
ſic vir qui fraudulenter nocet amico
ſuo. Unde Eccleſiaſtici. xxxiiij. ¶ Pa/
nis egentium vita pauperis eſt. qui
defraudat illum homo ſanguinis ē.
Et qui aufert in ſudore panem. qui
interficit proximum ſuum. qui effū
dit ſanguinem. qui ⁊ fraudem facit
mercennario: quaſi qui auferunt ani
mas ſuas xpriſto: quas emit tanq̄m
mercator precio ſui precioſiſſimi ſan
guinis. Unde dicit apoſtolus prima
ad corinthios. v. ¶ Empti eſtis pre/
cio magno. pro quibus etiam pugna
uit ut pugil in die paſſionis. Unde
dicit pſalmiſta ¶ Dominus defenſor
vite mee. pro quibus laborauit: ut
mercennarius triginta ⁊ tribus an/
nis. Unde dicitur Leuiti. xix. ¶ Nō
morabitur opus mercennarij tui apō
te vſqꝫ mane. Tales fratres ſunt effū
dentium ſanguinem. i. iudeorum.

¶ Septimo neceſſaria ſubtrahendo.

vt illi qui habent frumentuꝫ in hor
reis nec erogant pauperibus.ſed ex-
pectant vt carius vendant tempore
famis.ſecus eſſet ſi ad hoc ſeruarent
vt inde pauperes paſcerent. vt fecit
Joſeph in egipto. Unde ⁊ dictus eſt
ſaluator mundi. Prouerbiorum.xi.
¶ Qui abſcōdit frumenta maledice
tur in populis.benedictō autem ſup
caput vendencium. Ambroſius. Pa
ſce fame morientem ſi non paueris
occidiſti. Prouerbiorum.xxviij Qui
ſubtrahit aliquid a patre vl'a matre
ſupple de neceſſerijs exhibendis par
ticeps homicide eſt. Similiter imo
fortius.homicide ſunt qui ſubtra-
hunt ſpiritualia beneficia Unde bea
tus. Gregorius Si populum fames
atterreret ⁊ aliqui occulte fruges ſer
uarent auctores proculdubio morti.
exiſterent.qua itaqꝫ pena plectendi
ſunt.qui cum fame verbi anime per
eant ipi panem percepte gracie non
miniſtrant.diſtinctione.lxxxiij.§.i.
Non eſt grandis differencia vtrum
inferas vel admittas.mortem enim
languentib9 infligere probatur qui
hanc cum poſſit non excludit.
¶ Item ſi medicinalis artis minime ig
nari fratris vulnus cernerent.⁊ eū
ſecare recuſarent profecto peccatum
fraterne mortis ex ſolo corpore com
mitterent.quanta ergo culpa inuol-
uantur aſpiciant.qui dum cognoſcūt
vulnera mentuꝫ.curare ea negligūt
ſectione verborum.vnde Jeremie.x
lviij. Maledictus qui prohibet gla-
dium ſuum a ſanguine.i.verbum p̄
dicationis a carnalis vite interfectio
ne. Unde Julius papa Si preſbiter
penitenciam abnegaret morientib9

erit reus animarum.quia dominus
ait. Cum conuerſus fuerit ſalu9 erit
Unde legitur de beato Marcello an
glie epiſcopo.ꝙ quia diſtulit baptiſa
re puerum.⁊ ideo ſine baptiſmo dceſ
ſit.ſeptennem penitenciam in orto re
gis anglie ſponte priuatus epiſcopa
li dignitate compleuit.
¶ Octauo malum exemplum preben
do. De quo dicitur. Ozee quinto.
¶ Audite hoc ſacerdotes.quia ex vo
bis iudicium eſt quando laqueus fa
cti eſtis ſpeculatori.⁊ quaſi rethe ex
panſum ſuper montem thabor.qua-
ſi diceret.vos qui debetis eſſe ſpecu-
lum ſubditoruꝫ facti eſtis cauſa per
ditionis eorum
¶ Nono negligendo vigilare ſuper il
los quorum cura eſt ſibi commiſſa
Unde de hijs poteſt intelligi illud
quod dicitur.iij. Regum.iij. Mortu
us eſt filius huius nocte dormiens
quippe oppreſſit eum.quod fit cum
per prelati negligenciam cadit ſubdi
tus. Job.xxxix. Dereliquit oua ſua i
terra.i.ſubditos in terrenis affectio
nibus.⁊ obliuiſcitur ꝙ pes conculcꝫ
ea.i.affect9 carnales.aut beſtia agri
conterat.i.diabolus.
Omnes iſti dicūtur homicide natu
re vel interpretatiue ſcd̄m maius ⁊
minus
¶ Moraliter autem occidit homo ſeip
ſum per mortale peccatum.
¶ Superbus ad moduꝫ arreptícij qui
precipitat ſe d̄ alto.ſicut de antiocho
legitur.ij. Machabeorum nono Con
tingit illum impetu euntem de alti
tudine ⁊ graui colliſione membra
vexare
¶ Item dicit Aug9.ve illi cui ē auriga

R

ſuperbia neceſſe eſt eñ vt in pceps e
at. ſuperbus imperu vadit. quia ſine
moderatione ſublimia appetit. Ber
nardus. Curſu cadit cuȝ animaduer
ſione diuina locum dignitatis amit-
tit. ſcdm illud tollitur in altū vt lap
ſu grauiore ruat membra graui. col
liſione vexat. qui officiales. i. familia
res ſuos ſecum precipitat. Sapiēcie.
xvi. ¶ homo per maliciam occidit a
nimam ſuam

¶ Inuidus ad modum intoxicati mo
ritur dolore felicitatis aliene. vnde
quidam. Juſtius inuidia nihil eſt q̄
protinus ipſum auctorem perimit
excruciando ſuum. Pſalmiſta ¶ Con
uertetur dolor ei9 in caput eius
Eſt eñ inuidia ad modum cuiuſdā
parui ſerpentis qui vocatur. ſeps.
qui non ſolum carnem. ſed oſſa vene
no conſumit. De quo Lucanus Oſſa
que diſſoluit cum corpore tabificus
ſeps. Prouerbioꝝ. xiiij. Putredo oſ
ſium antiqui hoſtis virus humano
cordi infunderat in zelo inuidie tota
viſcera ſuo ſerpens concuſſit

¶ Iracundus ad modum frenetici ꝓ
prio gladio ſe impetit. quia prius in
ſe q̄ꝫ in alium ſeuit. Unde prudenci9
ipſa ſibi eſt hoſtis veſania. ſeqꝫ feren-
do interimit. moriturqꝫ ſuis ira igne
a telis. Job Uirum iuſtum interfi-
cit iracundia. Unde ſignatur ꝑ ſaul
De quo. i. Regum vltimo. Arripuit
ſaul gladium ſuum. ⁊ irruit ſuper eū
Pſalmiſta. Gladius eorum intret in
corda ipſorum

¶ Accidioſus ad modū letargici mori
tur. moriendo ſicut de ſyſara videtur
Judicum. iiij. Qui ſoporem mortis

S

continuans defecit ⁊ incuruatus eſt.
Syſara interpretatur excluſo gladio
Nam accidia cum ſit diffidencia de
mandatis diuinis implendis eſſenci
aliter habet anneram ſibi triſticiam.
ſicut ⁊ confidencia eſſencialiter habꝫ
delectationem ſibi anneram

¶ Auarus ad modū ydropoci deperit
ſiti. Job. xviij. Exardeſcet contra euȝ
ſitis. nec mirum quia bibat aquis ſal
ſis. i. rebus mundanis. q̄ ſitim non ſe
dant ſed prouocant. Unde domin9
ait. Johannis. iiij. Qui biberit ex aq̄
hac ſitiet iterum. qui autem biberit
ex aqua quam ego dabo ei. ſitiet nun
q̄ꝫ. ꝙ ſola aqua diuine gracie ſitim cu
piditatis extinguit. Guloſus ad mo-
dū volucris ſe laqueādo ſtrangulās
ꝓpt̄ eſcaȝ. Ecci. xxxviij. Propter cra
pulam multi obierunt qui abſtinēs
eſt adiciet vitā. Amos. iij. Nunquid
cadet auis in laqueum terre abſqꝫ au
cupe. Luxurioſus ad modum bruti
animalis precipitat ſe in foueaȝ lux
urie. Prouerbiorum. xxiij. Fouea ꝓ
funda eſt meretrix. hec fouea plena
eſt demonijs. Unde Prouerbioruȝ
ix. Ignorauit ꝙ gigantes dominus
precipitaret ſupbos vt turpitudie
carnis curetur ſuperbia cordis Job
Propter ſuperbiam quaſi leenam ca
pies me. Ubi dicit Gregorius. Duȝ
leena catulis ſuis eſcas querit i foue
am cadit. ſic mens humana dum car
nis deſideria appetit in foueam car-
nalis corruptionis ruit. hos omnes
increpat. pſalmiſta ¶ Quouſqꝫ inter
ficitis vniuerſi vos. ⁊c̄.

Terci o oſtendit perſecutionē euāge
lij. explanādo mādata legis cū dicit

E

ego autez dico vobis.omnis qui ira
ſcitur fratri ſuo.⁊c̃. ¶ Nota ꝙ qui
qꝫ fuerunt in lege.ſ.Moralia.Judici
alia.Sacramentalia. Cerimonialia
⁊ ꝑmiſſiones ſiue comminationes
Moralia data ſunt principaliter ad
merendum.faciebant em̄ declinare
a pena eterna.⁊ aſſequi vitam cum i
pedimento tamen
¶ Judicialia data ſunt ad pacifice con
uiuendum.⁊ faciebant declinare a
pena temporali ¶ Sacramẽtalia da
ta ſunt ad deſignandum futura.per
tinebant em̄ ad cognitiones illorum
q̃ erant fidei. ¶ Cerimonialia data
ſunt ad ſignandum quid faciendum
vel non faciendum.ſicut eſt illud Le
uitici.xvij.Omnis anima ex vobis
non comedet ſanguinem. quod ſigt̃
ne quis in furoris ⁊ crudelitatꝭ ope
re delectet᷑.Similiter ⁊ a carne por
cina abſtineat i.opera immunda ca
ueat. Promiſſa ⁊ comminationes
erant rationes illorum obſeruan
dorum.i.quare omnia illa obſerua
rent.Hec omnia implentur per xp̄m
Moralia implentur per additionez
diuerſimode:tū vt illud.non occides
cui additur.non iraſci. Similiter il
lud.nõ mechaberis.cui non concupi
ſcere ex viſu.ſimiliter illud.non per
iurabis.cui additur.non iurare om
nino.i.ſine legittima cauſa Judici
alia implentur ex eo ꝙ iuſte additur
equitas ex vindicta.ſicut patet in ab
ſolutione adultere.Johannis.viij.
Juſticia enim ſcd̃m rigorem dimiu
ta eſt animam que ſuperexaltat iudi
cio
¶ Sacramentalia implentur per exhi
bitionem veritatis.venit enim rex ⁊

N

impleuit ſignat que erant vacua. vn̄
Johannis.i.¶ Gracia ⁊ veritas per
iheſum criſtum facta eſt. ſacramen
ta enim noue legis non ſolum ſignãt
ſed conferunt graciam.
¶ Ceremonialia implentur per amo
tionem velaminis.quod ſignatum ẽ
Mathei.xxviij.Quando velum tem
pli ſciſſum eſt.quia tunc debuit ſepe
liri ſynagoga mater noſtra.
Promiſſa quoqꝫ implentur.quia qḋ
promiſſum eſt imperfectum fuit ⁊
indeterminatum.Promittebantur e
nim tria.ſ.Bona terrena.Vita cor-
poralis.⁊ Pax temporis
¶ De primo dicitur.Leuitici.xxvij.
¶ Si in preceptis meis ambulaueri
tis.⁊ mãdata mea cuſtodieritis.⁊ fe
ceritis ea dabo vobis pluuiam tem-
poraneam ⁊ ſerotinam Iſaie.i.¶ Si
volueritis ⁊ audieritis me.ſic̃ De
ſcd̃o.Leuitici xviij.Cuſtodiẽs leges
meas atqꝫ iudicia que faciens hõ.⁊c̃
Romanoꝝ.x.Moyſes ſcripſit. quoni
aꝫ iuſticia que ex lege eſt que fecerit
homo viuet in ea.¶ De tercio Le
uitici.xxvij.Dabo pacem in finibus
meis dormietis ⁊ non erit qui exter
reat.Nobis autem promittitur reg
num celorum.Unde Mathei.¶ Pe
nitenciã agite appinquabit em̄ rgnū
celorum.Jtem vita eterna.Mathei.
xix Centuplum accipietis.⁊ vitam e
ternã poſſidebitis.Jtẽ pax pectoris.
⁊ eternitatis.Joh.xv.Pacem relinq̃
vobis.pacem meam do vobis
Similit᷑ ibi comminatio erat mors
temporalis.Unde dicitur Iſaie.i.
¶ Si me ad iracundiam prouocaueri
tis gladius deuorabit vos.hic autẽ
mors eterna. Unde Mathei.xxv.

Diſcedite a me maledicti in ignem eternum

Primo ergo prohibetur ira cum dicitur. omnis qui iraſcitur fratri ſuo. Bernardus Nolite iraſci eis qui vobis tranſitoria auferunt. qui conuicia inferunt. qui inferunt forte ſupplicia. et propter hoc faciunt iraſci. Iraſcimini iniquitati veſtre. nulla enim nocebit aduerſitas. ſi nulla dominetur iniquitas Nota eſt ira per zelum vt moyſes contra ydolatras. Exodi. xxxij. Finees contra coeuntes Baal. iij. Regum. xviij. Mathathias contra ſacrificantes. Machabeo. hoc non prohibetur cum ſit virtus. quia iraſcimur contra peccata et vindicamus iniuriam dei. Eſt ira veniale peccatum. ſ. primus motus ire qui non eſt in poteſtate noſtra. De qua pſalmiſta. Iraſcimini et nolite peccare. Ubi dicit gloſa, quod conſuetudinis eſt permittit. id eſt non prohibet. quod culpe eſt. ſcilicet mortale prohibet.

Item eſt ira mortale peccatum. ſcilicet motus animi ad nocendum ex conſenſu rationis. et hoc prohibetur hic ſimiliter. Epheſios. viij. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram Ubi dicit Jeronimus. Quid agemus nos in die iudicij ſuper quorum iram non vnius diei. ſed centorum annorum ſol teſtis occubuit

Secundo prohibetur contumelia cum dicitur. Qui dixerit fratri ſuo racha. id eſt qui de motu cordis in contumeliam oris proruperit. reus erit iudicio. i. attractione. Prouerbiorum. x. Qui profert contumeliam inſipiens eſt Racha verbum hebreum eſt. et interpretatur grece cenos. latine vacuum quaſi ſine cerebro vel ſine diſcretione

Tercio prohibetur infamia cum dicitur. qui autem dixerit fatue. i. vſque ad ſpiritualia conuicia proceſſerit. reus erit conſilio. i. damnatione de conſenſu ſanctorum iudicancium. Hylarius Qui fratri credenti in deum dixerit fatue ſeu vacue. impius eſt in religione. qui ergo quem ſolus dominus nuncupat vitio infatuati ſenſus laceſſerit pabulum eſt ignis eterne niſi penitenciam egerit Nota quod diſtinguntur hic tres in culpa. et tres gradus pena.

Primus gradus in culpa eſt ira que mentem turbat. et non prorumpit in vocem.

Secundus iram prorumpens in vocem vniuerſaliter ſignantem.

Tercius prorumpens in vocem et ex voluntate ſignantem
In primo eſt ſola ira in mente
In ſecundo ira et contumelia generalis.
In tercio ira et contumelia ſpecialis.
Hec ſunt mors in domo. mors in porta. mors in tumulo

Item primus gradus in pena eſt reum eſſe iudicio Secundus eſt reum eſſe concilio quod plus eſt

Tercius eſt reum eſſe gehenne ignis quod amplius eſt. In iudicio culpa diſcutitur In concilio ſentencia diffinitur In gehenna ſentencia diffinitiua executioni mandatur. vt pro menſura delicti infligatur modus pene. Deuteronomij. xxv. Conuenienter autem pena reſpondet culpe. In primo enim gradu ira manet occulta in mente. et in iudicio occulta eſt ſentencia In ſecundo gradu proceditur ad contumeliam generalem.

⁊ in concilio lucet damnatio circa pe
nam. non tamen eſt determinata.
In tercio gradu ſpecificatur contū
melia. ⁊ in gehēna determinatur pe
na. Pſalmiſta. Pones eos vt clibanū
ignis. ⁊c̄. Ecce pena ire in mente. do
minus in ira ſua cōturbabit eos. ecce
pena ire cum voce. ⁊ deuorabit eos
ignis. ecce pena ire cum contumelia
manifeſta

¶ Quarto ſuadetur ſatiſfactio iniuria
rum cum dicitur. Si offers munus
tuum ad altare. ⁊c̄. Hic oſtenditur q̄
liter proximū placare debemus quē
leſimus. ⁊ exprimūtur mala que ſur
gunt ex contumelia vel iniuria fra
tris. que ſunt leſio conſciencie. obliga
tio anime. impedimentum obligatio
nis. Ait ergo. Si offers. i. offerre ꝓ
ponis munꝰ. ſ. orationis. vel cuiuſq̄
boni operis. ad altare. i. in fide incar
nationis. De quo. Exodi. xx. Altare
de terra facietis mihi ⁊ offerretis ſu
per illud holocauſtā. ſ. opera perfe
ctorum. ⁊ pacifica. ſ. opera imperfe
ctorum. Oues ſimplicitatis ⁊ innocē
cie. ⁊ boues macerationis carnis pro
prie. ⁊ ibi recordatus fueris. ꝙ frat̄
tuus. quē tu leſiſti. habet aliquid ad
uerſum te pro contumelie affectione
vel corporali leſione vel fame deni
gratione. vel anime leſione. vel tem
poraliū ſubtractione. Relinque ibi
munus tuum ante altare. i. differ
offerre. Dicit hic gloſa. non ait refer.
quia quod recte offerre debet muta
ri non licet. non enī debet quis voca
re contra bonum propoſitū. niſi ali
quid vtilius vel melius facere medi
ter. Supra hoc loco dicit Caſſianus
Non ait. ſi habet veram querelam
aduerſū te. ſed ſi habet aliquid. leue
etiam ac vile in quo fratris vite cō
motio fuerit excitata. ſcias te precū
tuarum offerre ſpiritualia munera
non debere. niſi priꝰ qualibet ex cau
ſa ortam triſticiam de corde fratris
tui benigna ſatiſfactione depuleris.
Bernardus. Quid oratio tua aliud
opus quodcunq̄ infeceris ſapere ti
bi. contra quem criſtus anxie clamat
de pectore fratris tui quem contri
ſtaſti. filius matris mee pugnauit
contra me. Quid ergo tunc leue dixe
ris. in quo oſtenditur criſti vnū ad
dei iudicium protrahi ¶ Hic
habemus argumentum ꝙ cor nr̄m
ſcrutari debemus aliquid collaturi.
Unde. Eccleſiaſtici. xviij. Ante orati
onem prepara animam tuam. ⁊ noli
eſſe quaſi homo qui temptat deum.
Queſitum fuit a beato Bernardo.
Si abbas aduerſus quempiam con
motus fuerit. ſed non adeo vt eū le
dere velit. adeo tamen vt libenter ac
cipiat. ſed quando aliūde ledi conti
gerit. Utrum in illa commotione tu
tum ſit accedere ad altare. an ſe ſubt̄
here interim debeat donec compeſca
tur commotio. Et reſpōdit. Nunq̄
mihi contingat turbatum accedere
ad ſacrificium cum ira ⁊ diſceptione
ↄtingere ſacr̄mentum. In quo deus
indubitanter eſt mundū reconſilians
ſibi. Certe nō recipitur munus q̄dcū
q̄ meum. quod defero ad altare. niſi
ante placato fratre quem me forte ā
te leſiſſe memoror. quanto minus ſi
meipſum non placauero. Et vade
prius reconſiliari fratri tuo. . paſſibꝰ
corporis ſi preſens eſt ⁊ competēter
fieri poteſt. ſi vero abſens eſt ſufficit

A

moďbus animi pergere ad recōſiliā dum ſibi. ⁊ tunc veniens offeres munus tuum ordinate. prius te offerendo. deinde tua. aliter non placet deo Hebreos. x. Si ſe ſubtraxerit nō placebit anime mee. q꜡ talis oblatio ſub/ſannatio eſt. Eccleſiaſtici. xxxiiij. Non ſunt beneplacite coram deo ſubſannationes iniuſtorum.

Dominica ſeptima. Epiſtola. ad Romanos. vi.

Fratres humanum dico propter infirmitatē carnis veſtre. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatē ita nūc exhibete membra veſtra ſer/uire iuſticie in ſanctificationem. Cū enī ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſticie. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis. Nam finis illorum mors ē Nunc vero liberati a peccato ſerui autem facti deo. habetis fructuꝫ veſtrum in ſanctificationem. finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors. gracia autem dei vita eterna. In criſto ihesu domino nr̄o.

Euangelium. Marci. viij.

In illo tempore Cū turba multa eſſet cum iheſu nec haberent quod manducarent. conuocatis diſcipulis ſuis ait illis Miſerior ſuper turbā. q꜡ ecce iā triduo ſuſtinent me. nec habent qđ manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domos ſuas deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et reſponderūt ei diſcipuli ſui Unde iſtos quis poterit h̄ ſaturare panibus in ſolitudine. Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Qui dixerunt ſeptem. Et precepit turbe diſcūbere ſup̱ terrā. ⁊ accipiēs. vij. paēs gracias agens fregit ⁊ dabat diſcipulis ſuis vt apponerent. ⁊ appoſuerunt turbe. Et habebant piſciculos pau/cos. Et ipſos benedixit ⁊ iuſſit appoī Et manducauerunt ⁊ ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſportas Erant autem qui manducauerunt quaſi q̄tuor milia. ⁊ dimiſit eos

Dominica ſeptima
Sermo octuageſimuſſeptimus

Cum turba multa eſſ꜡ cum iheſu nec haberent qđ mā͞ducarent. conuocatis diſcipulis ait illis. Miſerior ſupra tur/bam. In euāgelio precedentis dominice reprobata eſt iuſticia iudeoꝝ. In hoc autem euangelio tangitur đ vocatione gentilium vel gencium. q̄ ſignatur per turbas de longe venientes ad criſtum ſolem. de tenebris infidelitatis ⁊ ignorancie. quibus ipſe miſertus refectionem ſpiritusſancti īpartitur ne ieiuni deficiant in via p̄ſentis vite. Unde clamat eccleſia in introitu Dominus fortitudo plebis ſue ⁊ protector Quia vero fides eſt via per quā ꝑuenitur ad xp̄m. Legit̄ epiſtola in qua agitur de ſacramento fidei. ſ. de baptiſmo. Tres ſolemnes re/fectiones legitur xp̄s exhibuiſſe. Primā quinqꝫ milibus quos pauit quinqꝫ panibꝫ ordeaceis. ⁊ duobus piſcibus.

B

Scđam.q̄tuor milibus quos pa
uit ſeptem panibus ⁊ paucis piſcicu
lis.

¶ Terciam diſcipulis quos pauit ſac̄
mento corporis ⁊ ſanguinis ſui.
Prima refectio eſt incipiencium. ⁊
adhuc debilitancium in quinq; ſen
ſibus. vnde ⁊ precipiuntur diſcum
bere ſupra fenum. Quinq; panes or
deacei ſunt aſperitas penitencie cōtra
offenſam ſenſualitatis illecebre.
Duo piſces ſūt amor glorie. ⁊ timor
gehenne

¶ Scđa refectio eſt proficienciu; qui
tanq̄ lapides viui Quatuor virtutū
cardinalium perfectione quadrant̄
vt in celeſti edificio collocentur. Un
de ſuper terram ſedere dicuntur. q̄
non ſolum carnalia. ſed etiam terrēa
deſideria perfecte deſpiciunt.

¶ Septem panes ſunt ſepte; gracie ſpi
ritusſancti. Vnde ⁊ hoc euangelium
poſt penthecoſtes legitur. q̄ꝛ p9 datū
ſpiritumſanctū. pauci piſciculi ſūt ex
empla electorum quibus confortan
tur ad bene agendum

¶ Tercia refectio eſt terrena ⁊ caduca
tranſilienciu̅ in alto contemplatio
nis degenciu;. Vnde in cenaculo ſtra
to leguntur manducare paſcha cum
domino. ¶ Hijs quinq; panibus re
fecit nos criſtus. ſicut ait beat9 Ber
nardus.

¶ Prim9 panis eſt diuine execucio vo
luntatis quam exhibuit exemplo hu
militatis. quando ſicut dicitur Iohā
nis. xiij. ¶ Surgens a cena precinxit
ſe linteo. ⁊c̄

¶ Scđs eſt ſermo exhortationis. que;
more ſuo exemplo humilitatis adiū
xit. Cepit enī facere ⁊ docere.

C

Tercius eſt conſolatio diuine paſſio
nis de ſua reſurrectione. de aduentu
paracliti. de diſcipulorum confirma
tione.

¶ Quartus eſt virtus orationis quan
do fact9 eſt in agone prolixius orās
Ubi non ſolum oculis. ſed etiam mē
bris omnib9 ploraſſe videtur. vt to
tum corpus eius quod eſt eccleſia toci
us corporis lacrimis purgaretur

¶ Quint9 panis eſt caro ipſius vbique
ſuper oīa vere eſt cibus. ⁊ cibus vite
panis de celo viuus. Sed iam de re
fectione preſentis euāgelij videam9
circa quā tria ꝯſideranda occurrunt
ſc;. Locus. Tempus. ⁊ Numer9 fer
culoꝝ. i. vbi. qn̄ ⁊ quot panibus refe
cerit turbas.

¶ Loc9 ē ſolitudo deſerti. de q̄ dicūt ei
diſcipuli. vn̄ pt̄ q̄s iſtos hic ſaturare
panibus in ſolitudine. Solitudo iu
ſtoꝝ eſt vt ſi corpore ſint in hoc mū
do. aīo ſint in celo. ⁊ hoc mō ſicut ait
Job. iij. Edificant ſibi ſolitudines. i.
Corinth. vij. Qui gaudent tanq̄ nō
gaudentes ſint. ⁊ qui emūt tanq̄ nō
poſſidentes. ⁊ qui vtunt̄ hoc mūdo
tanq̄ nō vtētes. p̄terit enī figura hu
i9 mundi. Bernħ. O aīa ſancta ſola
eſto vt ſoli domino omnium ſerues
teipſum quem tibi ex omnibus elegi
ſti. fuge publicum. fuge iſtos dome
ſticos. ſecede ab amicī ⁊ intimis. etiā
ab illo qui tibi miſtrat. An neſcis ve
recundum te habere ſponſum q̄ ne
quaquam velit indulgere preſencia;
ſuam preſentibus ceteris. Secede er
go. ſed mente non corpore. intentio
ne ſcilicet ⁊ ſpiritu

Item dicit Seneca. Foris populo
noſtra ꝯueniencia int9 oīa diſſimilia

M

ſint. Qui in hanc ſolitudinem non exierit. nequaꝗ̄ panibus gracie refici poterit.

¶ Tempus eſt triduum expectationis De quo ipſe dominus ait. Miſereor ſuper turbam. quia ecce iam triduo ſuſtinent me. Tribus diebus accedit homo ad deum. ⁊ totidem noctibus recedit a deo.

¶ Iter prime noctis eſt ſuperbia qua deum deſerit. De qua Eccleſiaſtici. x Initium ſuperbie hominis apoſtatare a deo qm̄ ab eo qui fecit illum receſſit cor eius. quia inicium omnis peccati ſuperbia. Thobie. iiij. In ipſa initium ſumpſit omnis perdicio.

Iter ſcd̄e noctis eſt carnalis concupiſcencia. que alia ꝗ̄ poſt deum appetit Luce. xv. Miſit illum in villam ſuaꝫ vt paſceret porcos.

Iter tercie noctis eſt auaricia que extra ſe in alia tendit. Unde dictuꝫ eſt ad caym. Geneſis. iiij. Uagus ⁊ profugus eris ſuper terram

Per ſuperbiam recedit homo a deo vt requieſcat in ſe. Eſt em̄ amor proprie excellencie

Per concupiſcenciam deſcendit ſub ſe vt requieſcat in carne.

Per auariciam trahitur extra ſe vt r̄quieſcat in rerum viſibilium ſpecie

Redeunti autem ad deum

Prime diei iter aſt ab alienis ad ſeipſum redire. Unde. Luce. xi. ¶ Amicus meus venit de via ad me. Iſaie. xlvi. ¶ Redite preuaricatores ad eū

Iter ſcd̄e diei eſt ab eo quod eſt ad id quod debet eſſe. i. a malis operib9 ad bona opera redire. Epheſios. iiij ¶ Qui furabatur iam non furetur. Romanos. xiij. ¶ Non in commeſſa

E

tionibus. ⁊ ebrietatibus. non in cubilibus ⁊ impudicicijs. ⁊c̄.

Iter tercie diei eſt a ſeipſo ad deum a perceptione illuminationis ad fontem luminis Eccleſiaſtici. xxiiij Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me. ⁊ a generationibus meis. ⁊c̄.

In prima die peccator expectat indulgenciam.

¶ In ſecunda graciam

In tercia gloriam

De primo pſalmiſta. Expectabam eum qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpiritus ⁊ tempeſtate

De ſcd̄a. Expecta deuꝫ. viriliter age ⁊c̄.

¶ De tercia. Philipenſes. iij. Saluatorem expectamus dominum iheſum criſtū qui reformabit corpus humilitatis noſtre. ⁊c̄

Fercula huius refectōnis ſunt ſeptē panes. i. ſeptem dona ſpirituſſancti. per que poſſit homo ſupra carnem. ſupra mundum. ſupra diabolum

Contra carnem dantur tria dona. ſ. timor. pietas. ⁊ ſciencia.

Duobus enim vicijs impugnamur a carne. Gula. ſ. ⁊ luxuria

Luxurie opponitur timor. timoris ē fugere ⁊ reſilire. ⁊ de luxuria dicit apoſtolus. i. Corinthiorum. vi. Fugite vt non apprimetis. quia non pōt aliter melius vinci. Fugienda eſt autem ſicut ignis. cum ſit homo ſtipula ſicca. ſicut ait. Job. xiij. Unde quidaꝫ ſanctus homo moriens mulieri temtanti virum. fuge adhuc viuit igniculus

Iteꝫ fugienda eſt quaſi lepra corrūpens ⁊ fedans. Unde Eccleſiaſtici. xiij. Qui tetigerit picem inquinabit̄.

F

Item fugienda eſt ad modum ſerpē
tis. Unde eccleſiaſtici.xxi. ¶ Quaſi a
facie colubri fuge peccatum. Unde
galfridus. Noli ſuſtinere donec mor
dearis: mox ut videris fuge. nō dicas
quid mihi nocet ſi primus ē coluber
tantum ut me non mordeat: non ac/
cedat. immo quod de colubro nō di/
ceres: minus non diceres de peccato.
ne accedentis lenocinia feras. et ut fu
geres a facie colubri etiam lōge po
ſitis: ſic multo magis a peccato. et face/
res hoc ſi tibi carior foret anime vita
ꝙ corporis. Ex his patet quantum
debeamus reſiſtere primis motibus
luxurie. et ideo ex conſideratione incē
dij ſempiterni: adhibēdus eſt timor
domini qui expellit peccatū. Unde
bernardus. Timore anima concutit
conſcientia diſcutitur. letalis ſopor ex
cutitur. ſollicitudo incutit. amor do/
mini cuſtoditur. qui hanc habet gra
tiam. omnem odit iniquitatem. ſine
hac gratia gratum in premium nul
lum bonū pullulare vel manere po
teſt. omne virtutum edificium ilico
vergit in precipicium: ſi huiꝰ gratie
amiſerit preſidium. Unde eccleſiaſti.
.xxvij. ¶ Si non in timore domini
tenueris te inſtanter: ſubito ſubuerte
tur domus tua.

¶ Gule opponitur pietas. Gula enim
eſt immoderatus appetitus edendi et
ideo guloſus totum comedit ſibi. Un
de zacharie. vij. ¶ Cum comediſtis et
bibiſtis: nunquid non vobis comedi
ſtis. et vobiſmetipſis bibiſtis. Yſaye. v
¶ Cithara et lira et timpanum et tybia
et vinum in conuiuijs veſtris. et opus
domini. id eſt pauperes quos domi

G

nus fecit. nec opera manuū eius cō
ſideraſtis. id eſt fixuras clauorum.
Amos. vi. ¶ Ue qui opulenti eſtis ī
ſyon. qui comeditis agnum de grege
et vitulos de medio armenti: bibētes
in phyalis vinum. et optimo vnguen
to delibuti. et nihil compatiebamini
ſuper contritiones ioſeph. Huic oppo
nitur pietas que omnia mala proxi/
mi reputat ſua. et ideo ſubtrahit ſibi.
ut proſit alijs ſicut iob qui dicebat. xxi
¶ Si comedi buccellam meam ſolꝰ.
et non comederit puſillus ex ea. Com
mendatio huiꝰ virtutis patet prima
thimo. iiij. ¶ Pietas valet ad omnia
ꝓmiſſionem habens vite que nunc ē
et future. Optima medicina que om/
nes morbos curat. Ibi dicit ambro/
ſius. Omnis diſciplina xpriſtiane re/
ligionis conſiſtit in operibus miſeri/
cordie: quam ſi quis ſequitur: etiā ſi lu
bricum carnis patiatur. vapulabit: ſed
non peribit. Opera enī miſericordie
abilitant ad ſuſceptionem gratie: per
quā liberatur homo a lubrico mor
tali ¶ Item ſuſtentant hominem ſi
eſt in lubrico veniali: ſentiendo pri/
mos motus: ne decidat in mortale.
Sed quia vix contingit ut homo in
aliquo iſtorum non decidat: vel exce
dat: additur donum ſcientie: ut ma/
la noſtra cognoſcamus et defleamus.
Unde huic dono aptatur tercia bea
titudo. ſcilicet. Beati qui lugent quo
niam ipſi conſolabuntur. Hoc autem
pane reficitur homo: conſiderando
ꝙ contrarius diuine extitit maieſta/
ti. ꝙ ingratus inuentus eſt pietati. et
ideo contremiſcunt mortis horrore.
iudicij tremore. gehēne timore. Hoc

h

pane refitiebatur pſalmiſta qui ait.
¶ Fuerunt mihi lacrime mee panes
die ac nocte Hunc panem aliquando
ſolus ſpiritus cõedit: quando aliquis
de peccatis dolet: ſed nulla ratione la
crimas fundere poteſt. Aliquando
ſpiritus ⁊ corpus pariter ſumunt: cũ
interior ingemiſcit. ⁊ exterior ad eiꝰ
gemitũ lacrimas fundit.

¶ Contra mundum dantur duo dona
ſcilicet conſilium. ⁊ fortitudo. Mun-
dus enim quandoqꝫ nos impugnat
proſperitate. quandoqꝫ aduerſitate.
Unde pſalmiſta ¶ Tranſiuimus per
ignem ⁊ aquam. id eſt per aduerſa et
proſpera: deduc nos in refrigeriũ.
Proſperitati opponitur conſilium vt
homo expediat ſe a laqueis diuitiaꝝ
a grauedine temporalium. ⁊ faciat ſi
bi amicos de mammona iniquitatis
Unde ait dominus Luce. xij ¶ Uen
dite que poſſidetis: ⁊ date elemoſinaꝫ
facite vobis ſacculos qui non veteraſ-
cunt: theſaurum indeficientem in ce
lis quo fur non appropiet. neqꝫ tinea
corrumpit. Unde eccleſiaſtici. xxix.
¶ Elemoſina viri quaſi ſacculus cuꝫ
ipſo. ⁊ gratiam hominis quaſi pupil
lam conſeruabit: ſed temporalium a-
matores non acquieſcunt huic ſeculo conſilio
Unde dicitur eis prouerbioꝝ. priõ.
¶ Deſpexiſtis omne conſilium meuꝫ
⁊ increpatiões meas neglexiſtis. ego
quoqꝫ in interitu veſtro ridebo ⁊ ſub
ſannabo cum vobis id quod timeba
tis aduenerit.
Aduerſitati opponit᷑ fortitudo. Un
de puerbiorum. xxviij. ¶ Juſtꝰ qua
ſi leo cõfidens abſqꝫ terrore erit. Ro
manos. viij. ¶ Quis nos ſeparabit a

I

caritate xpriſti tribulatio. an anguſti
a. an perſecutio. an fames. an nuditas
an periculum. an gladius. Gregoriꝰ
Juſtorum fortitudo eſt carnem vin
cere. proprijs voluptatibꝰ contraire.
delectatõnem vite preſentis extingue
re. huius mundi aſpera pro eternis
amare premijs. proſperitatis blandi
menta. ↄtemnere. aduerſitatis motũ
in corde ſuperare.

¶ Contra dyabolum dãtur duo dona.
ſcilicet intellectus ⁊ ſapientia. Duobꝰ
enĩ modis aggreditur nos dyabolus
ſcilꝫ aſtucia ⁊ violentia. Unde in pſal
mo vocatur leo ⁊ draco. leo eſt in per
ſecutione. draco in tranquillitate.
Aſtucie opponitur intellectus. cuius
eſt intus legere. id eſt inſidias ⁊ verſu
cias deprehendere. Unde ſecũda ad
corinth. ij. ¶ Non circumueniamur
a ſathana. non enim ignoramꝰ aſtu-
ciam eius. Geneſis. iij. ¶ Serpens e-
rat callidior cunctis animantibꝰ ter
re. vbi dicit beatus bernardus. Jlle
inſanabilis homicida primis paren-
tibus noſtris. non vrſos. non leones.
non fortia terre animalia delegauit:
ſed tortuoſum ⁊ callidum ſerpentem
qui per fumoſa volumina nũc caput
cauda. nunc caudam capite tegere cõ
ſueuit. Caput cauda tegit: quãdo ma
lum ſuggerit ſub ſpecie boni: utpote
periurium pro vitanda damnatione
proximi. ſortilegium pro reconcilia-
ne viri ⁊ vxoris. Caudam autem capi
te tegit: quando bonum ſuggerit. ut
pote eminentiam vite vel dignitatis:
intendens precipitare in barathrum
maioris tranſgreſſionis. Unde dicit᷑
Mathei. iiij. ¶ Statuit dominum

R

me. x. precepit moyſi. Fac tibi duas tu
bas argenteas quibus conuocare poſ
ſis multitudinem. Augꝰ. Multi mini
mi dum conueniunt fiunt magni. ⁊
impoſſibile eſt multoꝝ preces nō ex
audiri. Prouer. xviij. ¶ Frater qui
adiuuatur a fratre quaſi ciuitas fir
ma ⁊c.

E

Quinto ꝓpter diuinam inhabitatio
nem. ꝙ deus domum ſibi dicatam ⁊
orantes in ea quadā gracia ſpirituali
cuſtodit ⁊ viſitat. Unde ait ezechielis
xliij. ¶ Fili hominis locus ſolij mei.
⁊ locus veſtigioꝝ pedum meoꝝ: vbi
habito in medio filioꝝ iſrahel.

¶ Sexto ꝓpter frequentiam angeloꝝ
⁊ effugationem demonum ꝙ locum
benedictuꝫ: ⁊ orantes in eo angeli fo
uent. ⁊ demones abhorrēt. Unde de
angelis ait pſal. ¶ Preuenerunt prin
cipes ↄiūcti pſallentibꝰ. vbi dicit ber
nardus. O ꝙ felix eſſes ſi ſpūalibus
oculis intueri poſſes quō preueniūt
principes ↄiuncti pſallētibꝰ: videres
ꝓculdubio qua cura. quo tripudio
interſunt cantantibus. aſſiſtunt oran
tibus. aſſunt meditantibus. Hos con
templatur pſalmiſta cum dicit ¶ In
conſpectu angelorum pſallam tibi.
Criſoſtomus vero ait. ꝙ nō audeo ac
cedere vbi reponitur corpus xpiſti.
⁊ celebrantur diuina miſteria. Gene
ſis. xviij. ¶ Quā terribilis eſt locꝰ iſte
non eſt hic aliud niſi domus dei: et
porta celi.

Qualiter autem ſit orandū exemplo
publicani oſtenditur: qui in ſpiritu
humilitatis ⁊ in animo contrito deū
ſibi ꝓpicium exorauit. propter quod
iuſtificari meruit. ſed ꝙ omne bonū
per oppoſitum pulchriꝰ eluceſcit. pri
mo introducitᷣ phariſeus qui iactan
ter ſe extulit. ꝓpter qd̄ diuinum iudi
cium nō placauit: ſed potiꝰ irritauit.
Publicanus aperte malus. phariſeꝰ
ficte bonus deſignatur Sed ſicut ait
Jheronimus. In comparatione du
orum maloꝝ minus malum eſt aper
te peccare: ꝙ ſanctitatem ſimulare.

Job.xxiij. ¶ Simulatores ⁊ callidi ꝓuocant iram dei. Superbia phariſei in tribus exprimit.

¶ Primo in ſtatu: corporis cum dicit. Phariſeus ſtans: cum dicatur pſa. xlviij. ¶ Vultu in terra dimiſſo adorabunt te. Eccleſiaſtici. xxix. ¶ Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.

Secundo in elatione mentis cum dicitur. apud ſe orabat. tanq̄ ſibi placēs Grego. Oratio hominis placentis ſibi non aſcendit ad deum: non tamen inuenitur oraſſe: ſed tantū ſe laudaſſe ⁊ oranti inſultaſſe.

¶ Tercio in iactura oris cum dicit. Deus: gratias tibi ago. Ecce vſurpat ſibi hoc quod ꝓprie eſt perfectorum: cū dicat eccleſiaſticus. xv. ¶ Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Commēdat etiam ſe ab omnimoda bonitate. Primo. quia malum non fecit cū dicit. Quia non ſum ſicut ceteri hoīes: raptores. id eſt nō peccaui in ꝓximū. iniuſti. id eſt non peccaui in deū. adulteri. id eſt non peccaui in meipſum Omnes ſunt tales. ego ſolꝰ ſum iuſtꝰ velut etiam hic publicanꝰ. ex vicino publicano creuit ei tumoris occaſio. quia ut ait gregorius. Incentiuū elationis reſpectus deterioris. ſicut cautela humilitatis conſideratio melioris. Deinde commendat ſe de bono quod fecit cum dicit. Ieiuno bis in ſabbato. id eſt in ebdomada. in quo oſtendit q̄ bene ordinatꝰ eſt ad ſeipſum. Decimas do omnium que poſſideo. in quo oſtendit q̄ bene ordinatus eſt ad deum. ſed poſſumus ei dicere Tu de te teſtimonium perhibes phariſee. teſtimonium tuum non eſt verum. Prouerbio. xxvij. ¶ Laudet te alienus ⁊ non os tuum. extraneus: ⁊ non labia tua In tribus iſtis peccauit. quia ceteros cōtempſit. de bonis proprijs ſuperbiuit. peccata propria non attendit: cum dicatur yſaye. xiiij. ¶ Ab aquilone fumus veniet. id eſt a dyabolo temptatō procedet que obſcurat intellectum. ⁊ ſtupidum reddit affectum. ⁊ non eſt qui effugiat agmen eius. quia in multis offendimus omnes. prima Iohis. i. ¶ Si dixerimus. quia peccatum nō habemꝰ ipſi nos ſeducimus. ⁊ veritas in nobis non eſt. Job. xv. ¶ Quid eſt homo ut immaculatꝰ ſit. ⁊ ut iuſtus appareat natus de muliere. vbi dicit alia littera. ¶ Nemo mundus a ſorde nec infans cuius vniꝰ diei vita eſt ſuper terram.

¶ Huic penitus contrarius extitit publicanus: qui coram deo nihil niſi peccata ſua reſpicere voluit. Unde publicanus a longe ſtans: tanq̄ pollutus. quia peccauerat in ſeipſum. Ecce pudor. nec oculos ad celum leuabat. q̄ offenderat deum. ecce timor. ſed percutiebat pectus ſuum. quia leſerat ꝓximum. ecce dolor. Auguſtinꝰ Quid eſt pectꝰ tundere: niſi arguere quod latet in pectore. ⁊ euidente pulſu occultum caſtigare peccatum. Stabat igitur a longe non audens appropinquare ſanctis. quia ſe reputabat immundum. Dederat namq̄ ſalomon quatuor oracula ante templum. Primum in quo erat lauatorium et altare eneum. ⁊ ibidem orabant ſacerdotes.

¶ Secundum iuxta illud. in quo ora

bant viri.
Tercium illud in quo orabant muli
eres.
Quartum in quo orabant immũdi
⁊ gentiles. In hijs diſtinguunt᷑ qua
tuor genera orantiũ
Immundi ſunt adhuc exiſtentes in
mortali: qui debent orare ut mundē
tur a peccato. Iuxta illud pſalmiſte.
¶ Amplius laua me ab iniquitate me
a: ⁊ a pctõ meo munda me.
Per mulieres notantur illi qui tãtuȝ
mundati ſunt a peccatis: verumtamē
debiles ſunt ad bene agendum. Iſti
debent orare ut roborentur in opere
bono. Unde dicitur eccleſiaſtici .xxx-
viij. ¶ Fili in tua infirmitate ne de-
ſpicias teipſum: ſed ora dominum: et
ipſe curabit te. ¶ Per viros notãtur
fortes in bono opere: qui poſſunt cuȝ
apoſtolo dicere ad philippenſes quar
to ¶ Omnia poſſum in eo qui me cõ
fortat.

¶ Per ſacerdotes notantur contempla
tiui qui domino iugiter offerunt ſa-
crificium laudis in oratione ⁊ deuo-
tione mentis. De quibus yſaye. lxi.
¶ Uos ſacerdotes domini vocabimi
ni miniſtri dei noſtri dicetur vobis.
Hijs quatuor generibus hominum
competunt illa quatuor que diſting-
uit apoſtolus. i. thimo. iij. ¶ Obſecro
primo omnium fieri obſecrationes.
orõnes. poſtulationes. gratiarumacti
ones. Obſecrationes competunt exñ:
tibus in peccato. Eſt enim obſecratõ
adiuratio ꝑ amouẽdis malis. Sicut
enĩ cum ſeruus offendit dominũ nõ
audet per ſe accedere ad rogandum:
ad mediatorem accedit. ita ⁊ peccator

obſecrat deum ꝑ amotione culpe: nõ
per ſe: ſed per ſanctos. cum dicit San
cte petre. ora pro nobis. Itẽ per paſſi
onem ⁊ crucem tuam. libera nos do-
mine. quod tale eſt ut ait beatus ber
nardus. ac ſi latro deprehenſus ⁊ iam
vicinus ſuſpendio: nec inueniens in
eo vnde miſericordiam deprecetur:
extendit brachia ⁊ dicat. Sic paſſus
eſt xpriſtus. ut ad pietatem moueat
circumſtantes. ¶ Orationes compe
tunt iam conuerſis: ſed adhuc infir-
mis. Eſt enim oratio de bonis dan-
dis in via. ſcilicet virtutibus ⁊ bonis
operibus. ¶ Poſtulationes autem
competunt bene agentibus. Eſt enĩ
poſtulatio de bonis dandis in patri-
a: que ſciliȝ iam iuſtis gloria celeſtis
datur ¶ Gratiarumactiones com-
petunt contemplatiuis. Sunt enim
de bonis datis cum ad ſingula que-
qȝ benedicitur ipſe deus in donis ſu
is ⁊c̃.

¶ Sequitur. Nolebat ad celuȝ oculos
leuare. ſe cognoſcebat ingratum be-
neficijs celeſtibus ⁊ diuinis. Unde
dicit beatus Bernardus. Qua frõ-
te oculos attollam ad vultum tam
boni patris tam malus filius. pudet
indigna geſſiſſe generi: non pudet
tanto patre vixiſſe degenerem. exitus
aquarum educite oculi mei. operiat
confuſio faciem meam. vultum me-
um pudor ſuffundat. occupatqȝ cali-
go. deficiat in dolore vita mea ⁊ anni
mei in gemitibus.
Nolebat etiam oculos ſuos leuare
ad celũ. quia propoſuerat terrena ce
leſtibꝰ. ⁊ tranſitoria ſempiternis q̃d
fieri non debet. cum dicat Salomõ

k

Proverbiorum.xxv. Celum ſurſum
⁊ terra deorſum. Unde pſalmiſta
Quid enim mihi eſt in celo ⁊ quid
a te volui ſuper terram. quaſi diceret
Penitens cur reliqui tam magna ꝓ
tam modicis. Percutiebat pectus ſu
um argués ſe de duricia lapidei cor
dis ſui. Iohelis.ij. ¶ Scindite corda
veſtra ⁊ non veſtimenta veſtra. In
tonſione pectoris tria notantur Ict9
Sonus ⁊ Tactus. In ictu contritio
que quaſi comminuit In ſono confeſ
ſio que dulciter ⁊ delectabiliter can
tat in aure dei. In tactu ſatiſfactio
Nã in collectione digitorum expri
mitur congeries bonorum operum
In pectore quoqꝫ notatur diſcretio.
quia penitencia debet eſſe diſcreta
Romanos.xij. Rationabile ſit obſe-
quium veſtrum. Preter hec. in tonſi
one pectoris notatur relaxatõ venali
uꝫ que octo modis ſiue remedijs di
mittuntur. ſ. Generali confeſſione
Pectoris tonſione. Aque benedicte
aſperſione. Cordis contritione. Doi
ca oratione. Epiſcopali conſignatiõe
Sacerdotali benedictione. Sacra
ꝯmunione. Elemoſinarum largitio
ne. ⁊ Iniuriarũ ꝯdonatione. Unde
verſus. Confiteor tondo. reſpargor
conteror oro Signor edo dono. per
que venialia pono ¶ Nunc ad ꝯſidẽ
rationem ipſius orationis accedam9
ſcꝫ. Deus propitius eſto mihi pecca
tori. Oratio iſta breuis eſt ⁊ magne
virtutis. vnde ſancti patres taleꝫ ſta
tuerunt ſibi modum orandi. vt qui
libꝫ. primo tñ dicto ſymbolo. quaſi r̃
cenſito ſue fidei fundamento dicat
ter. Qui plaſmaſti me miſerere mei.

l

Et Deus ꝓpicius eſto mihi peccato
ri. ⁊ compleat orationem dominicaꝫ
cum gemitu ⁊ contritione cordis
Et ſi locum ⁊ tempus habuerit dep̃
cetur beatam virginem. ſanctos quo
qꝫ apoſtolos ⁊ martires vt itercedãt
pro eo. ⁊ armata fronte ſigno ſancte
crucis. eleuatiſqꝫ in celum oculis. ma
nibus ⁊ corde deo gracias agat. Un
Innocencius primus ait Commonẽ
di ſunt fideles vt generaliter a mini
mo vſqꝫ ad maximum diſcant domi
nicam orationem ⁊ ſimbalum quo-
niam in hijs duabus ſentencijs om
nis fidei criſtiane fundamentũ in-
cumbit. ⁊ niſi quis has duas memo-
riter tenuerit. ⁊ ex toto corde credi-
derit ⁊ orationem ſepiſſime frequen
tauerit catholicus verus eſſe non po
terit.

¶ In hac oratione primo captat beni
uolenciã. cum dicitur. Deus. Quam
uis hoc vocabulum. deus. domini
cam excellenciam predicet. ex diuer
ſis tamen adiunctis diuerſam habet
ſignificationen. ſignat enim diuinaꝫ
potenciam. vt ibi. In principio crea
uit deus celum ⁊ terram

¶ Item ſapienciam. vt ibi. Deus docu
iſti me a iuuentute mea.

Item iuſticiam. vt dicitur. Exodi. x
x. ¶ Ego ſum deus zelotes viſitans
iniquitatem patrum in filijs.

¶ Item miſericordiam. vt hic. Deus
propicius eſto mihi peccatori. quaſi
tu qui ſũme miſericors es ⁊ clemens
Unde ſcḋm [illegible]amaſcenum triplicem
habet interpretationem

¶ Interpretatur enim curans. quod
pertinet ad potenciaꝫ. videns. quod

pertinet ad ſapienciam. quaſi diceret publicanus. Peccaui contra poten-ciam patris per infirmitatem. ⁊ ideo tu qui ſumme potens es cōforta me. Peccaui contra ſapienciam filij per errorem. Jdeo tu qui ſumme ſapiēs es doce me. Peccaui contra bonitatē ſpiritusſancti. per maliciam. Jdeo tu qui ſumme bonus es ignoſce mihi. Deinde implorat miſericordiam. cū dicit. ꝓpicius eſto mihi quem feciſti quem aſſumpſiſti ⁊ redemiſti. cui ſpiritum ſanctum miſiſti. cui gloriam promiſiſti. ¶ Hanc formam ſeruat eccleſia in letanijs. cum dicit. ꝓpicius eſto. parce. ⁊c. Dicitur aūt ꝓpicius a ꝓpe. ꝙ deus aꝓpinquat ad peccatorē per effectum mīe. non valentem ad ſe accedere. ꝓpicius autem eſt. non ſolum ignoſcendo. Jutta illud Qui ꝓpiciatur omnibus iniquitatibus tuis. ſꝫ etiam vlciſcendo. Unde Deꝰ tu ꝓpiciꝰ fuiſti eis. ⁊c. Quia ex magna mīa eſt ꝙ caſtigat ne nos peccare delectet.

¶ Tercio oſtendit ſuam miſericordiā cum ſubdit. peccatori. quaſi diceret. Jniquitatem meam agnoſco. ⁊c. Nec ait peccanti. ſed peccatori. vt grauius ſe accuſet. Unde dicitur. Prouerbiorum. xiiij. Juſtus in principio accu-ſator eſt ſui. ⁊ ideo deuote orauit. ⁊ ſe ipſum accuſauit. ideo iuſtificari promeruit. Unde ſequitur Amen amen dico vobis deſcendet hic iuſtificatꝰ in domum ſuam ab illo. comparatione illius qui ⁊ magnitudine tumo-ris phariſeyi magni apparet iuſtificacio publicani. vnde Judith. vi. Jntuere ſuperbiam illorum. ⁊ reſpice humilitatem noſtram.

Eſt autem duplex iuſtificatio Una a culpa. Alia a pena per ſatiſfactionē De prima Ezechielis. xvij. Quacunꝙ hora peccator ingemuerit iniquitum eius non recordabor.

De ſcda. Jſaie. xl. Dimiſſa iniquitas illius. id eſt purgata ⁊ ſoluta per penas. ⁊ ideo quia ſuſcepit de manu dī duplicia pro omnibus peccatis ſuis ſcꝫ tribulationem in corpore. ⁊ anguſtiam in mente

¶ Dominica xij. Ad Corinthios tercio

Fratres Fiduciam talem habemus per criſtum ad deum. Non ꝙ ſufficientes ſumus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis Sed ſufficiencia nr̄a ex dō eſt Qui ⁊ idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. non littera. ſed ſpiritu. Littera em̄ occidit. ſpiritꝰ autē viuificat. ꝙ ſi miniſtratio mortis litteris difformata in lapidibus fuit in gloria. ita vt filij iſrahel non poſſent intendere in faciem moyſi ꝓpter gloriam vultus eius que euacuatur. quomō nō magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria

¶ Euangelium. Marci vij

In illo tempore exiens iheſus de finibus tyri. venit per ſydonē ad mare galilee. inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei ſurdum ⁊ mutum. ⁊ deprecabantur eum vt imponat illi manum. Et appreben-dens eum de turba ſeorſum. miſit digitos ſuos in auricalas eius ⁊ exſpuens tetigit linguam eius. ⁊ ſuſpici-ens in celum ingemuit. ⁊ ait illi

Effeta qđ eſt ad aperire. Et ſtatim
aperte ſunt aures eius Et ſolutum ē
vinculum lingue eius ⁊ loquebatur
recte ⁊ precepit illis ne cui dicerent.
Quanto autem eis precipiebat. tāto
magis plus predicabant. ⁊ eo ampli
us āmirabantur dicentes. Bene oīa
fecit. ⁊ ſurdos fecit audire. ⁊ mutos
loqui.

¶ Dominica .xij.

Sermo nonageſimuſquintus

¶ De euangelio.

Exiens ihēſus de fini
bus. Tyri. venit per ſydonē
ad mare galilee. inter medi
os fines. ⁊c. ¶ In preſenti officio a
gitur de reparatione humana. ſ. de
reparatione per graciā que fit in p̄
ſenti. ⁊ de reparatione per gloriam i
futuro ¶ De prima agitur in euan
gelio. vbi dominus curat ſurdum ⁊
mutum. quia ſicut ait. Jeronimꝰ. Ge
nus humanū tanꝗ̄ vnus hō varia
peſte conſumptus. in prothoplauſto
cecatur dum pomū videt. ſurdus fit
dum vocē mulieris audit. odoratꝰ
dum odoratur emungitur. immute
ſcit dum loquitur. Mancus fit dum
manum ad pomum erigit. ad amo-
rem temporaliu m incuruatur dum
ſuperbe aduerſus dominum erigit᷑.
Ydropicus fit dum concupiſcit. clau
dus fit dum ad arborem progredi
tur. lepra ſuffunditur dum veſte in
nocencie nudatur. demoniacus fit.
dum diuitatem appetit. morte mori
tur. dum ſe audacter excuſat. ⁊ culpā

ſuam in deum refundit. Ab hijs pe
ſtibus nos criſtus per graciam libe
rat

¶ De ſcđa reparatione agitur in epiſto
la. in qua intendit apoſtolus per mł
ta argumenta confirmare credentes
in fide generalis reſurrectionis. ve
rum quia vtraqꝫ reparatō fit in vni
tate eccleſie. Jdeo canitur in introitu
miſſe. Deus in loco ſancto ſuo. licēt e
nim deus vbiqꝫ ſit per preſenciam. ſi
cut ipſe ait. Jeremie. xxiij. Celum ⁊
terram impleo. tamen in hoc. ſ. in ec
cleſia ſpecialiter eſt per graciam. Hic
etiam fideles colligit in vnitate fidi
⁊ amoris. vnde ſequitur. deus qui ī
habitare facit vnius moris in domo
Juxta illud Actuum. iiij. Multitudi
nis credencium erat cor vnum ⁊ aiā
vna. i. intellectus in fide ⁊ eadē vo
luntas in caritate. ⁊ licet modo in in
firmitate ſint. quia paſſibiles ⁊ mor
tales. ipſe tamen dabit virtutem vt
ſint impaſſibiles. ⁊ fortitudinem. vt
ſint immortales. quod erit in reſurre
ctione. quando nouiſſima inimica đ
ſtruetur mors. Jn hoc igitur euan-
gelio tres perſone diſtinguuntur. ſcꝫ
Medentis. Languentis. ⁊ intercedē
tis. Medicus eſt criſtus. Languens
ſurdus ⁊ mutus. Intercedentes ſunt
deprecantes pro eo.

¶ Circa medicum notatur ſollicitudo.
viſitandi infirmos. cum dicitur. Ex
iens ihēſus đ finibus tyri. venit per
ſydonem. ¶ In quibus verbis no-
tatur ꝙ a quibuſdam recedit. per q̄ſ
dam tranſit. ad quoſdam accedit. Re
cedit ab obſtinatis. ꝙ ſicut ait Job. x
xi. Dixerunt domino deo. recede a no
bis ſcienciā viaꝝ tuarum nolumus.

trāſit per inconſtantes. quia ſicut ait
Luce.viij. Ad tempus credūt
Accedit moraturus ad perſeuerātes
ſicut ait Johannis decimoquarto
Veniemus ⁊ manſionem apud eum
faciemus. Tyrus nanq; interpretat̄
anguſtia in qua plurimi infirmant̄
Quia multiplex anguſtia
Primo rei temporalis. De qua. pri
mo Regum.xxij. Conuenerunt ad
dauid qui erant in anguſtia conſtitu
ti ⁊ oppreſſi ere alieno ⁊ amaro ani-
mo. Multi enim ſic anguſtiantur de
paupertate temporalium ꝙ de alio
non cogitant vel loquuntur Unde
Eccleſiaſtici. xxvij. ¶ Sicut in per
cuſſura cribri permanebit puluis. ſic
opera hominis in cogitatu illius. ꝙ
eiecto frumento gracie de corde hoi
nis non remanet in eo niſi cogitatio
rei temporalis
Scdo pene corporalis. Unde ſaul a
it ad adoleſcentem. ſcdo Regum.i.
¶ Sta ſuper me ⁊ interfice me. quo
niam tenent me anguſtie. ita ⁊ multi
deſiderāt mori vt preſentes dolores
finiant. ⁊ de doloribus ſempiternis
non cogitant. Unde dicitur Amos.
quinto. ¶ Ve deſiderantibus diem
domini vt quid eam vobis
¶ Tercio diuiſiones cordis. De qua di
citur. Iſaie.xxviij. ¶ Coanguſtatum
eſt ſtratum. ita vt alter decidat ⁊ pal
lium breue vtrumq; operire non po
teſt
¶ Stratum eſt conſciencia que ſponſū
⁊ adulterum. id eſt criſtum ⁊ diabo
lum ſimul non valet admittere.
Pallium breue amor. quia non po-
teſt amari deus ⁊ diabolus ſimul

Quia ſicut ait poeta. Scampno bip
tito quaſi nens diſcumbit vtriq;
Alterius vires ſubtrahit alter amor
Quarto remordentis conſciencie
De qua dicitur. Eccleſiaſtici. decio
tercio. ¶ Beatus qui non eſt ſtimu
latus in triſticia delicti. quem non r̄
mordet conſciencia pro delicto ali-
quo. quoniam ſicut dicit gloſa ſuper
illud. adiutor i tribulationibus que
inuenerunt nos nimis. nulla maior
tribulatio. ꝙ delictorum conſciencia
Quinto accidie. De qua dicitur Ec
cleſiaſtici triceſimo. ¶ Triſticiam nō
des anime tue. ⁊ non affligas teipſū
in conſilio tuo. id eſt in cogitatu tuo.
Unde ⁊ accidia diffinitur a Dama
ſceo. Afflictio ſiue triſticia aggrauās
⁊ hoc eſt infirmitas religioſoꝝ qui
deſignati ſunt in helya. De quo dici
tur.iij. Regum. decimonono. Qui
cum fugerꝫ a facie ieſabel in deſerto
proiecit ſe ad vmbraꝫ iuniperi. ⁊ pe
tijt anime ſue vt moreretur.
¶ Per iuniperum notatur religio. ꝙ
ſub cinere illius conſeruatur ignis ꝑ
annum. ita ⁊ feruor in religione nu
tritur. ſed multi non proſpiciunt ad
vmbraꝫ iuniperi. quia torpent a bo
no opere refrigente feruore
Quos angelus id eſt gracia excitat.
mouens vt ſurgant. ⁊ comedant pa-
nem ſubcinericium. id eſt cogitent
criſtum pro ſe tot oppbria paſſum. ⁊
hoc eſt aqua lacrimarum. nec ſemel
de criſto cogitare ſufficit. ſed frequē
ter donec veniamus ad montem dei
oreb. id eſt ad menſam celeſtis glorie
vbi plene reficiemur
¶ Fines harum triſticiarum ſunt mo

E

tus dſperationis. quia non habet vl
tra diabolus in hac vita quo valeat
impellere peccatorem. Unde Abdi
as. ¶ Uſq; ad terminum dimiſerunt
te viri federis tui. id eſt demones
Sydon interpretatur venatio
Ubi notandum ꝙ venator criſtus
homo. id eſt diabolus. Criſtus vena
tur animas hominum ad ſalutem ꝑ
predicatores ſuos. De quibus dicit
Jeremie. decimoſexto. ¶ Mittam ve
natores meos ⁊ venabuntur eos de
omni monte ſuperbie. ⁊ de omni col
le auaricie. ⁊ de cauernis petrarum
luxurie. ¶ Unde ⁊ ciuitas andree ⁊
petri dicta eſt betſayda. id eſt domus
venationis.
Venator quoq; diabolus ad perditi
onem. Unde dicitur Eccleſiaſtici. xx
vij. ¶ Leo venationi inſidiatur ſem
per. ⁊ ſpecialiter quos reputat quaſi
delicias. Unde dicitur Eccleſiaſtici.
xiij. ¶ Venatio leonis onager i here
mo. Item Abbacuck. i. Incraſſata eſt
pars eius ⁊ cibus eius electus
Venantur etiam homines ſuperbi
prelationes. Luxurioſi carnales de
lectationes. Auari diuicias tempora
les
¶ Primi ſignantur per nemproth.
De quo dicitur. Geneſis. x. ¶ Ipſe ce
pit potens eſſe in terra. ⁊ erat robu
ſtus venator coram domino. id eſt
excitator ⁊ oppreſſor hominuʒ amo
re dominandi.
Scdi ſignantur per lamech. qui pri
mꝰ bygamiam introduxit. cā carnalꝭ
dilectionis. tales ſunt hodie qui nō
ſūt ꝯtenti ꝓprijs vxoribꝰ. niſi vt ha
beant ꝯcubinas ¶ Tercij ſignantur
per eſau qui intentus venationi be

F

nedictionem patris amiſit. ita ⁊ mul
ti propter ſollicitudinem lucri tem
poralis amittunt benedictionem et
ne hereditatis Mare galilee ſignat
penitentes propter triplicem amari
tudinem. ſ. cordis oris ⁊ operis.
Habet enim amaritudinem cordis i
cordis contritione Unde Iſaie. xxx
viij. Recogitabo tibi omnes annos
meos in amaritudine anime mee
Item amaritudinem oris in confeſ
ſione. Unde dicitur Job. vij. Non ꝑ
caʒ ori meo. ſicut ille qui cauſa pudo
ris peccatum ſuum non exprimit
Loquar in tribulatione ſpiritus me
i quod eſt contra illos ⁊ illas in qui
bus plus appareʒ in confeſſione riſus
ꝙ luctus. Fabulabor cum amaritu
dine anime mee ſingulas circumſtan
cias confitendo. ¶ Item amaritudi
neʒ operis in ſatiſfactione. pro eo ꝙ
non pōt tm̄ ſatiſfacere quantum eſti
mat ſe teneri. Ruth. i. Ne vocetis me
noemi. i. pulchrā. ſ; vocate me mara. h̄
eſt amarā. qꝛ valde amaritudine re
pleuit me omnipotens. egreſſa plena
⁊ vacuā reduxit me dn̄s. Galilea in
terpretatꝰ tranſmigratō. vel rota. vel
reuelatio. In tranſmigratione no
tatur ſtatus incipientium qui trāſmi
grantꝰ de vicijs ad virtutes. Ezechi
elis. xij. Fili hoīs fac tibi vaſa tranſ
migrationis. ⁊c̄. In rota ſtatus pro
ficientiū. qui ex oī parte voluuntur
⁊ nullo angulo elationis īpediuntur
iter ꝓſpera ⁊ aduerſa. Ezech. i. Quo
cunq; ibat ſpiritus illuc ⁊ rote. ⁊c̄.
In reuelatione ſtatus perfectoꝝ qui
bꝰ deꝰ r̄uelat archana ꝯſilij ſui Joh.
xv. Uos aūt dixi amicos. qꝛ oīa que
audiui a p̄re meo notum feci vobis.

G

Sed quoniam deus omnem ſtatuz
preſentis vite imitari regulis ſue le
gis recte adiungitur. Inter medios
fines decapoleos. Decapolis eſt regnū
decem ciuitatum. ⁊ ſignat caritatem.
in q̄ pendet tota lex ⁊ prophete. Ro
manos. xiiij. Plenitudo legis eſt dile
ctio. ⁊ recte dicit medius finis. quia
vt dicit Ariſtotiles. virtus eſt media
inter ſuperhabundāciam ⁊ defectuʒ
Unde dicitur. Canticorum. iij. Me
dia caritate conſtrauit ⁊ ibi. mediuʒ
tenuere beati

Circa languidum notatur defectus
quantum ad ſermocinationeʒ quod
eſt proprium hominis in quo maxi
me precellit brutis. Hoc enim quod
mutus nouerat patens ad proferen
dum. In eo ꝙ ſurdus non erat po
tens ad recipiendum ſiue intelligen
dum prolata. vnde nō ſine cauſa qui
dam philoſopi portam mentis voca
uerunt auditum. Et eſt notandum
ꝙ naturaliter ſurditas ſequitur mu
titatem Nam omnis naturaliter mu
tus per conſequens erit ſurdus. ⁊ h̄
eſt quia nerui procedētes ad linguā
continue ſunt in origine neruis ad
aures peruenientibus Unde opilato
neruo lingue circa principium neceſ
ſe eſt ⁊ opilari neruos aurium

Spiritualiter vero fit econuerſo
Nam qui ſurdus eſt in audiendo ne
ceſſe eſt vt ſit mutus in docendo. Ec
cleſiaſtici. v Eſto manſuetus ad audi
endū verbum dei. vt intelligas ⁊ ſa
piencíam. proferas reſponſum verū
⁊ hac de cauſa iſte prius dicitur fuiſ
ſe ſurdus. deinde mutus. Et nota ꝙ
ſicut dicit Ariſtotiles Inſtrumentuʒ

h

auditus natura poſuit in medio ro
tunditatis capitis. vt homo audiat
circumquaqꝫ. De quo dicitur Iaco
bi. primo. ¶ Sit omnis auteʒ homo
velox ad audiendum

Primo debemus audire verbum p̄
dicationis. quia dominus ait Luce.
xi. ¶ Beati qui audiunt verbuʒ dei
⁊ cuſtodiunt illud. Sed iam pauci
ſunt qui velint illud audire. Unde
dicitur. Jeremie. vi. Conſtitui ſuper
eos ſpeculatores. ⁊ dixi. audite voceʒ
tube. ⁊ dixerunt non audiemus. vn
de contra tales adducit in teſtimoni
um reginam auſtri. que venit a fini
bus terre videre ſapienciam ſalomo
nis.

Scd̄o debemus audire clamorem
dominice paſſionis. De quo ad he
breos. quinto. Cum clamore valido
⁊ lacrimis preces offerens exauditꝰ
eſt pro ſua reuerencia. Hunc clamo
rem audiuit terra ⁊ tremuit. audiuit
ſol ⁊ obſcuratus eſt. Item audierunt
petre ⁊ ſciſſe ſunt. Item audierūt
monumenta ⁊ aperta ſunt. Ne ſis er
go terra inſenſibilior. lapide durior.
ſepulchris deſperatior. Sed multi
hoīes hunc clamorem expellunt deſi
derio terrenorum. Unde ait. Job. x
vi. ¶ Terra ne operias ſanguineʒ me
um neqꝫ inueniat locum in te latēdi
clamor meus

Tercio debemus audire clamorem
damnationis eterne comminationis.
De quo dicitur. Jeremie. xv. A faci
e manus tue ſolus ſedebam quoniaʒ
comminatione repleſti me.

Item dicitur. Job. xxvi. Cū vix pu**ā**
ſtillā ſermonis eius audierimꝰ. quis

I

poterit tonitrum magnitudinis ei9
intueri per ſtillam primus aduent9
per tonitruum ſcd̃s deſignatur. vnď
ſicut ait idem. xxvij. Tonabit voce ſu
a mirabiliter. Ite maledicti in igné
eternum. ⁊ tunc ſicut ait. Sophonie
primo. Vox clamoris erit a porta pi
ſcium. ⁊ vlulatus. a ſcd̃a porta piſciũ
dicuntur oculi propter curioſitatem
a qua erit clamor quando dampnati
videbunt omnia ſcelera ſua. Porta ſe
cunda auditus a qua erit vlulatus
qñ contra eos ſentencia terrifice dat̃
Quarto vocem pauperis. ⁊ ipſe cla
mabit ⁊ non exaudietur. ſicut i diui
te qui nec guttam aque potuit impe
trare. quia ſicut dicitur. Jacobi. ij.
Judicium ſine miſericordia fit ei. ⁊c̃
Quinto precationem offendentis
Unde Ecci. xxxix. Relinque proxio
tuo nocenti te. ⁊ tunc deprecanti tibi
peccata ſoluentur. Mathei. vi. Si nõ
dimiſeritis hominibus. nec pater ve
ſter dimittet peccata veſtra. Qui hos
clamores non audit ſurdus eſt apd̃
deum. Mutus vero dicitur qui ex
defectu virtutis motiue vel alicui9
inſtrumenti leſione ſermone caret.
Apud deuȝ vero mutus eſt quantũ
cũq; laq̃tur. qui vtilia non loquitur
Pſalmiſta. Quoniam tacui ab accu
ſatione peccati populi a laude dei ab
edificatione proximi. inueterata ſũt
oſſa mea. i. inferior fortitudo debili
tata. dum clamareȝ tota die. gloſa ibi
tacuit. vnde proficeret. nõ tacuit vn
de deficẽt. Et nota ꝙ homines vtũ
tur tm̃ ſermone. quia illi bene loquũ
tur qui ymaginem dei in ſe cuſtodi
unt. ceteri vero quaſi animalia bruta

K

irracionabilia clamorem emittunt
Superbus enim rugit vt leo. Unď
Prouerbiorum. xxviij. Leo rugiẽs
⁊ vrſus eſuriens principes ipſius ſu
per populum pauperem Luxuri
oſus hynnit vt equus Unde dicitur
Jeremie. v. Equi amatores femīas
emiſſarij facti ſũt. vnuſquiſq; ad vx
orem proximi ſui hynniebat
Auarus vlulat vt lupus. Unde Oſe
e. vij. Non clamauerunt ad me ī cor
de ſuo. ſed vlulabant in cubilibus ſu
is Inuidus ⁊ d̃tractor ſibulat ve
lut ſerpens. Unde dicitur Sophoni
e. ij. Omnis qui tranſit per eam ſi
bulat. Eccleſiaſtici. x. Si mordeat ſer
pens in ſilencio nihil eo minus habȝ
qui occulte detrahit.
Tales quantumcunq; clament muti
ſunt. nec intelligunt a domino
Pſalmiſta. Iniquitatem ſi aſpexi in
corde meo non exaudiet deus
Circa interceſſores notantur duo
Primo enim adducunt languidum
ad iheruſalem. Deinde orant pro eo
cum ipſe pro ſe non poſſit orare
Primo em̄ per tales deſignantur p̄
lati ⁊ ſacerdotes q̃ verbo exhortatio
nis exemplo boni operis ⁊ affectu
pie compaſſionis tenẽtur ducere pec
catores ad criſtum Unde Joſeph ait
Geneſis. xliiij. Non videbitis faci
em meam niſi adduxeritis fratrem
veſtrum minimum vobiſcum. quia
dampnabile eſt prelato ſi vel vn9 ex
ſibi commiſſis propter ei9 negligen
ciam amittatur
Sed quidam per praua exempla
potius ducunt animas ſubditorum
ad interfectorem. ꝙ ad ſaluatorem.

De quibus. Ozee. ix. Effraym addu
cet ad interfectores filios ſuos. Vn
de talibus conqueritur dominus E
zechielis. xxxiiij. Quod infirmũ fu/
it non conſolidaſtis. quod confractũ
fuit non alligaſtis. ⁊ quod abiectum
fuit non reduxiſtis. ⁊ quod perierat
non queſiuiſtis

¶ Item decem ſunt que ad criſtum ad
ducunt

¶ Primum eſt virtus predicationis
Vnde Actuum. ij. Hijs auditis com
puncti ſunt corde

¶ Secundum exemplum bone operati
onis. Prouerbiorum. xxvij. Ferruz
ferro acuitur

¶ Tercium eſt virtus alterius oratio/
nis. Vnde. Luce. xix. Domine dimit
te eam ⁊ hoc anno.

¶ Quartum familiaritas viri ſpiritua
lis. Vnde Ruth ait. noemi. Populꝰ
tuus. ⁊ populus meus. ꝛc.

¶ Quintum eſt elemoſina Actuum x.
Orationes tue. ⁊ elemoſine tue aſcen
dunt in conſpectu dei.

¶ Sextum miracula. Vnde de paulo
dicitur Actuum. ix. Et circumfulſit
eum lux de celo

¶ Septimum eſt paupertas rei tem/
poralis. pſalmiſta. Imple facies eoꝝ
ignominia. ꝛc.

¶ Octauum Infirmitas corporalis
Pſalmiſta Multiplicate ſunt infirmi
tates eorum. ꝛc.

Nonum eſt timor mortis Pſalmiſta
Cum occideret eos querebant eum.

Decimuz eſt anguſtia tribulationis
Vnde Iſaie. xxvi. Domine in angu
ſtia requiſierunt te.

¶ Secũdo tenentur orare pro ſubditis
Vnde de aaron legitur. Numeri. x
vi. Stans inter mortuos ac viuẽtes
pro populo deprecatus eſt ⁊ plaga
ceſſauit. Mortui ſunt peccatores. orã
da eſt remiſſio prope viuentes iuſti
quibus orandũ eſt augmentuz gra
cie. ſed dicit beatus Gregorius Quo
modo alijs veniaz poſtulat qui vtrũ
ſibi iudex ſit placatus ignorat. cuncti
liquido nouimus. quia cum his qui
diſplicet ad intercedendum mittitur
irati animus ad deteriora prouocatᷣ
Proinde debent eſſe familiares deo
qui ex officio intercedere tenentur
pro populo. Vnde de eodem aaron
legitur Sapiencie. xviij. Per incen/
ſum deprecationem allegans reſiſtit
ire. ⁊ finem impoſuit neceſſitati oſtẽ
dens quoniã tuus eſt famulus alᷣ ñ
videret ſe diſponere inmedio pro po
pulo. Sed modo quia tales non ſũt
conquerit deus. Ezechielis. xxij.
Queſiui de eis virum qui īterpone
ret ſepem ⁊ ſtaret oppoſitꝰ contra me
pro terra ne diſſiparem eam. ⁊ non i
ueni. Similiter conqueritur domi/
nus. Iſaie. lxiiij. Non eſt qui inuocet
nomen tuum. qui conſurgat ⁊ teneat
te. ſicut moyſes. cui dicebat dominus
Exodi. xxxij. Dimitte me vt iraſcatᷣ
furor meus. contra populum iſtum
vt deleam eos. quaſi diceret. tu tenes
me precibus tuis. ⁊ in hoc dedit ei
fiduciam exorandi. ⁊ impetrandi. ſi
cut ſi aliquis volens verberare filiũ
diceret ſedenti iuxta ſe. dimitte me vt
verberem eum. quodammodo hor
taretur illum ad ſe exorandum pro
filio. Vnde ⁊ moyſes allegans popu
lo ait. aut dimitte eis hanc noxam.
aut ſi non facis dele me de libro quẽ
ſcripſiſti. quaſi diceret. ſic impoſſibile

N O

eſt ꝗ me deleas.ſic ōnino non impoſ
ſibile fieri quin eis dimittas.ecce q̄n
tum valet oratio viri iuſti ſed nō ſicut
ait pſa.lviij. ¶ Apportatus eſt domin9
id eſt depauperatus eſt domin9 ⁊ mu
datus a populo ſuo.quia non eſt qui
occurrat. Ad horum ergo preces cu
rauit dominus languidum. In cui9
curatione ſex feciſſe legitur.

¶ Primo enim apprehendit eū de tur
ba ſeorſum. In quo notatur ſeparatō
a malorum ſocietate:quia ſicut ſeneca
ait. Magna pars ſanctitatis eſt horta
tores inſanie reliquiſſe. Ihere.xlviij.
¶ Relinquite ciuitates:⁊ habitate in
petra habitatores moab. ꝙ munda
na conuerſatio ſemper fugienda eſt
animo:licet quādoqꝫ expediat corpo
re a malorum conſortio ſeparari. Un
de legitur ꝗ beatus arſenius cū eſſet
in palacio regis:orauit. Domine diri
ge ad ſalutem.⁊ venit ad eum vox di
cens. Arſeni fuge homines.tace. qui
eſce.⁊ ſaluus eris. Nam ſicut ait bea
tus anthonius qui ſedet in ſolitudie
⁊ quieſcit a tribus periculis eripit̄.
auditus.locutionis.⁊ viſus. Sequit̄
in autoritate.⁊ habitate in petra.id ē
in xp̄o per meditationem paſſionis il
lius.⁊ eſtote quaſi columba in gemi
tu compunctionis:nidificās ſummo
ore foraminis:per expectatores mor
tis ⁊c̄.

¶ Secundo miſit digitos in auriculas
eius.in quo notatur immiſſio gratie
Manus enim in quinqꝫ diuiditur di
gitos. ⁊ quilibet digitus in tria diui
ditur.oſſa videlicet ⁊ iuncturas: pre
ter pollicem:qui diuiditur in duo.
Eodem modo in manu gratie ſunt
quinqꝫ digiti.

Primus pollex.ſcilicet potentia poſſe
reſiſtere malo.⁊ exercitari in bono.
Philippen̄.iij. ¶ Oia poſſum in eo
qui me ꝯfortat.
Secundus eſt index . ſcilicet ſciencia
que dat cognoſcere amatorē.redemp
torem ⁊ benefactorem. Deuterono.
xxxij. ¶ Utinam ſaperent redempto
rem:⁊ intelligerent creatorem. ac no
uiſſima ꝓuiderent.ſ.benefactorē.
Tercius eſt medius.ſ.benignitas que
dat diligere deum.ſe ⁊ ꝓximum. Ma
th.xxij. ¶ Diliges dn̄m deum tuum
ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua.⁊ ꝓ
ximū tuum ſicut teipſū. De hijs tri
bus digitis pſa. xi. ¶ Quis appendit
tribus digitis molem terre.ſcilicet ai
ma peccatoris ſuſpendens a terrenis
vim iraſcibilē per potentiā rationabi
lem.per ſcientiam ꝯcupiſcibilem per
beniuolentiam .

¶ Quartus eſt medicus.ſcꝫ pnīa:cuius
partes ſunt contritio.confeſſio ſatiſſa
ctio. hoc digito eijciunt̄ demonia.i.
peccata.

¶ Quintus eſt auricularis.ſcꝫ obedien
tia ꝓhibitionum.preceptoꝝ.⁊ conſili
orum. In duob9 premiſſis eſt obedi
entia neceſſitatis .
In tercio caritatis. de qua p̄.petri.i.
¶ Caſtificantes animas veſtras in o
bediētia caritatis. hoc digito primo
tangit dominus peccatorem . Unde
pſalmiſta ¶ In auditu auris obedi
uit mihi .

¶ Tercō expuens tetigit linguam eius
In quo notatur infuſio ſapiētie.que
notatur in ſputo quod procedit de o
re. Unde ſapientia dicit Eccleſiaſtici
xxiiij. ¶ Ego ex ore altiſſimi prodij.
Et notandum ꝗ ſapiētia ſpiritualis

illuminat intellectum: ut dirigat viatorem ad terminū. ⁊ hoc ſignatuꝫ eſt in illuminatione ceci per linitionem ſputi. Joh. x. Jtem mouet affectum ex preguſtatione ſuauitatis eterne ne torpeat in operatōne. ⁊ hoc ſignificatum eſt in hoc loco in tactu lingue. Lingua em̄ eſt inſtrumentum guſtꝰ ⁊ iſte ſenſus nō niſi in extremitate illius ſicut ait ariſtotiles. vnde extremitatem lingue huius muti tetigit xpriſtus.

¶ Quarto ſuſpexit in celuꝫ: docens nos dirigere intentionem ad finem: ut eterna bona deſideremus ⁊ affectemus Jſaye. xl. ¶ Leuate in excelſuꝫ oculos veſtros.

¶ Quinto gemuit: docens nos flere ꝓ deſiderio patrie. ⁊ incolatu preſentis miſerie. pſalmiſta ¶ Heu mihi. ꝙ incolatus meus ꝓlongatus eſt.

Sexto ait effeta quod eſt adaperire. quod verbuꝫ quante potentie fuerit: patet cum ſubditur. Et ſtatim aperte ſunt aures eius: ut per eas verbuꝫ vite intraret ad animam Jſa. l. ¶ Dominus deus aperuit mihi aures ¶ ⁊ ſolutum eſt vinculum lingue eius. et loquebatur recte. Recta locutio eſt: cum os concordat cordi ⁊ operi. Unde ⁊ rectum dicitur cuius mediū nō exit ab extremis. Medium eſt locutō Extrema ſunt voluntas ⁊ opus. Mathei. vij. ¶ Non omnis qui dicit mihi domine domine ⁊c̄. Jheronimus Beata lingua que nunꝙ̄ niſi de deo nouit conſtruere ſermonem. Jſaye. l. ¶ Dominus dedit mihi linguam eruditam ⁊c̄.

¶ Dominica decimatercia.

Epiſtola. Galath. iij.

Fratres. abrahe dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊ ſemini eiꝰ Non dicit. ⁊ ſeminibꝰ: quaſi in multis: ſed quaſi in vno. ⁊ ſemine tuo qui eſt xp̄us. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum a deo: que poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta eſt lex. Non irritum faciet ad euacuandam ꝓmiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas: iam non ex ꝓmiſſione Abrahe autem per repromiſſionem donauit deus Quid igitur lex. ꝓpter tranſgreſſiones poſita eſt donec veniret ſemen cui ꝓmiſerat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator aūt vnius non eſt. deus autem vnus eſt. Lex autem aduerſus ꝓmiſſa dei. abſit. Si enim data eſſet lex que poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato: ut ꝓmiſſio ex fide Jheſu xp̄i daretur credentibus.

Euangelium Luce. x.

In illo tempore. Dixit iheſꝰ diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico aūt vobis. ꝙ multi reges ⁊ ꝓphete voluerūt videre que vos videtis ⁊ non viderunt. ⁊ audire que auditis ⁊ non audierunt. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit: temptans eum dicens. Magiſter quid faciēdo vitam eternam poſſidebo. At ille dixit ad eum. Jn lege quid ſcriptū eſt.

Quomodo legis Et ille reſpondens dixit. Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo et ex tota aīa tua et oībus viribus tuis. et ex omni mente tua. et ꝓximum ſicut teipſum Dixitq; illi Recte rndiſti. hoc fac et viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum: dixit ad iheſum. Et quis eſt meus ꝓximus. Suſpiciens aūt iheſus dixit. homo quidaʒ deſcendebat ab iheruſalem in iherico: et incidit in latrones qui etiam deſpoliauerūt eū. et plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit aūt ut ſacerdos quidā deſcenderet eadē via. et viſo illo preteriȷt Similiter et leuita cū eſſet ſecus locum: et videret illū pertranſiȷt. Samaritanꝰ autem quidā iter faciens venit ſecus eū. et videns eū miſericordia motꝰ eſt ſuper eum. Et appropians alligauit vulnera eius. infundens oleū et vinū et imponens in iumentū ſuum duxit in ſtabulū et curam eius egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios: et dedit ſtabulario et ait. Curam illius habe et qḋcunq; ſupererogaueris ego cuʒ rediero reddā tibi Quis hoꝝ trium videt̄ tibi fuiſſe primus illi q̄ incidit i latrones At ille dixit. Qui fecit miſericordiā in illum. Et ait illi iheſus. Uade et tu fac ſimiliter.

¶ Eodem die.

Sermo. xcvi. de euangelio.

Beati oculi qui vidēt que vos videtis. In precedēti dominica agitur de inſufficientia legis. et de perfectione euangelice gratie. lex tibi non erat ſufficiens ad ſalutem. ſicut oſtenditur in euangelio hodierno in perſona hoīs ſauciati: quem ſacerdos et leuita. ſcilicȝ miniſtri veteris teſtamenti. de quoꝝ imperfectione iam dictum eſt in epiſtola. viderunt et cogitare non valuerunt. ſed pius ſamaritanus. id eſt xp̄s per incarnationem appropians: ſauciato oleum miſericordie. et vinum gratie vulneribus eius infudit. et curam eius egit. Unde in perſona illius clamat eccleſia in introitu miſſe. Deꝰ in adiutorium meum intende. vbi implorat auxilium gratie contra omnis legis. intentionem fomitis et aſſultus hoſtis: quoniam cum tardat miſericordia creſcunt tormenta orat ſibi celeriter ſubueniri per incarnationem filij dicens. Domine ad adiuuandū me feſtina. Et nota ſicut dicit ibi gloſa. ꝙ hic verſiculus ad omnes horas in inicio dicitur. quia cum orare debemus maxime tunc temptare nitit̄ dyabolus vt muſce morientes perdūt ſuauitatem vngenti. quare ante omīa contra illius aſſultus auxilium a deo poſtulemus. Concordat igitur euangelium cum epiſtola. quoniam ibi apoſtolus ꝯparat et prefert miniſtros euangelij miniſtris veteris teſtamenti. hic vero xp̄iſtus beatiores eſſe dicit apoſtolos regibus et prophetis cū ait. Beati qui vident que vos videtis Duplex autem eſt beatitudo. Una per gratiam. Altera per gloriā. Una in via. altera in patria. De beatitudine patrie dicit pſalmiſta ¶ Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. hec autem beatitudo conſiſtit in duplici ſtola. ſcilicet anime et corporis.

B

Quantum ad premiū ſubſtantiale ⁊ accidentale. De ſubſtātiali dicit yſayas. Sedebit populꝰ meus in pulchritudine pacis ⁊c̄. vbi triplex gloria anime in hoc premio deſignatur. ſcilicet.

Plenitudo dilectionis in rationabili: habita ex aſpectu candoris lucis eterne. ibi in pulchritudie pacis. quia ita implebitur rationalis dilectione ex aſpectu illiꝰ pulchritudinis. quod penitus pacificabitur. nec extēdetur eius appetitus ad delectandū in alio

Plenitudo dilectionis in iraſcibili: habita ex ſecuritate gaudij interminabilis. ibi. In tabernaculis fiducie. Tabernaculum non retardat ingreſſum lucis ad inhabitantes Et per ingreſſuꝫ lucis certitudo ſignat̄. In tabernaculis igitur fiducie ſignatur fiducia certitudinis gaudij interminabilis. Hic habemus fiduciaꝫ preſumptionis. ibi autem ſecuritatis.

Plenitudo dilectionis in concupiſcibili. habita ex guſtu opulentie diuine bonitatis. ibi. Et in requie opulē ta. Et dicitur requies opulenta. quia in ea concupiſcibilis penitus requieſcit. cuius premiū eſt ſubſtantiale.

Eſt etiam ⁊ aliud premium. ſcilicꝫ accidentale ex pluribus gaudijs augmentantibus. que ſunt. Hoſtium ſuperatio. Bonorum aſſociatio. diuine laudis continuatio.

Primum hoſtium ſuperatio: ut poſſint inſultando dicere. Ubi eſt mors victoria tua. prima ad corinthios decimoquinto

Secundo bonorum aſſociatio. Unde dicitur apocalipſis. xix. Gaudeamus ⁊ exultemus ⁊ demus gloriaꝫ ei quia venerūt nuptie agni. ⁊ vxor eiꝰ preparauit ſe. Tunc verum erit illud quod dicitur ad Epheſios. i. Iam non eſtis hoſpites ⁊ aduene: ſed eſtis ciues ſanctoꝝ ⁊c̄.

C

Tercio diuine laudis cōtinuatio. qđ dictum eſt ſuperius Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Dicit ibi gloſa. Hoc enim agunt. hoc eſt ibi totum negocium ſanctorum. ſcilicet laudare deum. Unde bernardus. Nō quero gloriaꝫ ut penas vitē m. vel ut in celis regnem. ſed ut te cum illis laudem. De quibus dicitur. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ex quo patꝫ ꝙ actus lingue quo ad locutionem erit in patria: cum ſit actus dignitatis. nec eſt ibi per indigentiam exprimendi deſideria: ſed propter beatificationem interpretatiue. in perfectōne diuine laudis. quoniā ſicut ait auguſtinus. incipit in hac vita: ſed perficitur in eterna gloria.

De beatitudine vie ſubiungit pſalm. Beatus vir cuius eſt auxiliuꝫ abs te. contra labores huius ſeculi. aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. ſ. gradus quibꝰ aſcendit ad gloriā. Gradꝰ iſti ſūt octo virtutes quas enumerat math. v. Unde ezech. xl. Octo gradibus aſcendebatur ad templum.

Prima virtꝰ eſt ꝯtemptus terrenoꝝ ꝑpter deuꝫ. qđ eſt ſummū bonū: que virtꝰ paupertas ſpūs noiatur Unde Beati pauperes ſpū: qm̄ ipſoꝝ eſt ⁊c̄. Ihero. Hūc dico veꝝ pauperem qui nec hꝫ nec ꝯcupiſcit Talis paupertas

Dõ 13

D

amabilis.commendabilis⁊ amplexa
bilis eſt. Seneca. Nemo alius eſt deo
dignus:ꝙ qui opes contemnit.
Item paupertas ſecura⁊ expedita eſt
Iuxta illud. Cantabit vacuus coram
latrone viator. ¶ Item paupertas
ſcd̄m philoſophum eſt odibile bonū
mater rerum.curarum remiſſio.ſapi
entie reparatio.negociū ſine damno
abſq₃ calumnia poſſeſſio.ſine ſollicitu
dine felicitas.

¶ Secunda virtus eſt ſuſtinentia leſio-
num ſine contradictione.⁊ manſuetu
do vocatur. Unde. Beati mites:quo
niam ipſi poſſidebunt terram. Unde
ſm diffinitionē.manſuetudo eſt vir
tus qua ſe homo tolerabilē reddit: et
conformem xp̄o.

¶ Tercia virtus eſt deſtructio peccato-
rum per zelum in ſe⁊ in alijs.⁊ voca
tur luctus. Unde. Beati qui lugent
quoniam ipſi conſolabuntur.

¶ Quarta virtus eſt compaſſio animi:
cum voluntate ſupplendi.⁊ vocat̄ mi
ſericordia. vnde. Beati miſericordes
quoniam ipſi miſericordiam conſequē
tur. Unde ſcd̄m damaſcenum. Miſe-
ricordia eſt clemens⁊ equalis in om
nes dignatio.⁊ in afflictos compaſſibi-
lis animi inclinatio.

¶ Quinta virtus eſt deſiderium ꝓfici-
endi ſemper in melius.⁊ vocatur eſu
ries ſitis iuſticie. Unde. Beati qui e
ſuriunt⁊ ſitiunt iuſticiam: qm̄ ipſi ſa-
turabuntur.

¶ Sexta virtus eſt abiectō cunctarum
ſordium ab intellectu.⁊ affectō ad vi
dendum⁊ diligendum ſummū bo-
num.⁊ vocatur mundicia cordis Un
de. Beati mundo corde quoniam ip
ſi deū videbunt. Unde yſidorus. Mū

E

dicia eſt obſeruantia integritatis ho-
minis vtriuſq₃ intuitu diuini amoris
Septima virtus eſt delectatō in deo
ſine contradictione carnis.mundi. et
dyaboli.⁊ vocatur pax. Unde. Beati
pacifici.quoniam filij dei ⁊c̄. Unde
ſm auguſtinū. Pax eſt ſerenitas mē
tis. tranquillitas animi. ſimplicitas
cordis.amoris vinculum. conſorciū
caritatis.

¶ Octaua virtus⁊ vltima eſt voluntari
a ſuſtinentia mortis pro xp̄iſto.⁊ vo
catur perſeuerantia maxima abſq₃ di
latione introducit in regnū.⁊ ita pa
tet ꝙ beatitudo gratie via eſt ad bea
titudinem glorie. ſicut ait pſalmiſta.

¶ Ibunt de virtute in virtutem vide
bitur deus deorum in ſyon. Utraq₃
vero beatitudo ſurgit a viſione dei. il
la a viſione per ſpeciem. Iohis.x. hec
eſt vita eterna:ut cognoſcant te ſolum
deum. Iſta a viſione per fidem. ſicut
habetur Beati oculi qui vident que
vos videtis. Scd̄m ꝙ ait beatus am
broſius ſuper pſal. beati immaculati.
Omnes volunt eſſe beati:etiam mali.
Et ratio eſt. quia homo creatus eſt
ad habendam beatitudinem.et ideo
appetitus beatitudinis naturaliter im
preſſus eſt ei. verumtamen non om-
nes ſciunt que ſit via ad beatitudinē
vel in quo ſita ſit beatitudo Unde bo
ecius Mentibus hominum veri boni
naturaliter ē inſerta cupiditas.ſed ad
falſa deuius error adducit.ut ad mo
dum ebrij quo tramite domū reuer
tantur ignorent Inde eſt ꝙ quidam
querunt eam in diuitijs. quidam in
honoribus. quidā in voluptate car
nis. De quibus dicitur Prouerbio-
rum primo ¶ Mane conſurgent⁊ nō

inuenient me. Propter hoc ipſa beati
tudo dignata eſt deſcendere ad miſe
riam noſtram: non ſolum ut viam no
bis oſtenderet: ſed ut ipſam beatitu
dinem quodammodo viſibilem exhi
beret. Et hoc eſt quod ait diſcipulis
Beati oculi qui vident que vos vide
tis. Sed diceres. Aut loquitur de vi
ſione corporali qua videbunt huma
nitatem. aut de ſpirituali qua videbũt
diuinitatem. Si de corporali: ergo
fuerunt iudei qui viderunt ⁊ crucifi
xerunt. vel pilatus qui vidit ⁊ dãp
nauit. quod manifeſte falſum eſt: cũ
ipſe dicat de nobis Johis. xx. ¶ Bea
ti qui non viderunt ⁊ crediderunt.
Si vero intelligatur de ſpirituali vi
ſione. nõne patriarche ⁊ prophete vi
derunt eum per fidem: cum ipſe do
minus dicat Johis. ix. ¶ Abraham
pater veſter exultauit ut videret diẽ
meũ: vidit ⁊ gauiſus eſt. quare ergo
ſubdit ¶ Multi reges ⁊ prophete vo
luerunt videre que vos videtis ⁊c.
Propter hoc dicendum eſt ꝙ nõ lo
quitur tm̃ de viſione corporali. ſed de
viſione corporali coniuncta ſpiritua
li qua viderunt diuinitatem ⁊ huma
nitatem. ſicut ait Johis pri. ¶ Vidi
mus gloriam eius: gloriã quaſi vni
geniti a patre. i. ſigna ineffabilia diui
ne potentie: ſpecialiter gloriam tranſ
figurationis. gloriã reſurrectõnis at
ꝗ aſcenſionis in celum. ⁊ miſſionem
ſpiritus ſancti: per que innotuit eſſe
filius dei. Unde fiducialiter nobis
annuncians ait prima Petri primo.
¶ Quod fuit ab inicio. id eſt verbũ
eternum. quod audiuimus in lege ⁊
prophetis promiſſum. quod vidimꝰ
oculis noſtris ſenſibiliter. quod pro
ſpeximus diligenter indagatione. et
manus noſtre contrectauerũt ex ma
gna familiaritate ante reſurrectionẽ
⁊ poſt: ex ipſa vita manifeſta eſt per
miracula que geſſit in carne. Hec om
nia vidimus ⁊ teſtificamur ſecure. et
annunciauimus vobis vitam eternã
Iſtud prophete deſiderauerunt ⁊ nõ
viderunt niſi a longe per quaſdam
ſpecies. ſicut moyſes per rubum ardẽ
tem ⁊ non comburentẽ: preuidit vir
ginis partum. ⁊ abraham in oblatio
ne yſaac. ⁊ immolatione arietis preui
dit modum dominice paſſionis. Si
militer vbi tres angelos vidit. ⁊ vnũ
ſolummodo adorauit. intellexit filiũ
incarnandum. ⁊ leges ⁊ prophete in
carnationi eius teſtimonium perhi
bentes. ſed dulcius ex ipſo fonte bibẽ
tur aque. ⁊ quo ad hoc beati dicun
tur apoſtoli quibus hoc fuit conceſ
ſum: ut tam preſentialiter viderẽt ſpe
cioſum forma pre filijs hominum.
cuius pulchritudinem ſol ⁊ luna mi
rantur. tam familiariter ei adhere
rent ut verba vite ab illius ore ſuſcipe
rent. ſigna ⁊ miracula cernerent. dul
cedinem conuerſationis eius guſta
rent. Unde non mirum ſicut ait Jhe
ronimus ut nec puncto temporis pa
terentur ab eius facie ſeparari. Et
dicitur hic beatitudo quies deſiderij
ex preſentia xpriſti corporali ſimul et
ſpirituali. Nec ſolummodo apoſtoli
beati: ſed omnes etiam qui viderunt
ſpiritualiter: quod ipſi viderunt pre
ſentialiter. Unde ſignanter dominꝰ
ait ¶ Beati oculi qui vident que vos
videtis. Propter hoc mundemus

oculos mentis. intellectum ſcilicet et affectum ad videndum ⁊ diligendū eum. Nam ſicut ait mathei. v. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. Sed notandum ꝙ quidam contemnunt videre ipſum. ſicut iudei ⁊ infideles: qui dicunt. grauis eſt nobis ad videndum. Quidam vidēt ipſum ⁊ ſpernunt. ſicut herodes. Luce. xxiij. Tales ſunt litterati qui vidēt ipſum per ꝓfunditatem ſcientie. ſed contemnunt mandata eius adimplere. De quibus Job. xxi. Dixerunt deo. recede a nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quidam vidēt ipſum ⁊ diligunt. ſicut apoſtoli ⁊ omnes electi qui vident eum per intellectum. diligunt per affectuꝫ. De quibus prouerbioꝝ. viij. Ego diligentes me diligo. Debemꝰ ergo in xpriſto videre paupertatem in preſepio Luce. ij. Jnuenietis infantem pannis inuolutum: ⁊ poſituꝫ in preſepio. Manſuetudinem in conuicio. Johis. x. Ego demonium non habeo. Luctum in compaſſione. Luce. xix. Uidit ciuitatem ⁊ fleuit ſuper illā. Eſuriem iuſticie in predicatione Johānis. iiij. Cibus meus eſt ut faciam voluntatem patris mei qui in celis eſt. Humilitatem in orōne. Luce xxiij. Pater dimitte illis. non enim ſciunt quid faciunt. Martirium in paſſione. Trenorum primo. Uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus ut hoc imitandum oſtendamus ad beatitudinem eterne patrie. Quā nobis preſtare dignetur: pater ⁊ filius ⁊ ſpiritꝰ ſanctus. Amen.

Eodem die.

Sermo. xcviij. de euangelio.

Homo quidam deſcendebat ab iheruſalem in ihericо. ⁊ incidit in latrones. Jn hac parabola quadruplex ſtatus hominis deſignatᷣ ſm quatuor tempora que fiunt a principio mundi vſq ad finem. ſcilicet deuiationis. reuocationis. reconciliatōnis. ⁊ peregrinationis. Tempus deuiationis fuit ab adam vſq ad moyſen. Unde roma. v. Regnauit mors ab adam vſq ad moyſen Tēpus reuocationis a moyſe vſq ad xpriſtum. quia per legem ⁊ ꝓphetas a peccato deꝰ homines reuocauit. Tempus reconciliationis a natiuitate xpi vſq ad miſſionem ſpiritꝰ ſancti. quia per ea que xp̄us geſſit in carne reconciliauit nos deo patri. Tempus peregrinationis a miſſione ſp̄us ſancti vſq ad diem iudicij dum peregrinatur preſens eccleſia in hac vita. Premittitur igitur de ſtatu deuiationis cum dicitur. Homo quidam deſcendebat ab iheruſalem. Homo iſte fuit ab adam: qui a gloria paradiſi cecidit in exilium huius mundi a ſtatu felicitatis ⁊ imortalitatis ī miſeriam huius vite mortalis. Et notantur hic mala in que cecidit homo per peccatum.

Primum eſt amiſſio eterne quietis: que eſt paradiſꝰ ſpiritualis. quod notatur ibi. deſcendit ab iheruſaleꝫ: que interpretatᷣ viſio pacis. quī perdidit pacem peccator. ſicut deplorat iob. iij. Nunc auteꝫ. ſcilicet ſi non peccaſſet

primus homo dormiens ſomno contemplationis. ſilerem in intellectu a ſtrepitu mundi. ⁊ requieſcerem in affectu ab omni motu concupiſcentie carnalis.

¶ Secundum eſt defectus omniū bonorum. quod notatur. in ierico. qđ interpretatur defectus quia omnib9 indigꝫ ⁊ aliunde cum labore cogitur mendicare: utpote victum a terra. veſtitum ab animalibus. amminiculū a iumētis. Inde eſt illud poeticum. Veſtes quas gerimus ſordida lana fuit. Unde increpat dominus iactantiam diuitum huius mundi. Apocalipſ. iij. Dicis ꝙ diues ſum ⁊ locupletatus. ⁊ nullis egeo. ⁊ neſcis quia tu es miſer ⁊ miſerabilis. pauper. ⁊ cecus ⁊ nud9 Seneca. Si quem vere vis eſtimare: nudum inſpice. ponat patrimonium ⁊ honores. ⁊ alia fortune mendacia. profecto ſicut ait poeta. Moueat cornicula riſum furtiuis nudata coloribus.

¶ Tercium eſt oppreſſio malorum ſpūum. quod notatꝛ ibi. incidit in latrones. i. in poteſtate demonum per conſenſum ꝓprium. Unde iob. xix. ¶ Simul venerunt latrones ⁊ fecerunt ſibi viam per me. quia per primuꝫ parentem inuaſerunt totam poſteritatē. Et dicuntur latrones a latendo propter inuiſibilitatē nature. Unde pſalmiſta ¶ Inſidiatur quaſi leo in ſpelūca ſua. Item ꝙ inueſtigant occulta noſtra. Unde abdie ¶ Scrutati ſunt eſau. inueſtigauerunt abſcōdita ei9 Quartum eſt amiſſio gratuitorū bonorum. quod notatur ibi. qui etiam deſpoliauerunt eum veſtimentis gra

tie. ⁊ innocētie. ⁊ immortalitatis: que tunc erat. ſcilicet poſſe nō mori. quia modo nemo eſt qui viuit: ⁊ non videbit mortem. Unde dicitur trenorꝫ primo ¶ Manum ſuam miſit ad omnia deſiderabilia ei9. Hinc eſt ꝙ queretur domino nudum ſe eſſe conqueritur Geneſis. iij. Nam ſicut ait beatus bernardus. quatuor virtutibus fuit indutus primus homo in exordio ſue creationis.

¶ Prima fuit miſericordia: que protegebat eum tanꝗ̄ pedagogus. ⁊ ſeruabat vbiqꝫ. Hanc amiſit mulier cum exarſit in concupiſcentia ſua: ut nec ſibi nec viro. nec filijs vniuerſis parceret Similiter detruſit: cum indignationi diuine mulierem obiecit: quaſi p9 tergum eius volens declinare ſagittā dicens ¶ Mulier quam dediſti mihi dedit mihi ⁊ comedi.

¶ Secunda fuit veritas: que tanq̄m eruditus inſtruebat eum in agnitionem ſumme perducere veritatis. Hanc autem amiſit mulier: cum dyabolo plus ꝗ̄ deo credidit mendaciū ſuadenti. Similiter ⁊ adaꝫ vbi culpā erubuit ɔfiteri.

¶ Tercia fuit iuſticia que tergebat euꝫ ne inſipiens eſſet: ut faceret malum. Hanc autem homo amiſit: cum eua ſerpentis. adam mulieris voci obediuit plus ꝗ̄ diuine

¶ Quarta fuit pax: que fouebat et delectabat eū: ut nec int9 pugne: nec foris eſſent timores Hanc autem homo amiſit protinus cum peccauit. quia non eſt pax impijs dicit dominus. Iſaye quadrageſimooctauo. Unde ſtatiꝫ fugerunt a facie domini. quia

D

legem contrariam ſenciebant in mē
bris ſuis

¶ hanc itaqꝫ recuperare non valuit ni
ſi criſtus ſua amitteret indumenta.ſi
cut enim viuificare in anima.niſi in
teruenïente corporali morte non po
tuit ita nec reueſtiri ſine ſpoliatione
ip̄ius Unde ꝛ in quatuor partes ſūt
domini veſtimenta diuiſa. vel latro
nes fratrum vicia tanq̄ ſatellites ma
gni latronis.quibus ille magnus p̄
do tradidit hominem ſpoliandum.
Superbia nāqꝫ abſtulit homini pal
lium humilitatis. De quo ſecundo
Regum decimonono ¶ Operuit he
lias vultum ſuum pallio.
Inuidia abſtulit ei tunicam longani
mitatis. De quo dicitur Geneſis tri
ceſimoſeptimo ¶ Fecit ei tunicam po
limitam.

¶ Auaricia abſtulit ei burſam largita
tis. De qua. Eccleſiaſtici. decimoſep
timo ¶ Elemoſina viri quaſi ſacculꝰ
cum ipſo
Ira abſtulit ei balteuꝫ fortitudinis
De quo dicitur. Geneſis.xlix. Gad
accinctus preliabatur ante eum.
Accidia abſtulit ei camiſiam eterne
iocunditatis. De qua precepit domi
nus moyſi. Exodi.xxviij. vt faceret a
aron lineam ſtrictam

¶ Gula abſtulit ei calciamenta morti
ficationis de pedibus De quibꝰ
dicitur. Exodi.xvij. Facies filijs aa
ron femuralia linea vt operiant car
nem turpitudinis ſue.

¶ Quintuꝫ vulneratio ſiue debilitatio
bonorum naturalium. quod notat̄
ibi.ꝛ plagis impoſitis.omnibus mē
bris hominis vulnus infligit

¶ Vulnerata eſt anima vitatione per

E

ignoranciam
In memoria per impotenciam
In voluntate per maliciam. Unde
dicitur. Iſaie primo. Omne caput lā
guidum.ſ.liberum arbitrium.quod
torpet a bono.ꝛ omne cor merens.ſ.
acumen rationis que hebes eſt ad
omne conſilium.a planta pedis vſqꝫ
ad verticeꝫ capitis non eſt in eo ſani
tas.quia vndiqꝫ feruet concupiſcen
cie maluꝫ Unde verſus. Non ha
bet in nobis iam noua plaga locum.
Eruerunt quoqꝫ illi oculos intelli
gencie. Pſalmiſta. Lumen oculoruꝫ
meorum non eſt mecuꝫ. Preciderūt
ꝛ aures obediencie.ꝛ nares diſcretio
nis. Iuxta illud. Ezechielis.xxiij.
Naſum tuum ꝛ aures tuas precide
runt. Mutilauerunt linguaꝫ diuine
laudis Pſalmiſta. Obmutui ꝛ ſilui.
Amputauerunt quoqꝫ manus bone
operationis.ꝛ pedes ſtabilitatis.
Iuxta illud Iudicum.primo. Am
putatis manuum ac pedum ſummi
tatibus colligebant ſub menſa cibo
rum reliquias fodrunt.etiam latus
fratne dilectionis. De quo dicitur
Ieremie nono. Unuſquiſqꝫ cuſtodi
at ſe a proximo.ꝛ in omni fratre ſuo
non habeat fiduciam
Vulneratus eſt etiam in capite per
ſuperbiam. Pſalmiſta. Qui oderunt
te extulerunt caput In oculis per
inuidiam. Iuxta illud. Nuſq̄ recta
acies ſed vidit ignarus tabeſcitqꝫ vi
dendo ſucceſſus hominum Unde di
citur. Mathei.xx. ¶ An oculus tuus
nequam eſt.quia ego bonus ſum
Bernardus. Quid eſt inuidere niſi
male videre. In dētibꝰ p irā Act. vij
de btō ſtephano. Stridebāt dētibus

in eum. Pſalmiſta. Peccator videbit ⁊ iraſcetur. dentibus ſuis fremet. ⁊c.
In corde per triſticiam. De qua Eccleſiaſtici. xv. Omnis plaga triſticia cordis eſt
In manibus per auariciam Matbei xij. Ecce homo habens manū aridā.
In ventre per gulam. i. Corinthioꝝ vi. Eſca ventri. ⁊ venter eſcis. deus autem hunc ⁊ hanc deſtruet. Philipenſes. iij. Quorum deus venter eſt ⁊ gloria in confuſione

¶ In renibus per luxuriaꝫ. Pſalmiſta Lumbi mei impleti ſunt illuſionibꝰ Trenorm. iij. Miſit in renibus meis filias pharetre ſue Qđ autem ait abierunt. innuit ꝙ diabolus poſtꝙ vulnerat hominez aliquo vicio recedit ad tempus vt inficiatur totus in eo. ⁊ deinde veniens liberius in aliud vicium trahat. Unde Ozee. vij. Quieuit paululum ciuitas a commixtione fermenti donec fermentetur totum. ⁊ ita ꝙ aliquando ceſſat infeſtatio temptationis non victoria hominis. Unde dicitur. Jeremie. xxxvij. Nolite decipere animas veſtras dicentes. euntes abibunt ⁊ recedent a nobis caldei. quia non abibunt.
Qđ autez ſequitur. ſemiuiuo relicto hoc eſt ꝙ cum ante peccatum viueret homo duplici vita. ſ. nature ⁊ gracie. Nunc viuit tm̄ poſt peccatum vita nature.

¶ Sequitur de ſtatu reuocatiōis. cum dicitur. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcendens eadem via. ⁊c.
In ſacerdote notatur lex ſiue miſtri legis.

¶ In leuita ꝓphete. qꝛ per legem ⁊ ꝓphetas diſpoſuit ad ſe deus hominem reuocare. ⁊ ſpecialiter ſacerdos iſte fuit moyſes legiſlator. quaſi ſacer dux ⁊ ſacra docens. de quo tria dicuntur
Primum eſt ꝙ deſcendebat eadem via a defectu. non ſolum pene. ſȝ etiā culpe. Unde. Iſaie. xliij. Interpretes tui preuaricati ſunt in me. Ubi dicit gloſa. Moyſes ⁊ aaron ad aquas contradictionis Numeri. xx In quo notatᷣ infirmitas legis. que ſicut dicitᷣ hebreos. vij Nemiuem ad perfectū adduxit.

¶ Scđm eſt ꝙ vidit illum. i. fecit illuz vidꝛe vulnera ſua. ⁊ eſt modus locutionis. ſicut ibi Geneſis. xxij. Nunc cognoui ꝙ timeas deum. In quo notatur vtilitas legis. quamuis ſemiplena. qꝛ ⁊ ſi non curaret. tamen oſtendebat peccata ⁊ cohibebat ea.
Unde dicitur ad Romanos. iij.
Per legem enim cognitio peccati Galatas. iij. Concluſit ſcriptura omnia ſub peccato.

¶ Tercium eſt ꝙ cito preterijt. In quo notatur breuitas obſeruancie legalis Fuit enim vmbra ſiue figura future neceſſitatis. Unde ad hebreos. decio Umbram eñ habens lex futuroruȝ bonorum non ipſam ymaginem reꝝ per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs quas offerunt indeſinenter nū ꝙ poteſt accedentes perfectos facere Data enim fuit ſicut dicit beatꝰ Ambroſius. Infirmis in pedagoguȝ. ſuperbis in frenum. duris in flagellū perfectis in ſignum

¶ Similiter et leuite. ſ. corpus prophetaruȝ qui poſt moyſen venerunt ſauciatum per compaſſionem viderunt ſed nullo impenſo auxilio tranſierunt.

Dō 13

h

Sequitur de ſtatu reconciliationis cum dicitur. Samaritanus quidam iter faciens. Samaritanus interpretatur cuſtos ⁊ ſignat criſtum. cui dic Iſa. xxi. Cuſtos qui de nocte. quaſi dicerent. peccatores ad eum clamantes O criſte cuſtos populi tui. qui liberaſti nos ď nocte culpe. in primo aduē tu per graciam. cur non liberes nos de nocte pene per gloriā in ſcđo aduentu. ⁊ dixit. cuſtos venit mane ⁊ nox. quaſi diceret. venit mane proſperitatis. ⁊ nox aduerſitatis. ſi queritis me. in aduerſitate querite. ⁊ in proſperitate tamen conuertimini malū deferendo. ⁊ venite bonum operando. Et dicuntur hic ſer.

Primū eſt ꝙ iter fecit. quia in mūdum venit per incarnationem. ſicut ipſe ait. Johannis. xvi. Exiui a patre ⁊ veni in mundum. Unde dicitur Jeremie. xiiij. Quare quaſi colonus futurus es in terra. ſ. de patria celeſti ďſcendens in peregrinationem huius ſeculi. ⁊ quaſi viator declināś ad manendum. i. tranſiens de populo iudeorum ad populum gentium.

¶ Scđm eſt ꝙ venit ſecus eū per humane paſſibilitatis aſſumptōné. vnď Philipenſes. ij. In ſimilitudine hoīnum factus. Ubi dicit Bernardus hominum ait non hominis. quia ꝑmus homo. nec in carne peccati. nec in ſimilitudine carnis peccati creatꝰ eſt. Criſtus autem in vniuerſali hoīnū miſeria preſſius ⁊ profundius ſe immerſit. ne ſubtilis ille diabolꝰ magnum pietatis deprehenderet ſacramentum. ¶ Tercium eſt ꝙ vidit eum per ꝯpaſſionis affectum. Unde. Ezechielis. xvi. Uidi te conculcari in ſanguine tuo. ⁊ hinc etiam vulneratus clamat ad eum. Trenorū. i. Uide domine ⁊ conſidera q̄m facta ſum vilis.

J

Quarto appꝛopiauit ad eum per paſſionis. ⁊ mortis ſuſceptionem. Pſalmiſta. Ueni in altitudines maris. ſpōte aſcendi in patibulum crucis. vbi guſtaui amaritudinē mortis. ⁊ dimerſit me. ſcilicet. ceditio et impetus iudeorum. ad ſimilitudinem Jone quē cetꝰ abſorpſit. ſed tercia die euomuit

Quinto alligauit vulnera eius per ſacramentorum appoſitionem. quibꝰ quaſi quibuſdam faſcijs peccatorū vulnera cohibentur. Unde dicitur. Iſaie. xxx. Alligauit dominꝰ vulnꝰ populi ſui. et percuſſura plage eius ſanabit eos. Eccleſiaſtici. vi. Uincula illius alligatura ſanitatis. Infundēs oleum et vinum. In oleo miſericordia que generat ſpem. In vino iuſticia q̄ incutit timorē. et recte vtrūq; coniungit ne ſpes degeneret in preſumptione. vel timor declinet in deſperationem. Pſalmiſta. Dulcis et rectus dominus. ſed oleum prefertur et ſuperfertur vino. quia miſericordia ſuperexaltat iudicium. Jacobi. ij Poſtponitur vinū. quia timor cōſeruaturus eſt omnium. Eccleſiaſtici. xxvij. Si non in timore detinueris te inſtanter. cito ſubuertetur domus tua. Bernardus. Infudit oleum meis vulneribus. infudit et vinum. ſꝫ minus ꝙ oleum. ſic nempe congruebat in eis infirmitatibus vt miſericordia ſuperexaltat iudicio quemadmodum vino oleum ſuperfertur infuſum. ¶ Sexto imponens illum

in iumentum ſuum duxit in ſtabulū
⁊ curam eius egit. Hoc iumentū fu
it corpus ipſius. vnde dicit ad patrē
vt iumentum factus ſum apud te
Quia ſicut dicitur .i. Petri .ij. Pecca
ta noſtra pertulit in corpore ſuo ſu-
per lignum. ⁊ quia in nobis. a plāta
pedis vſq; ad verticem non erat ſani
tas. totum corpus proprium flagel
lis ⁊ ſpinis. clauis ⁊ lancea vulnera-
ri permiſit. vt ſic liuore liuorē. ⁊ vul
nera vulneribus pius medicus pro
pulſaret. Stabulum eſt eccleſia in q̄
reficiuntur animalia manſueta
Pſalmiſta. Animalia tua habitabūt
in ea. ¶ Sequitur de ſtatu peregri
nationis. ⁊ altera die. poſt reſurrectiō
nis. ſ. in die glorie. poſt diem miſerie
quia non vacabat ei diutius in terra
morari. cum oportebat eū ad patrē
redire conſummato noſtre redempti
onis opere. Protulit duos denarios
⁊ dedit ſtabulario. ⁊ ait. curam illiꝰ
habe. quia apoſtolis ⁊ eorum ſucceſ
ſoribus claues conceſſit. cum ait. Jo
hannis. xx. Accipite ſpiritum ſanctū
quorum remiſeritis peccata. ⁊c̄
Ubi dicit gloſa. ꝙ due claues ſūt. di
ſcretio ⁊ poteſtas ligandi ⁊ ſoluendi
has miniſtri eccleſie debent exercere
circa curam ſauciati peccatoris. ſ. ad
deum conuerſi. diſcretio iudicando
diuerſitates ⁊ circumſtancias pecca
torum. ſicut dicitur Eccleſiaſtici. xxv
Omnem plagam ⁊ non plagam vidē
bit cordis. i. diſcernet inter mortale
⁊ non mortale. ⁊ omnem nequiciam
⁊ non nequiciam mulieris. id eſt di
ſcernet inter veniale ⁊ non veniale.
quod ex humana fragilitate proce-
dit. omnem obductum ⁊ non obdu
ctum. id eſt diſcernet inter vere ⁊ ſi-
mulatorie penitentes. ⁊ omnem vin
dictam ⁊ non vindictam inimicorū
id eſt diſcernet cui grauis ⁊ cui leuis
ſit penitencia imponenda
¶ Et eſt notandum ꝙ deus primo a
git curam peccatoris culpam remo
uendo. Deinde miniſtri abſoluendo
⁊ imponendo penitenciam Unde
dicitur. Johannis. xi. Ipſe per ſe la
zarum ſuſcitauit
¶ Deinde diſcipulis ſoluendum com
miſit dicens Soluite eum ⁊ ſinite ab
ire In quo patet ꝙ inutiliter exhibe
tur cura miniſtri. niſi ꝑueniat cura
dei. Unde beatus Gregorius Si di
ſcipuli lazarum mortuum ſoluerent
fetorem magis effunderent. quaſ
virtutem. debent inſuper erogare. i.
ſuper bonam vitam ⁊ rectam doctri
nam ad que tenemur opera ꝯſiliorū
addere. ſicut apoſtolꝰ qui etiā a licitis
abſtinebat dicens. prima. Corinthio
rum decimo. ¶ Omnia mihi licent
ſed non omnia expediunt. talibꝰ red
det dominus mercedem laborum ſu
orum cum redierit dicens. Euge ſer
ue bone ⁊ fidelis. ⁊c̄.

¶ Sermo nonageſimuſoctauus
Eodem die de euangelio

Curam illius habe et
quodcūq; ſupererogaueris
reddam tibi Hec ſunt ver
ba ſamaritani. in quibus verbis in
telliguntur verba criſti ad quēlibet
prelatum eccleſie dei. de habenda cu
ra ſubditi ſibi commiſſi. ⁊ continent
in eis tria. ſ. Preceptum. Conſilium.
⁊ Promiſſum. preceptum ſiquidem
Curam illius habe. conſiliū. ⁊ quod
cuq; ſupererogaueris. promiſſum. e
go cum rediero reddam tibi.

¶ Primo nanq; videndum eſt de pre
cepto. Curam illius habe.
Cura hec triplex eſt ſicut ⁊ triplici la
borat incommodo qui committitur
ei. Eſt enim vulneratus. ſpoliatus.
⁊ famelicus. quaſi deb; adhibere cu
ram medendi. paſcendi. ⁊ induendi.
Hec triplex cura tangitur Yſaie. iij.
vbi iuſtus humiliter prelationem r
cuſans ait. Non ſum medicus. ſ. ſuffi
ciens ad medendu;. ⁊ in domo mea
non eſt panis vt ſim ſufficiens ad pa
ſcendum. neq; veſtimentum vt ſuffi
ciam ad induendum. Hec debet dice
re quiſquis vocatus ad prelationem
ſe conſiderans viribus inequalem. ſi
vir inuenitur qui dicat. immo quili
bet imprudenter ſe ingerit in bona
domini. ⁊ in patrimonium crucifixi
Primo itaq; debet habere cura; me
dendi. Sed qui cauſam ignorat quo
modo curet. Nam non intellecti eſt
nulla curatio morbi. Propter hoc ſci
encia neceſſaria eſt prelato. qua ſciat
curare animas. ſi enim tanto ſudore
⁊ tantis vigilijs addiſcitur cura cor
poris. quanto ſtudio. quanta diligen
cia addiſcenda eſt ſcienciarum ſcien
cia. cura videlicet animarum. ſed for
te dices te ſcienciam ⁊ ſi non preemi
nentem. tamen ſufficientem habere
nec curam ſubditis adhibere Ad
quod ego. oſtende mihi ex operib9
curam tuam. quia non eſt obducta
cicatrix filie populi mei dicit domi
nus. Jeremie decimooctauo.
Item Yſaie. primo Vulnus liuor ⁊
plaga tumens non eſt circumligata
nec curata medicamine. neq; fota ole
o. quaſi diceret. vulnus luxurie non
eſt circumligatum faſcijs continenci
e. Liuor auaricie non eſt curatus me
dicamine pietatis ⁊ miſericordie
Plaga tumens ſuperbie non eſt fota
oleo humilitatis intime. ſed omnes
fere tacent vulnerati liqfacti. plaga
ti. ⁊ vt ita dicam ſicut oues non ha
bentes paſtorem.

¶ Duo ſunt que maxime medelam im
pediunt. ſcilicet Ignorancia. ⁊ praua
vita. Unde etiam ſi haberes ſcienciā
poteſt obici tibi. Propter praua; vi
tam medice cura teipſum. Nam ſicut
ait Gregori9 Qua fronte videri ꝓpe
rat qui in facie vulnus portat
Vulnus in facie peccatum eſt in o
ſtenſioue. Inde patet laycis ignomia
clericorum. qm̄ Ammon populus t
bidus. ſ. turba demonu;. preſcidit ve
ſtes eoru; media. vſq; ad nares. ⁊ di
miſit dimidiam barbe eorum. ij. Re
gū. x. Una medietas barbe deſignat
ſcienciā. altera vita;. qm̄ in hijs duo
b9 ꝯſiſtit vtilitas clericoꝝ. ſi diabol9
mediam partē abraſit. q2 vita; hone
ſtā eis abſtulit. Scd̄o d; hr̄e curam
paſcēdi. Nā ſic̄ ⁊ petro d2 tercio. pa
ſce oues meas. q. d. dn̄s paſce exēplo
ꝯuerſatōnis. verbo ꝑdicatiōis. fructū

C

orationis. Bernardus Tercio dictū
eſt. paſce oues meas. nec mulge. nec
tonde. additum ſemel. ſed vos lac bi
bitis. lanam induitis. ſed gregem do
mini non paſcitis Unde conqueritᷣ
dominus. Ezechielis. xxxiiij. Nōne
greges paſcuntur a paſtoribus. Cer
te reſpondeteri poteſt ꝙ non. ꝓpterea
infert dominus. Ue paſtoribus qui
paſcunt ſemetipſos. Bernardus. Ue
ve. ve tibi clerice. mors eſt i olla car
nium. mors eſt in delicijs. tu populi
peccata comedis. ac ſi ꝓpria tibi mi-
nus ſufficere videantur. bonum erit
fodere. magis etiam mendicare. pro
inde debes paſcere. primo exemplo
conuerſationis. quoniam vt dicit be
atus. Gregorius. Ad amorem cele-
ſtis patrie. plus exempla q̄ꝫ predica
menta ſuccēdunt Similiter monꝫ be
atus. petrus vt ſitis forma gregis ex
aīo. qm̄ vita prelatorum debet eſſe q̄
ſi exemplar ꝛ liber ſubditorum. vnd̄
dicitur. Geneſis. xxx. ꝙ Jacob poſuit
virgas decorticatas ante oues vt diſ
ſimiles fetus conciperent

¶ Item dicitur ꝙ cū quedā mulier ac
cuſata fuiſſet de eo ꝙ peperiſſet ethi
opem. excuſata fuit per ymaginem e
thiopis quam ante oculos habebat
depictam quando conceperat. ita ꝛ
ſubditi excuſantur. quia non vident
exemplum niſi ethiopicum prelato-
rū. vnde. Sapiencie. iiij Ex iniquis
omnes filij qui naſcuntur teſtes ſunt
nequitie aduerſus parentes in inter
rogatione ſua. Scdō paſcere debes
verbo predicationis quod quam ſit
neceſſariuꝫ habetur ex verbis Mich
ee. iij. Regum. x. Cum eſſem9 inquit
in prelio adduxit ad me vnus capti

D

uum ſuum dicens Cuſtodi mihi iſtū
qui ſi lapſus fuerit. erit anima tua ꝓ
aīma illius. aut argenti talenta mihi
appendes. vir eſte eſt criſtus. qui etiā
minimum ſuum committit prelato
cuſtodiendum dicens illud. Geneſis
xliij. Non videbitis faciem meaꝫ ni
ſi adduxeritis fratrem veſtrum mi-
nimum vobiſcum O miſeri quid im
portabile onus aſſumitis. quid vos
terribilibus periculis libenter imer
gitis. Ecce ſi quis lapſus fuerit. erit
anima tua pro aīa illius. ſed habes
eticum pone argenti talentum. ſilicꝫ
exhortationis verbum. ¶ Triplex ē
talentum. Minus. Mediocre Maxi-
mum

Minus conſtat quinquagiuta libris
Mediocre ſeptuagintadno.
Maximum. centum viginti
Minus igitur appendis quando re-
miſſionem predicas peccatorum. vn̄
ꝛ quinquagenarius numerus conſe
crat9 eſt iubileo. qui eſt annus remiſ
ſionis. vnde dicitur. Leuitici. xxx.
Mediocre appendis. quando de peīs
predicas reproborum. Nam in ſep
tuagenario numero notatur perpe-
tuitas temporis. ꝛ in binario pena a
nime ꝛ corporis. Pſalmiſta. Erit tē
pus eorum in ſecula Maximū ap
pendis quando predicas de gaudi
is electorum Nam centenarius tran
ſit a leua in dexteram. ꝛ electi tranſe
unt de miſeria in gloriā In vicenari
o notatᷣ duplex ſtola ꝓpter obſeruan
ciā preceptoꝝ ¶ Tercio debes paſce
re fructu orōis vn̄ ſamuel ait. i. Re
gū. xij. Abſit a me hoc peccatum i do
mino vt ceſſem orare pro vobis. Sꝫ
notandū ꝙ triplex eſt orō. priuata.

publica. priuilegiata. De priuata di
citur. Mathei. quinto. Intra in cubi
culum. ⁊ clauſo hoſtio ora patrē tu
um. Sed de hac ad nos non pertinet
iudicare. quia ſoli deo relinquendū
eſt iudicium de occultis.

¶ De publica ſeu vocali que conſiſtit ī
canonicis horis habetꝰ. ij. Eſdre. ix.
Quater in die ⁊ quater in nocte con
fitebantur. Jeronimus. Diuerſas o
randi horas habere debemus. vt ſi
forte aliquo opere detenti fuerimus
ipſum tempus nos ad officium mo
neat. Sed quidam interſunt diuinis
officijs tanq̃ ceci. quidā tanq̃ clau
di. quidā vero vt languidi. Malachi
e primo. Si offeratis cecum. nonne
malum eſt. offer illud duci tuo ſi pla
cuerit ei. aut ſi ſuſceperit faciem tuā
dicit dominus exercituum. Jeroni
mus. Indignum eſt dare deo quod
dedignatur homo. Offerunt itaqꝫ ce
cum qui non preuident officium. ſꝫ
tanq̃ ceci palpant ſupra librum. Of
ferunt claudum qui vendunt offici
um ⁊ cantant propter nummum. cū
deberent canere propter deum. quo
rum diſtorta intencio non dirigitur
ad finem debitum. ſed claudicat in
contrariam partem. Offerunt langui
dū qui pigri ⁊ ſompnolenti interſūt
officijs. nō cantantes. quandoqꝫ ver
ſum trāſilientes. quandoqꝫ diſcurren
tes. continuata ſincopa matutinas.
Sed dicitur d̓ agno paſchali Exodi
xij. ¶ Non comedetis ex eo crudum
quid. nec coctum aqua. ſed aſſum tm̄
igni

¶ Crudum comedunt qui ſine vlla de
uotione verba ſpiritus ſancti profe
runt. Pſalmiſta. In meditatione me
a exardeſcet ignis.

¶ Coctum aqua comedunt qui diſſo
lutione vocis quaſi ad laſciuiam pro
uocant auditores. contra quos dn̄s
mus ait. Amos. v. Aufer a me tumul
tum carminum tuorum. ⁊ carmina
lyre tue non audiam. Hos notat etiā
legiſlator. Exodi. xxij. ¶ Non eſt cla
mor exhortanciū ad pugnam. ſcilicꝫ
contra vicia ſpiritualia. neqꝫ vocife
ratio compellencium ad fugam. ſcꝫ
contra vicia carnalia. Si vocem can
tancium. ſ. hyſtrionum ioculancium
ego audio. Quidam econtra ita ī cla
morem prorumpunt. ꝙ quaſi rugiē
tes potius q̃ canentes audiencium
aures offendunt. Vn̄ Ambroſius
Ipſum ſonū vocis tue libera mode
ſtia regat. ne cuiuſq̃ aures offendat
vox fortior aut nimis emolliat deli
catior. Comede ergo agnum tuum
aſſum igni. ſcilicꝫ feruore deuotiōis
⁊ intimi amoris. vt pſallas dn̄o ſapi
enter. Siquidem carnes aſſe ſapide
ſunt ⁊ odorifere Tranſeamus iā
ad priuilegiatas orationes. ſcꝫ orati
ones altaris. quando in modum cru
cis expanſis manibus geris ymaginē
crucifixi velut cherub extenſus ⁊ ꝓ
tegens. Ezechielis. xxviij. ¶ Et velut
moyſes oratione pugnans contra a
melech. ſcilicet populum alligantem
videlicet immundos ſpiritus ſugge
ſtione ⁊ illectione nocentes. Exodi.
decimoſeptimo. Sed neceſſe eſt vt
manꝰ tua ſuſtentetur ab aaron. qui
mons fortitudinis interpretatur. ⁊
hur qui ignis dicitur vt ſit fortis in
opere ⁊ feruens in mente quatenus
ſubditos ꝓtegas ⁊ accēdas. Sꝫ ſuper
oia ſtudeas lauare inter innocentes

manus tuas. ne polluris manib9 au
deas agni immaculati ſacras contin
gere carnes. ne ſis ex illis quibus do
minus ait Malachie. i. Offertis ſup
altare meum pollutum panem. vbi
dicit. Jeronimus. Corpus criſti quã
tũ eſt in ſe polluit qui ad altare pol
lutus accedit. Quicquid enim immũ
dus tetigerit immundum erit. Nũe
ri. xix. Nota ꝙ malus ſacerdos toti
trinitati iniuriatur Iniuria nãqȝ pa
tris eſt ꝙ filius conculcatur quãdo
miniſterium redemptionis in mini
ſterium cupiditatis conuertitur. qñ
miſſe pro oblatione celebrãtur. ⁊ dñs
filius dei non pro. xxx. argenteis. ſed
pro tribus denarijs venditur

¶ Iniuria filij eſt ꝙ ſanguis eius qua
ſi polluitur dum immundis labijs
contractatur. Quomodo eñi quis ca
licem domini poteſt bibere ⁊ calicez
demoniorum. O ſi digne ſumeres t̃
reretur aduerſarius. cum tua vide
ret labia criſti cruore rubencia

Iniuria ſpiritusſancti eſt ꝙ gracia ↄ
temptitur quam hic plene dator
gracia effunderet. ſi mundi cordis
receptaculum prepararis. Quia ſic
dicit. Bernardus. Gracia balſamuz
eſt puriſſimum. ⁊ ſolidiſſimum vas
requirit.

¶ Tercio debes habere curam induen
di. ſed vnde alios teget qui nudus ẽ.
oportet igitur vt indumenta habeas
et quibus nudos veſtias. Iuxta con
ſilium. Thobie. iiij. De veſtimentis
tuis nudos tege.

Item nota ꝙ ſex ſunt ſacerdotalia in
dumenta.

¶ Primum indumentum eſt amictus
ſcȝ velum quoddam quod capiti im
ponitur ⁊ circa collum flectitur. ſig
nat fidem primam videlicet virtutẽ
que velat nobis occulta. hec habetur
in corde ⁊ profertur in ore. Iuxta il
lud. Romanos. x. corde creditur ad
iuſticiam. ore autem confeſſio fit ad
ſalutem. Sed quia fides ſine operi
bus mortua eſt

¶ Sequitur alba veſtis que candorez
ſignat bone operationis. hec debet eſ
ſe ampla ⁊ longa. ampla propter ha
bundanciam iuſticie quam ſacerdos
debet habere. Mathei. v. Niſi habũ
dauerit iuſticia veſtra plus ꝙ̃ ſcriba
rum. ⁊c̃. ¶ Item debet eſſe longa ꝓ
pter finalitatez perſeuerancie. ſine q̃
nullum bonum ſufficit ad ſalutem.
Quia vero in exercicio boni operis
cauenda eſt admiſſio prauitatis. ſeq̃
tur zona que ſignat caſtitatem. Vnd̃
in eſu agni precipimur renes accin
gere. Exodi. xij. ⁊ in euangelio expe
ctantes dominum ſuũ iubentur lũ
bos precigere. i. pre alijs cingere. qui
virgineo partui ſpeciales quodam
modo cubicularij deputantur ſpecia
li lumborum ac cordium precellant
caſtitate. ve ſacerdotibus qui huiuſ
modi baltheo non vtuntur. ve mili
tibus. ſed magis ducibus militũ qui
milicie ſue cingulum perdiderunt
Poſt hoc ſequitur orarium. in quo
notantur tria

¶ Primum eſt quod collo imponitur
tanꝗ̃ iugum domini boui ſuo vt ſpi
rituali vomere corda excolat audito
rum

¶ Secdm eſt ꝙ inſertione quadam in
pectore cancellatur. vt proponat au
ditoribus commutationem futuri
examis. videlicet ꝙ de delicijs mũdi

ad cruciatus eternos. ⁊ de doloꝛibus
ad eterna ſolacia pertranſitur. Luce
xv. ¶ Fili recoꝛdare. quia rcepiſti bo
na in vita tua ⁊c̃.

¶ Tercium eſt ꝙ copulatur zone. Naꝫ
ſi quis vult pꝛedicationis officiuꝫ ſu
mere debet pꝛius carnalis generatio
nis opus virtute pudicicie cohercere
Et nota ꝙ idem oꝛarium leuitis ſini
ſtro imponitur humero quia eis tra
dita eſt cura tempoꝛalis neceſſitatis.
Siquidem actuum. vi. ſeptem electi
ſunt de apoſtolis ut miniſtrarent mē
ſis.

¶ Sequitur de manipulo ſiue mapula
que ponitur pꝛo ſuperfluis humoꝛi
bus oculoꝛum vel ſudoꝛibus manuū
detergendis ⁊ ſignat ſumptus vite ne
ceſſarios quos a ſubditis poteſt acci
pere pꝛedicatoꝛ. ſm illud Luce. x.
¶ Dignus eſt operarius mercede ſu
a. ſed ridiculoſe manipuluꝫ gerit cui
nullus eſt laboꝛ ꝙ detergat ſudoꝛem
laboꝛis ¶ Legitur ꝙ fuit quidam
monachus clareuallen̄. qui ꝗuis eſſꝫ
bone vite: tamen delicatus infirmus
coꝛpoꝛe circa medicinas curioſus ex
titerat. Huic per viſionem ad poꝛtaꝫ
monaſterij beata virgo apparuit: que
ferens in pixide electuarium pꝛecio
ſum: ſingulis fratribus eccleſiam in
trantibus coclearia dabat. ⁊ vinū dul
cedine guſtantes reficiebat. Cumqꝫ
ad eam pꝛedictus veniſſet frater: rep
pulit eum dicens. Tu medicus ſapi
ens ⁊ curam tui ſollicite geris. Nun
quid noſtro medicamine indiges va
de ⁊ cura teipſum. quoniaꝫ de illis tā
tum qui ſui curam in domino iactāt
cura eſt nobis. Quo audito erubuit.
⁊ petens indulgentiā pꝛomiſit ꝙ am
plius de ſe non intromitteret. Tunc
illa penitenti veniam tribuit. eidem
quoqꝫ ſalutiferi electuarij pabulum
miniſtrauit. Quo accepto a ſua debi
litate ⁊ infirmitate conualuit. ⁊ de ce
tero contentus extitit communibus
alimentis.

¶ Ultimo debet indui planeta ſiue ca
ſula: que ſignat caritatem. ſine qua of
ferri non poteſt ſacrificium ſalutife
rū. in qua tria ſunt notabilia ꝙ duas
habet oꝛas. vnam ſuperioꝛem caput
ſolummodo capientem. ⁊ ſignat amo
rem dei. Aliam inferioꝛem coꝛp9 vn
diqꝫ ambientem. ⁊ ſignat amoꝛem ꝓ
ximi.

¶ Secundum eſt ꝙ ad vtramqꝫ manū
reflectitur. ne amoꝛ ſit ocioſus. Cari
tas enim patiēs eſt quod ſignat refle
xio ad ſiniſtram benigna eſt ꝙ ſignat
reflexio ad dexterā.

¶ Tercium eſt ꝙ anterioꝛi ⁊ poſteriori
parte vſqꝫ ad pedes ꝓtenditur. ut vſqꝫ
ad finem in dilectione animus perſe
ueret. ⁊ non ſolum preſentē diligat ꝓ
ximum: ſed abſenteꝫ. Hec eſt veſtis nu
ptialis: qua qui caruerit a nuptijs ex
cludetur. felix ſacerdos qui ad altare
dei cū huiuſmodi ſacratiſſimo proce
dit ornatu. talis nimirum bene pōt
induere ſubditos veſtimētis virtutū.
more ioſeph qui ꝓferri iuſſit ſingu
lis fratribus binas ſtolas. Gene. xlv.
que ſunt fortitudo bone operatōnis
⁊ decor intentionis. De quib9 ꝓuer
biorum vltimo ¶ Omnes domeſtici
eius veſtiti ſunt duplicibus. ſed ſacer
dotes noſtri tempoꝛis per prauum
exemplum moꝛe pꝛedonum expoli
ant ſubditos indumentis virtutum.
Iuxta illud Iob viceſimo quarto.

¶ Nudos dimittunt homines indumenta tollentes. Exodi. xxxij. ¶ Uidēs moyſes populum eſſe nudatum: ſpoliauerat enim eum aaron propter ignominiā ſordis. ⁊ inter hoſtes nudum cōſtituerat. Ita ⁊ pauci ſunt hodie qui vulnerato medicamentum adhibeant. famelicum paſcant. induant ſpoliatum.

Nunc videndum eſt de conſilio. Si quis ſupererogauerit: in tēporalibꝰ. vel in ſpiritualibus. Temporalia erogantur duobꝰ modis.

Primo debita remittendo.

Secundo neceſſaria ſubtrahendo: et indigentibus largiendo.

Primo dicit debita remittendo. ſicut apoſtolus fecit qui noluit recipere ꝓcurationem a ſubditis: ſed gratis euāgelium predicauit. ſed prelati noſtri temporis: nec etiam oblatiōē volūt dimittere de ſua ꝓcuratione. Unde conqueritur dominus ezechielis. xiij ¶ Uiolabant me ad populum meum ꝓpter pugillum ordei fragmentum panis. Secūdario neceſſaria ſibi ſubtrahendo. ⁊ indigentibus largiendo Sicut fecit beatus martinus qui in tempore frigoris clamidem pauperi cōdiuiſit. ſed prelati noſtri temporis etiam ſuperflua negant pauperibus largientes ea conſanguineis vel inuanitatibus expendentes: cum res eccleſie ſint patrimonia pauperum: dicente pſalmiſta ¶ Tibi domine derelictꝰ eſt pauper. Unde bernardus Res pauperum pauperibus non dare par ſacrilegij crimen eſſe dinoſcitur. ſane. patrimonia pauperū facultates eccleſiaꝝ ſacrilega cupiditate ſurripiunt: quicquid ſibi miniſtri ⁊ diſpēſatores non vtique dn̄i vel poſſeſſores vltra victum accipiunt ⁊ veſtitum. Unde prima thimo. vltimo ¶ Habentes alimēta: non gule irritamēta. aut libidinis incentiua. ⁊ quibus tegamur. nō quibus ornemur. hijs contenti ſumus.

Item pri. cor. ix. ¶ Qui altario ſuit de altario viuat. Bernardus. Uiuat inquit: nō ſuperbiat. nō luxurietur. denique non ditetur. nō ſibi de bonis eccleſie ampla palacia fabricet: mutās quadrata rotundis. nec loculos inde congreget. nec in vanitate aut ſuperfluitate diſpergat. non extollat cōſanguineos aut nepotes: nec filios dixerim nuptui tradant.

Spiritualia autem ſupererogantur tribus modis.

Primo in frequentia predicationis vel exhortationis Iuxta illud. ij. thi. iiij. ¶ Predica verbum: inſta oportune ⁊ importune. Sed prelati noſtri temporis ſicut dicitur yſa. lvi. ſunt canes muti non valentes latrare: cum dicat Hieronimus. Latratu canum ⁊ baculo paſtorum lupi arcendi ſunt

Secundo in aſſiduitate orōnis. ſicut apoſtolus qui dicebat roma. i. ¶ Teſtis eſt mihi deus cui ſeruio in ſpiritu meo ſemper: ꝙ ſine intermiſſione memoriā veſtri facimus in orationibus. Sed modo ſicut ait Job. xxxix. ¶ Indurantur ad filios ſuos tanq̄ nō ſint ſui. ſunt eñ ſine affectōne. ſine miſericordia.

Tercio in ſublimitate cōuerſationis. Iuxta illud yſa. xl. ¶ Super montem aſcende tu qui euangelizas ſyon. Gregorius. Tantum debet actionem populi actio tranſcendere preſulis: quā tum diſtare ſolet a grege vita paſtoris

N

Modo dici poteſt illđ yſa.xxiiij. Sicut populus ſic ſacerdos.

Nunc de premio videamus. Ego cū rediero reddam tibi. In quibus verbis magnitudo remuneratiōis patet in tribus.

Primo a perſona cum dicit. Ego ſcʒ dominus oīm qui do affluēter: ⁊ nō impropero. Heſter. ij. Dona largitus eſt rex ſm magnificentiam principalem.

Secundo a tempore. ibi. Cū rediero .i. accepto regno. Prouer. vij Non eſt vir in domo ſua. i. xp̄s in eccleſia viſibiliter ſeu corporaliter. abijt in regionem longinquā. i. in celum: qđ multum diſtat a terra. ſaccū pecunie ſecuʒ tulit. i. corpus ſuum glorificatum: in quo ſunt omnes theſauri ſapie ⁊ ſcientie dei abſcōdite. in die plene lune reuerſurus eſt in domū ſuam. i. in fine ſeculi oībus ɔſummatis.

Tercio ab obligatione. ibi. reddā tibi tanꝗ creditum vel debitum. ij. Thi. pri. Scio cui credidi: ⁊ certus ſum ꝗ potens eſt depoſitū meum ſeruare in illū diem. Iheronimus. O quāta beatitudo ꝓ paruis magna recipere. eterna ꝓ breuibus. pro mortuis ſemper viuentia: ⁊ habere dominum debitorem.

Dominica decimaquarta.
Epiſtola Galath. v.

Fratres. ſpiritu ambulate. ⁊ deſideria carnis non perficietis. Caro eīm ɔcupiſcit aduerſus ſpirituʒ. ſpūs autem aduerſus carnem. Hec eīm ſibi inuicem aduerſant: ut non quecunꝗ vultis illa faciatis. Qđ ſi ſpiritu ducimini nō eſtis ſub lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis que ſunt fornicatio. immundicia. luxuria. ydolorum ſeruitꝰ veneficia. inimicicie. contentiones. emulatiōes. ire. rixe. diſſenſiones. ſecte hereſes. inuidie. homicidia. ebrietates commeſſationes ⁊ hijs ſimilia. que p̄dico vobis ſicut predixi. quoniā qui talia agunt: regnū dei non ɔſequent̄. Fructus aūt ſpiritus eſt caritas. gaudium. pax patientia. lōganimitas. bonitas. benignitas. manſuetudo. fides modeſtia. ɔtinentia. caſtitas Aduerſꝰ huiuſmodi nō eſt lex. Qui autē ſunt xp̄i carnem ſuam crucifixerunt cū vicijs ⁊ ɔcupiſcentijs.

Euangelium Luce. xvij.

In illo tempore. Dū iret iheſus in iherulaleʒ trāſibat per mediam ſamariā ⁊ galileam. Et cum ingrederet̄ in qđdam caſtellum occurrerunt ei decem viri leproſi. Qui ſteterunt a longe: et leuauerunt vocē ſuam dicentes. Iheſu preceptor miſerē noſtri. Quos ut vidit dixit. Ite oſdite vos ſacerdotibus. Et factū eſt dum irent: mundati ſunt. Unus aūt ex illis ut vidit qui a mundatꝰ eſt: regreſſus eſt cū magna voce magnificans deū. Et cecidit in faciem ante pedes eius grās agēs. ⁊ hic erat ſamaritanus. Rn̄dens aūt iheſus dixit. Nonne decem mundati ſunt. ⁊ nouē vbi ſunt. Nō eſt inuentꝰ qui rediret ⁊ daret gloriā deo niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade quia fides tua ſaluum te fecit.

A

¶ Eodem die.

Sermo.xcix.de euangelio.

Cum ingrederetur iheſus q̄dam caſtellum: occurrerunt ei decem viri leproſi. In officio precedentis dominice agitur de virtute ſacramentoꝝ eccleſie que efficiunt quod figurant. Sunt enim ſignum ⁊ cauſa gratie: quod nō eſt reperire in legalibus ſacramentis que tantum ſignabant: ſed nō iuſtificabant. quia ſicut apoſtolus ait. Nō erat data lex que poſſꝫ iuſtificare. vnde populus ſub lege infirmus: nec aliquatenus per eam adiutus: clamat ad deum in introitu miſſe ¶ Reſpice domine in teſtamentum tuuꝫ: quod ſcilicet firmaſti ad abrahā patreꝫ noſtrum: ut mittas filium tuum. ⁊ animas pauperum tuoꝝ: quibus ꝓpria merita deficiunt. ne derelinquas in finem: quin ducas eos in finem. id ē in xp̄um. qui eſt finis ad iuſticiā omni credenti. in quorum quoq̄ perſona introducūtur in euangelio leproſi clamantes ad xpr̄iſtum ut miſereatur eorum quos ipſe mittit ad ſacerdotes: quos inſtituit diſpenſatores ſacramentorum: ⁊ medicos animaruꝫ. Exprimitur hic ꝓprie preceptum cōfeſſionis cum dicit. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Quia vero mundatis patet menſa celeſtis: agitur in cōmunione de ſacramento eucariſtie. Panem de celo dediſti nobis domine ⁊c̄. Et notant̄ in hoc euangelio tria.

Primum eſt humilitas incarnatōis: cum dicitur. Cum ingrederetur iheſus q̄dam ⁊c̄.

B

Secunduꝫ eſt curatio humani generis cum ſubditur. occurrerūt ei decē viri leproſi.

¶ Tercium detoꝛtatio ingratitudinis ibi. Unus autem ex illis ⁊c̄. Dicit ergo. Cum ingrederetur iheſus quodam caſtellum. Caſtellum in hoc loco dicitur mundus iſte diminutiue. Primo ꝓpter bonoꝛum diminutōeꝫ. quia ſicut ait pſalmiſta ¶ Diminute ſunt veritates a filijs hominum. ſcilicet veritas bone vite. iuſticie. ⁊ doctrine. Unde dicitur oȝee.iiij ¶ Non eſt veritas ⁊ non eſt miſericoꝛdia. ⁊ non eſt ſcientia dei in terra. Iſa.lix. ¶ Corruit in platea veritas. ⁊ equitas non potuit ingredi. Trenorum.ij. ¶ Prophete tui viderunt tibi falſa ⁊ ſtulta: nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad pn̄iam ꝓuocarent.

Secundo ꝓpter ſpacij breuitatem. q̄ꝛ tota huiꝰ mundi latitudo ſpacioſiſſima modica eſt reſpectu celeſtis patrie cum ſe habeat ad modum centri cōparatione firmamenti. Unde boetiꝰ. Omnis terre ambitus ad celi ſpacium puncti poteſt obtinere ratione. Ideꝫ oſtendit ſeneca: dicens q̄ paucis diebus poſſet nauis ab hyſpania vſq̄ in indiam permeare: ſed velociſſimꝰ planeta vix triginta annis poteſt explere circulum firmamenti: quod tamen paruum eſt reſpectu vltimi ordinis corpoꝛis ſcꝫ empirrei. vbi ſunt ſancti angeli ⁊ anime ſanctoꝝ cōtemplantes faciem dei ⁊ ita patet q̄ nihil ē mundꝰ reſpectu celeſtis patrie. Unde nō immerito exclamat baruch.iij ¶ O iſrahel q̄ꝫ magna eſt domus dei. ⁊ ingēs locꝰ poſſeſſionis eiꝰ. magnꝰ ⁊ nō hꝫ finē. excelſus ⁊ immenſus.

Dō 14

C

Tercio caſtelluz nominatur ꝓpter cō
trarie voluntatis rebellionem. Rebel
lauit enī factori ſuo quouſqꝫ fortis ar
matus ille latro dyabalus in pace cu
ſtodiuit. atriuz ſuum. id eſt preſentez
mundum. a quo introducebat homi
nes in infernum. ſicut ab atrio in do
mum per oſtium. ſcilicet mortem: do
bitur etiam per malos impugnatur a
dyabolo. impugnat eum vicijs ⁊ erro
ribus. ſicut legitur pri. machabeo. p̄.
Edificauerunt ciuitatem dauid mu
ro magno ꝓpter prauoꝝ operum im
manitatem. ⁊ firmo ꝓpter pertinaciā
mali ꝓpoſiti. ⁊ turribus firmis ꝓpter
multiplicem excuſationem. ⁊ factum
eſt illis in arcem . id eſt in ſummum
mentis elationem. ⁊ poſuerūt illic ar
ma. ſcilicet verba defenſionis. ⁊ eſcas
carnalis dilectionis. Ingreſſus eſt er
go dominus hoc caſtellum veniens ſi
cut magnus medicus ad egrotum q̄
iacebat per totum mundum. Unde
ait Math. ix. ¶ Non eſt opus valenti
bus medicus: ſed male habentibus.
Huiꝰ pixides ſunt ſeptez eccleſiaſtica
ſacramenta. Unguenta ſunt virtutes
⁊ dona. Pigmenta ſiue electuaria mi
racula ⁊ exempla. Unde dicitur eccle
ſiaſtici. xxxviij. ¶ Unguentarius faci
et pigmēta ſusuitatis. ⁊ vnctiones cō
ficiet ſanitatis

Sequitur. Occurrerunt ei decem vi
ri leproſi. Nota ꝙ lepra eſt vniuer
ſalis corruptio membroꝝ vel infectō
ex putrefactione humorum. ⁊ ſignat
mortale peccatum quod totam perſo
nam corrumpit . ⁊ deo abhominabi
lem reddit. Unde dicitur deuteronō.
xxiiij. ¶ Obſerua diligenter ne incur
ras in plagam lepre . ij. Regum. iij.

D

¶ Non deficiet de domo ioab lepro
ſus. id eſt de domo dyaboli peccator
Ioab enim interpretatur inimicus.
⁊ ſignat dyabolum qui primus cor
ruptus eſt lepra peccati . Unde om
nes ab eo generati per imitationem
corrupti ſunt ⁊ leproſi.

Sunt autem quatuor ſpecies lepre .
Prima ex corruptione ſanguinis Et
dicitur alepicia. ab alepidibus. id eſt
vulpibus. quia ſicut vulpes habent
ſupercilia depilata. ita ⁊ illi qui labo
rant hac ſpecie patiuntur ſupercilio
rum depilationem. ⁊ oculorum dep̄
rtationem. facies quoqꝫ inflatur ⁊ ru
bet. nares comprimuntur. ⁊ ſanguis
educitur. Hec ſpecies dſignat luxuri
am. cuius corruptio primo manife
ſtatur in oculis. quia ſicut ait beatus
auguſtinus. Impudicus oculus: im
pudici cordis eſt nuncius . Eccleſia
ſtici. xxxi. ¶ Nequius oculo quid cre
atum eſt nec tantum corrumpitur ex
terior oculus: ſed etiam interior. ſcili
cet intellectus. Unde dicit pſalmiſta
¶ Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus:
in quibus non eſt intellectus. Et no
ta ꝙ duos cuſtodes adhibuit domi
nus exterioribus oculis. ſcilicet ſuper
cilia: que prohibeant humiditates a
capite defluentes. ⁊ palpebras que tā
ꝙ̄ ſepes prohibeant ingreſſum rebꝰ
ab extrinſeco venientibus. Eodē mo
do interioribꝰ oculis duos debemꝰ
adhibere cuſtodes. ſcilicet reuerenti
am dei. ⁊ timorem inferni. ¶ In ſu
percilijs notatur reuerentia inſpecto
ris dei. que prohibet homini turpia
cogitare. Unde dicitur eccleſiaſti tri
ceſimoprimo ¶ Cogitatus preſcientie
auertit ſenſum. In palpebris autem

E

notatur timor penarum inferni: qui vetat prauis affectioibus locuȝ dare. Unde dicitur Job. x. ¶ Dimitte me domine ⁊c.

Secundo intumeſcit mens luxurioſi quemadmodum ⁊ facies leproſi propter abundantiam temporaliũ. Job xv. ¶ Operuit faciem eius craſſitudo. Rubet ꝓpter executionem turpium. Ephe. v. ¶ Que in occulto fiunt ab ipſis turpe eſt dicere.

¶ Tercio nares comprimuntur. quia nõ ſentiunt fetorem ꝓprium. Amos. iiij. ¶ Aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtroꝝ in nares veſtras: ⁊ non rediſtis ad me.

¶ Quarto ſanguis. id eſt peccatum effluit per corruptionem aliorum. iiij. Regũ vltimo ¶ Fluebat ſanguis plage in ſinum currus. quod fit quociens peccatum prelati redũdat in ſubditos.

¶ Secunda eſt ex corruptione colere ⁊ dicitur leonina. Leo enim eſt aimal valde colericum: adeo ut a primo anno vſq; ad quartum patitur tercianã. Deinde fit quartanus ꝓpter colera; aduſtam. Qui laborat hac ſpecie: patitur fituras labioꝝ. gracilitatem vocis. ſiccitatem pectoris. contractioneȝ pedum. fituras manuum. ⁊ caſuȝ articulorum. Unde ſignat ſuperbiam. Superborum namq; labia findun tur per diſſenſionis verba ⁊ contentõnis. Unde puerbioꝝ. xiij. ¶ Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt ⁊c. Siccatur pectus a germine bone cogitationis. Unde eccleſiaſtici. x. ¶ Radices gentium ſuperbarum areſcunt. Deinde ɔtrahuntur pedes. id eſt affectiões. quia non extendunt eos in de-

F

um: ſed contrahunt ad ſeipſos per appetitum ꝓprij honoris. Philippen. ij ¶ Omnes que ſua ſunt querunt. non que iheſu xpriſti. Findũtur manꝰ id eſt operationes que non coherent ad ꝓximum. Contra quod dicit Roma. xij. ¶ Non alta ſapientes: ſed humilibus conſentientes. Cadunt etiaȝ articuli: quando in eo in quo volunt videri diſcreti: apparent ſtulti. Unde Job. v. ¶ Apprehendit ſapientes in aſtucia eorum. ⁊ ɔſilium prauorum diſſipat.

¶ Tercia eſt ex corruptione melancolie ⁊ dicitur elephantina. Elephas eñ eſt animal melancolicum. ⁊ ideo nullas habet iuncturas. Preterea ſicut elephas maior eſt inter cetera animalia. ita ⁊ hec ſpecies maior ⁊ difficilior ad curandum. ⁊ ſignat auariciam que difficile emendatur. quia nec in ſenectute deficit: ſed magis accreſcit. Unde eccleſiaſtici. xxxi. ¶ Qui auruȝ diligit non iuſtificabitur. Qui laborat hac ſpecie: calorem habet terrenũ. Similiter ⁊ auarus: quoniam de terra eſt ⁊ de terra loquitur. Johis. iij. Item patitur ſciſſuras in manibus ⁊ pedibus. ⁊ in naribus. et in diuerſis partibus corporis. quoniam auarus diuiſus eſt totus per diuerſas voluntates ⁊ diuerſas operationes. Contra quod ecci. xi. ¶ Fili ne in multis ſint actus tui.

¶ Quarta eſt ex corruptione flegmatis. Et dicitur ſerpentina. a tyro ſerpente. quia ſicut ille de facili deponit ſpolium. ita ⁊ qui laborant hac ſpecie. et ſignat ypocriſim. Ipocrita nãq; quodammodo deponit ſpolium proprie iniquitatis: per ſimulationem ꝓprie

ſimplicitatis. Unde dicitur Mathei
.v. ¶ Venient ad vos in veſtimentis
ouium ꝛc. Item oculi eorum lacri-
mantur per ſimulationem compun-
ctionis. Eccleſiaſtici.xij. ¶ In oculis
tuis lacrimabitur inimicus. Item oſ
tendunt ſquamas ꝛ ſordes in cute per
ſimulationem penitentie. Unde ma-
th: vi. ¶ Exterminant eñ facies ſuas
ꝛc. Et vocatur ſinthetica lepra. Ver
ſus. Ulcera. vox rauca. corruptus an-
helitus algor. Ardor ſiue ſitis. diffu-
ſio. ſigna leproſi. Ulcera ſunt peccata
detecta. Peccatum namq ad modũ
lepre quanto fortius occultatꝰ: ꝛ per
confeſſionem non detegitur: tanto tã-
dem turpius aperitur. Unde exo. x.
¶ Tulit moyſes cinerem de camino:
ꝛ ſparſit illum in celum. factaq ſunt
vlcera veſicarum turgentium in ho-
minibus ꝛ iumentis. Caminꝰ eſt cor
humanum. Manꝰ plene cineris ope
ra fragilitatis que in celo ſpargũtᷣ.
cum homines de vicijs gloriantur.
Unde yſa. iij. ¶ Peccatum ſuum qua
ſi zodoma predicauerunt. Fiunt autẽ
vlcera hec in oculis. quia non vident
eterna. Pſalmiſta ¶ Oculos ſuos ſta-
tuerũt declinare in terrã. In aurib9
quia non audiunt legem dei. In na-
ribus. quia nõ ſentiunt ſuauitatẽ pa
radiſi. Ezech. xxiij. ¶ Naſum tuum ꝛ
aures tuas precident. In labijs. quia
non eſt in ore eorum veritas. Sapiẽ
tie primo ¶ Os quod mentitur occi-
dit animã In manibus. quia operan
tur iniquitatem. Yſa. primo ¶ Manꝰ
veſtre ſanguine plene ſunt. In pedi-
bus. quia currunt ad vanitatem Pro
uerbiorũ primo ¶ Pedes eorũ ad ma
lum currunt. Item zacha. vlti. ¶ Ta

beſcet caro vniuſcuiuſq ſtantis ſupra
pedes ſuos ꝛ oculi eorum contabeſcet
in foraminibus ſuis. ꝛ lingua eorũ
contabeſcat in ore eorum. Vox rauca
eſt indignitas diuine laudis ſine pre
dicatione. Unde dicitur eccleſiaſtici.
xv. ¶ Non eſt ſpecioſa laus in ore pec
catoris Pſalmiſta ¶ Peccatori autem
dixit deus quare ꝛc.
Corruptus anhelitus ſunt verba cor-
rumpentia. pri. corin. xv. ¶ Corrum-
punt bonos mores colloquia praua.
Ad litteram namq leproſus inficit
ex confabulatione ꝛ cohabitatione
Algor eſt timor male infrigidans.
Ardor vero amor male incendens.
Unde dicit pſalmiſta ¶ Incenſa igni
ꝛ ſuffoſſa ab increpatiõe tua peribũt.
vbi dicit gloſa. Omnia peccata fiunt
vel propter cupiditatem. vel propter
timorem vel amorem ſcilicet quia a-
mas ut bene tibi ſit
Sitis eſt appetitus peccandi propter
ariditatem ab humore gratie dei. eo
ꝙ in peccato non eſt ſacietas. Unde
dicitur prouerbiorum. xiij. Venter im
piorum inſaturabilis. Iheronimus.
Voluptas inſatiabilis eſt ꝛ habita fa
mem non ſacietatem parit. Contra
quos math. v. ¶ Beati qui eſuriunt
ꝛ ſitiunt iuſticiam: quoniam ipſi ſatu
rabuntur. quia iuſticia eſt ſubſtantia
que ſaciat. iniquitas nõ habet ſubſtã-
tiam. ꝛ ideo ventres deuorantium va
cuos relinquit. Diffunditur lepra ꝑ
totum corpus. ſic ꝛ peccatum per to-
tum hominem ad modũ cancri: vel
morbi qui dicitur lupꝰ. Nume. xij.
Iam mediũ carnis eiꝰ deuoratũ ẽ.
Ioro dicitᷣ tre. iij. ¶ Mie dñi: ꝙ non
ſumꝰ ↄſumpti. Preterea lep̃ ẽ morbꝰ

incurabilis. non eñ curatur niſi per miraculum. ſic nec peccatum. Unde dominus yſa. xliiij. ¶ Ego ſum qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me. id eſt ꝓpter meam bonitatem. Auguſtinus. Maius eſt de impio pium facere: ꝙ creare celum ⁊ terram. In creatione enim nihil deo repugnat. ſed in iuſtificatione liberum arbitrium hominis frequenter ei reſiſtit. Preterea iſtud eſt maioris miſericordie: licet illud ſit maioris potentie. Similiter ſuper pſal. Narrabo omnia mirabilia tua. dicit gloſa. Quia lazarum ſuſcitauit i corpore. paruum ſuſcitauit in mente quod maius ⁊ excellentius eſt.

¶ Decem itaqꝫ viri leproſi ſignant totū genus humanum peccati lepra infectum. nec ſolum lepra peccati originalis: quod inficit naturaꝫ: ſed etiam lepra peccati actualis: quod inficit perſonam. Iudei namqꝫ preuaricati ſunt legem moyſi. gentiles vero legem nature. xpiani legem gratie. Unde Ro. iij. ¶ Omnes peccauerūt ⁊ egent gratia dei. Yſa. xxiiij. ¶ Tranſgreſſi ſunt leges. mutauerunt ius. diſſipauerunt fedus ſempiternum.

¶ Tria vero feciſſe leguntur. ſcilicet. occurriſſe. a longe ſtetiſſe. ⁊ vocē leuaſſe. Occurrit homo deo liberum arbitrium abilitando. Occurrit deus homini gratiam infundendo. Prouerbiorum. xxij. ¶ Diuis ⁊ pauper obuiauerunt ſibi. Auguſtinus. Qui creauit te ſine te: ipſe nō iuſtificabit te ſine te. ipſam tamen abilitateꝫ hominis preuenit deus: excitando voceꝫ per timorē ſeruilem: quaꝫ nunqꝫ poteſt preueniri. Unde ſapientie. vi. ¶ Preoccupat qui ſe concupiſcūt ut illis ſe prior oſtēdat. Roma. viij. ¶ Quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei. O quotiēs occurrit ⁊ pulſat nec eſt qui aperiat ei. Apoca. iij. ¶ Ego ſto ad oſtium ⁊ pulſo ⁊c. Unde ſequitur ibi. aſſidentes in foribus ſuis inueniat illam. ſ. ſapientiam ſicut aſſidet radius ſolis ad feneſtraꝫ clauſam: que ſi aperiatur ꝓtinus intrat. Due fores anime ſunt amor ⁊ timor. De quibus dicit auguſtinus. Quicunqꝫ temporale cupit vel timet: portas cordis dyabolo aperit: ⁊ deo claudit. Econtra qui timet penam ⁊ appetit celeſtē gloriam: aperit eas deo.

Deinde a longe ſtat ꝓpriam indignitatem conſiderando. quia multuꝫ receſſit a deo abiens in regionem diſſimilitudinis. Contraria namqꝫ naturaliter ſunt remota. ſic ⁊ peccatum et gratia. Unde dicitur Geneſis primo ¶ Diuiſit lucem a tenebris. Sicut enim dum nox eſt ſuperius: ſol eſt inferius. Ita dum mortale peccatum regnat in homine: non videt deum. quia contemnit eius gratiam ⁊ occultat. Unde dicitur yſaye. lix. ¶ Iniquitates noſtre diuiſerunt inter nos ⁊ deum noſtrum. ⁊ peccata abſconderūt faciem eius a nobis. ⁊ tamen ipſe approximat ut reuertamur ad euꝫ. Unde dicitur canticorum ſecūdo. ¶ En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. Unde dicit galfridus. Si medium hūc parietem ſoluere adhortamur: fodit ⁊ ipſe qui poſt parietem ſtat. ⁊ epulſus verum ꝙ facile corruit: ut ſit ruina macerie et tranſitus ad alterutruꝫ et deinceps in ipſius platee latitudine: ꝙ infelix ac miſerabilis paries

L

occupabat. ſonat dolor iubilationis
⁊ laudis. vox exultationis ⁊ confeſſi
onis. ſonus epulantis. Unde. Le
uauerunt vocem In quo notatur in
tenſio doloris de corde in voceꝫ pro
rumpens. Iuxta illud. pſalmiſte
De profundis clamaui ad te domie
Et quia ſcd̄m apoſtoluꝫ oris confeſ
ſio fit ad ſalutem: confitentur in ipſo
diuinitatem ⁊ humanitatem cuꝫ di
cunt. Iheſu preceptor. Iheſus idem
eſt ꝙ ſaluator. ⁊ competit diuinitati.
quia non ſoluꝫ apparuit in carne. vt
nos redimeret. ſed etiam vt veritatē
doceret. vnde ait. Iohannis. xiij.
Uos vocatis me magiſter ⁊ domie
⁊ bene dicitis. ⁊ congrue preceptorē
eum vocant. quia ſe de tranſgreſſiōe
preceptorum accuſant. Deinde miſe
ricordiam ipſius implorant. cum di
cunt. Miſerere noſtri. quaſi diceret.
miſeri ſumus. ſed tu domine miſera
tor ⁊ miſericors miſerere noſtri. pec
cata condonando. ⁊ graciam conferē
do. Sequitur. Quos vt vidit dix
it. Ite. oſtendite vos ſacerdotibus
Quo illis precepit. Ire. ſ. ⁊ ſacerdoti
bus ſe oſtendere. Uadit peccator pri
oris vite ſtatuꝫ relinquendo. Exodi
quinto. Ibimus viam trium dierū
in ſolitudine. ſ. relinquendo concupi
ſcenciam carnis ⁊ ſuperbiam vite. ⁊
cupiditatem oculorum. oſtendit ſe ſa
cerdoti conſcientiam ſuaꝫ per confeſ
ſionem aperiendo. Iob. xxxi. Si ab
ſcondi quaſi homo peccatum meum
Ubi dicit beatus. Gregorius. Uere
humilitatis teſtimonia ſunt iniquita
tem cognoſcere. ⁊ cognitam voce con
feſſionis aperire. econtra. vſitatuꝫ hu
mani generis viciuꝫ eſt. libenter pec

M

catum committere. ⁊ omiſſum negan
do abſcondere vel commiſſum defē
dendo multiplicare. quod ſignatum
eſt primo Machabeorum quinto.
Obſtruxerunt portas lapidibus. id
eſt aures obſtinatione peccati ne au
diant verbum dei. ⁊ nolebant inde
aperire. id eſt per confeſſionem pec
cata detegere. Et nota ꝙ ad litteraꝫ
precipitur hic oris confeſſio ſcd̄m ꝙ
in veteri teſtamento confitebantur
peccata ſua per oblationes. tamē ſcd̄ꝫ
miſticum intellectuꝫ precipitur hic
confeſſio oris.
Item confeſſio valet ad nouem vt
habetur in hijs verſibus. Inſtru
it ⁊ purgat. taxat confeſſio laxat
Submittit leuiat. infundit laudat ⁊
addit.
Primo nanqꝫ vꝫ ad cognitioneꝫ pec
cati. ꝙ ſacerdos penitentes facit cog
noſcere qualiter ⁊ quantum delin
quunt. Leuitici. xiij. Iudiciuꝫ lepre
ad ſacerdotem pertinet.
Scd̄o valet ad purgationem peccati
ꝙ erubeſcencia eſt magna pars peni
tencie. Auguſtinus. Per vos pecca
ſtis. per vos erubeſcatis. erubeſcēcia
enī partem hꝫ remiſſionis. in quo o
ſtenditur ꝙ nullus poteſt p ſcriptuꝫ
vel per alium confiteri. niſi ſit mutꝰ
vel non intelligatur ydeoma ipſius.
Tercio vꝫ ad taxationem pene. quī
ſcd̄m prauitatem peccati ⁊ iudicium
ſacerdotis taxanda eſt penitencia de
linquenti. Deuteronomij. xxiij. Pro
menſura peccati erit ⁊ plagaꝝ modꝰ
Quarto vꝫ ad relaxationem pene in
parte ex virtute clauium. Iohannis
xx. Quoꝝ remiſeritis peccata. ⁊c̄.
Quinto ꝯfeſſio valet ad humilitateꝫ

M O

xiij. Auguſtinus. Ad hoc deus exigit
confeſſionem vt liberet humilē. ad
hoc damnat non confitentem vt pu
niat ſuperbientem. vnde. i. Regum.
xij. q̄ dauid humilis culpam confeſ
ſus eſt dicens. peccaui. dictum eſt ei a
ꝓpheta. dominus tranſtulit pecca
tum tuum non morieris

¶ Sexto valet ad exonerationem ⁊ hoc
quantum ad confeſſionem venialiū
q̄m ſicut dicitur. Eccleſiaſtici. xix.
Qui modica ſpernit paulatim decidit
Auguſtinus. Si q̄n aqua intrat per
minutiſſimas riuulas ad carinam ex
haurietis eam per confeſſionem. ne
plus intrando cumulus fiat. ⁊ nauē
mergat

¶ Septimo valet ad infuſionem graci
e. q̄ aliquando conuertitur homo in
ipſa confeſſione qui prius non erat
contritus

¶ Octauo valet ad gloriam dei. vnde
Joſue. vij. Da gloriam dei eſt confeſ
ſio quam facis.

Nono ⁊ vltimo valet ad augmentū
gracie. ſi prius acceperat graciam in
contritione. vnde bonum eſt confite
ri frequenter. vnde Iſaie. xxxiij. Fre
quenta canticum. ⁊c̄.

Sequitur Et factum eſt dum irent
mundati ſunt. quia ſola contritio cū
ꝓpoſito confitēdi ⁊ ſatiſfaciendi mū
dat a culpa. Pſalmiſta. Dixi confite
bor aduerſum. ⁊c̄. ¶ Sequitur vnꝰ
ex illis. In hoc vno ſignatur vnitas
electorum qui cogitatione ⁊ affecti
one egreditur ad ſue mundificatio
nis auctorem. ⁊ magna voce magni
ficat eum de magnitudine culpe di
miſſe ⁊ de impenſione gracie. Bern

hardus. Felix qui ad ſingula dona
gracie redit ad eum in quo eſt pleni
tudo graciarū. ⁊ dum pro acceptis
non ingratum ſe exhibet. locum in ſe
facit gracie amplioris. Felix qui ſe a
lienigenam reputans. ⁊ pro minimis
quibuſq̄ beneficijs non minimas re
fert grates. gratuitum eſſe non dubi
tans. neq̄ diſſimulans q̄d alienige
ne impenditur ⁊ ignoto. ⁊ cecidit in
faciem per humilitatem. gracias a
gens per bone operationis feruorē
Vnde. Bernardus. Humiliemur
magis ac magis ſub potenti manu
dei. ⁊ ei non verbo aut lingua. ſed o
pere ⁊ veritate nos grates exhibea
mus neq̄ enim a nobis graciarum
dictionem. ſed graciarum actionem
exigit dominus deus noſter.

¶ Item per nouē multitudo reꝓbor
ſigtur. quia per tranſgreſſionem de
ficit a denario preceptorum ⁊ per i
gratitudinem claudit ſibi fontem di
uinorum beneficiorum. De quibus
dicitur. Iſaie. viceſimoſexto ¶ Indul
ſiſti genti domine indulſiſti gentī. nū
quid glorificatus es. ⁊c̄.

Item dicit beatus. Bernardus. In
gratitudo eſt anime perditio. euacu
atio meritorum. virtutum diſperſio
beneficiorum peremptio. ⁊c̄. Ipſa e
nim eſt ventus vrens q̄ue pietatis
fontem. miſericordie venam. ⁊ gra
cie fluenta deſiccat. Per hanc eman
cipatus in ſeruitutem iuſte redigitr.
dandum impeditur. ⁊ datum tollitr.
Vnde dicit lex. ſi manumiſſus ingra
tus circa patronum ſuum extiterit. ⁊
quadam iactancia aduerſus eum ſer
uicē erexerit. aut leuis offenſe d̄txerit

p

culpam a patronis rurſus ſub impe
rio dicioneq̃ in ſeruitutem mittatur
Sapiencie.xvi. Ingrati fides tanq̄
ymbernalis glacies tabeſcat. ⁊ diſpe
reat tanq̄ aqua ſuperuacua.tales ſũt
hodie multi qui in articulo neceſſita
tis currunt ad deum ſiue ad ſanctos
⁊ promittunt vota plurima.ſed poſt
q̄ euadunt pericula non curant de
ſolutione .cum dicat ſcriptura Eccle
ſiaſtici quinto. Si quid vouiſti deo.
non moreris reddere.diſplicet enim
ei infidelis ⁊ ſtulta repromiſſio. ſed
quecũq̃ voueris redde.multoq̃ me
lius eſt non vouere . q̄ poſt votum
promiſſa non reddere.q̄ ſicut dicit̃
in pſalmo. Vouete ⁊ reddite.vouere
voluntarium eſt.ſed reddere neceſſa
rium.

¶ Dominica quindecima.
Epiſtola ad. Galatas.v.⁊.vi

FRatres ſi ſpiritu vi
uimꝰ.ſpiritu ⁊ ambulemꝰ.
Non efficiamur inanis glo
rie cupidi inuicem prouocantes.in
uicem inuidentes. Fratres ⁊ ſi preoc
cupatus fuerit homo in aliquo deli
cto.vos qui ſpirituales eſtis huiuſ
modi inſtruite in ſpiritu lenitatis
Conſiderans temetipſũ ne ⁊ tu tem
teris. Alter alterius onera portate.⁊
ſic adimplebitis legem criſti. Nam ſi
quis exiſtimat ſe aliquid eſſe.cum ni
hil ſit.ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuũ
probet vnuſquiſq̃.⁊ ſic in ſe metipſo
tantum gloriam habebit ⁊ non in al
tero. vnuſquiſq̃ eñ onus ſuum por
tabit. Cõmunicet autem is qui cateci
zatur verbo.ei qui ſe catecizat in om
nibus bonis. Nolite errare deus nõ
irridetur. Que eñ ſeminauerit ho
mo.hec ⁊ metet. Quoniam qui ſemi
nat in carne ſua.d̄ carne ⁊ metet.cor
ruptionem. Qui autem ſeminat ĩ ſpi
ritu.de ſpiritu ⁊ metet vitam eternã
Bonum autem facientes non defi
ciamus. Tempore enim ſuo metemꝰ
non deficientes.ergo dum tempus
habemus operemur bonum ad om
nes. Maxime autem ad domeſticos
fidei.

¶ Euangelium. Mathei.vi.

IN illo tempore dixit ihe
ſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt du
obus dominis ſeruire. Aut enim vnũ
odio habebit et alterum diliget.aut
vnum ſuſtinebit ⁊ alterum contem
net. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mam
mone. Ideo dico vobis.ne ſolliciti ſi
tis anime veſtre quid manducetis.
neq̃ corpori veſtro quid induami
ni. Nonne anima plus eſt q̄ eſca.⁊
corpus plus q̄ veſtimentũ. Reſpici
te volatilia celi.qm̄ non ſerunt neq̃
metunt.neq̃ congregant in horrea.
⁊ pater veſter celeſtis paſcit illa. Nõ
ne vos magis pluris eſtis ill'. Quis
autem veſtrum cogitans poteſt adij
cere ad ſtaturam ſuã cubitum vnũ.
Et d̄ veſtimentis quid ſolliciti eſtis
cõſiderate lilia agri quomõ creſcunt
nõ laborant neq̃ nent. Dico aũt vo
bis q̄ nec ſalomõ in oĩ gloria ſua co
opertus eſt.ſic̃ vnum ex iſtis. Si au
tem fenum agri qd̄ hodie eſt ⁊ cras
in clibanũ mittitur deus ſic veſtit.
quãtomagis vos minime fidei. No
lite ergo ſolliciti eẽ dicentes. Quid
manducabimus aut quid bibemus

A

aut quo operiemur. Hec em̄ omnia gentes inquirunt. Scit em̄ pater ve ſter celeſtis. ꝙ his omnibus indige-tis. Querite ergo primum regnum dei ⁊ iuſticiam ei9 Et hec omnia ad ij cientur vobis

Dominica quindecima
Sermo centeſimus. De euãgelio

Querite primū regnuȝ dei ⁊ iuſticiam eius. ⁊ om nia hec adij ciētur vobis In officō precedentis dominice agi tur de bonis moribus ⁊ virtutum o peribus. quibus prouenitur ad reg num ad quod inuitamur in euange lio. ⁊ remouentur impedimenta vie que ſunt concupiſcencia carnalis. ⁊ cupiditas rei temporalis. Quorum primum in epiſtola. alterum in euã gelio prohibetur. Verum quia nēo valet per ſe perficere ſine auxilio gra cie. clamat ad deum eccleſia in introi tu miſſe. Protector noſter aſpice de9 quaſi diceret. O deus pater qui nos protegis miſericordia ⁊ virtute q̈ſi duabus alis. aſpice cum intuitu gra cie. dando nobis auxiliuȝ contra mł tiplex vite huius impedimentum. nec reſpicias in faciem deformitatis noſtre. ſed reſpice in faciem criſti tui interpellantis pro nobis. ⁊ hoc peti mus ex deſiderio regni. ꝙ melior eſt dies vnus in atrijs claritatis eterne felicitatis in regno tuo ſuper milia dierum huius vite quam affectant carnales. Atria ſiquidem ſunt ingreſ ſus. ſed hic accipiunť pro penetrali

B

bus. quaſi aperte totum. ⁊ ita petit h duo. ſ. aſpectum gracie conſeruantis. ⁊ diem eternitatis. que duo petunť ſimiliter in collecta que dicit. Cuſto di q̄s domine eccleſiam tuam.

In hac auctoritate notantur tria ge nera bonorum. ſ. eternum. ſpirituale ⁊ temporale. Eternum bonum de9 eſt. Bonum ſpirituale iuſticia ſiue virtutes. Bonum temporale opes ⁊ alia corporis neceſſaria.

Primum eſt vt finis
Scdm̄ quaſi via ad finem
Tercium quaſi viaticum De prio

ait. Querite primū regnum dei. ⁊c̄ De ſcdo. ⁊ iuſticiaȝ eius De tercio Et hec omnia adij cientur vobis.

In hoc euangelio dominus cor no ſtrum abſtrahit a ſollicitudine tem poralium. vt illud ad celeſte regnuȝ per deſiderium eleuemus. quod em̄ antiquis patribus inſtanter petenti bus dare diſtulit Iuxta illud Luce x. Multi ꝓphete ⁊ reges voluerunt videre que vos vidiſtis. ⁊c̄. Hoc em̄ nobis non curantibus offert ⁊ ſug gerit nobis vt petam9. vnde dicebat Iſaie. xxviij. Qui crediderit non fe ſtinet. Item Abacuck. ij. Si moram fecerit exſpecta eum. ſed nobis in euã gelio clamat. querite primum regnū dei. Ecce magnus ⁊ munificus pri ceps qui militibus ſuis non tm̄ que poſtulant elargitur. ſed etiam preue niens eos hortatur petere regnum ſuum quod tale eſt. ꝙ vnicuiqȝ totuȝ tribuit. ⁊ ipſe omnino nihil amittit. In hoc autem ꝙ non ait ſimpliciter Querite primum regnum. ſed cum determinatione querite regnum d̄i

C

innuit eſſe alia regna. Eſt enim qua
druplex regnum. ſ. carnis. mundi. di
aboli ⁊ dei. ⁊ oportet vt in horum a
liquo militemus. q̄ ſicut ait Job. vij
Milicia ē vita hoīs ſuper terrā Ber
nardus. Carni militamus gule illece
bris ſeruiendo. luxurie motibus ob
ſequendo. contra quod mon3. i. Pe
tri. ij. Obſecro vos tanq̄ aduenas ⁊
peregrinos abſtinere vos a carnali
bus deſiderijs que militant. ⁊c̄. Ro
manorum. viij. Qui in carne ſunt de
o placere non poſſunt. Mundo mi
litamus auaricie nexibus adherēdo
honoris altitudinem affectando
Contra quod. Luce. xij. Nolite ī ſub
lime tolli. Jacobi quarto Quicunq̄
voluerit eſſe amicus huius ſeculi. ini
micus dei conſtituetur. Diabolo
militamus bonorum profectibus ī
uidendo contra deum ſuperbie ſpiri
tu tumeſcendo. quia ſicut dicitur Sa
piencie. ij. Inuidia diaboli mors in
troiuit in orbem terrarum. imitant̄
illū que ſunt ex parte illius. Job. xv.
Tetendit aduerſus dominum ſuum
In quo notatur contemptio diuini
iudicij. ⁊ contra omnipotentem ro
boratus eſt. In quo notatur contem
ptio diuine potencie. cucurrit aduer
ſus eum erecto collo. In quo notat̄
contemptio diuine bonitatis. ⁊ ping
ui ceruice armatur. i. habundancia
temporalium. Deo autem milita
mus pietatis operibus humiliter in
ſiſtendo. poteſtates aereas in virtute
ſancti ſpiritus oppugnando
De primo. Mathei. x. Quicunq̄ po
tum dederit vni ex minimis iſtis. ⁊c̄
De ſcd̄o. Jacobi. iiij. Reſiſtite diabo
lo. ⁊c̄. habent etia3 ſinguli principes

D

iſti propria donatiua Caro ſuis tyro
nibus elargitur momentaneam vo
luptatem. ſed dicitur. Romanorum
viij. Prudencia carnis mors eſt. ſc3
delectatio carnalium voluptatum. i.
Thymothei. quinto. Vidua in deli
cijs viuens mortua eſt
Mundus largitur tranſitoriam ſub
limitatem. ſed dicitur. Prouerbiorū
xvij. Qui altam facit domum ſuam
querit ruinam. Nam quanto grad9
altior tanto caſus grauior.
Diabolus largitur perpetuam capti
uitatem. Unde dicitur. Yſaie quinto
Frendet ⁊ tenebit predam. ⁊ amplex
abitur ⁊ non erit qui eruat
Deus vero largitur ſuis militibus ī
terminabilem felicitatem. ⁊ hoc eſt
regnum quod in hoc loco monet eſ
ſe querendum. Eſt eñ illud regnu3
excellentiſſimum propter ſeptem
Primo propter diuturnitatem. pſal
miſta. Regnum tuum domine reg
nū omnium ſeculorum Danielis. v.
Poteſtas eius poteſtas eterna. que ñ
auferetur. econtra regnum terrenu3
eſt fragile ⁊ momentaneum. Unde
Eccleſiaſtici. x. Omnis potentat9 bre
uis vita
Scd̄o propter amplitudinem. Un
de Baruch. iij. Quam magna ē do
mus dei ⁊ ingens locus poſſeſſionis
eius. ſed regnum terrenum eſt angu
ſtum. Unde de magno allexandro
legitur. vnus pallio pelle inueni nō
ſufficit orbis. Johannis. xvi. In mū
do preſſuram habebitis
Tercio propter tranquillitatem. Yſa
ie. xxxij. Sedebit populus meus in
pulchritudine pacis. ſed regnum ter
renum ſepe turbabitur. Unde dr̄

Sapiencie.xiiij. Alius alium per in uidiam occidit.

Quarto propter ſecuritatem. Iſaie. xxxij. Securitas erit vſqꝫ in ſempiter num. ſed regnum terrenū ſemper eſt in timore. Job xv Sonitus timoris eius ſemper in auribꝰ eius. Bernar dus. Non eſt liber qui ſeruos timet. Quinto propter affluenciam. Pro uerbiorum. viij. Mecum ſunt diuici e ⁊ gloria. Pſalmiſta. Replemimur in bonis domus tue. ſed terrenum ē in defectu. Seneca. Scias eos per multis indigere qui multa poſſidēt Eccleſiaſtici. v. Ubi multe ſunt opes ⁊ multi qui comedunt eas.

Sexto propter vniformitatem Pſal miſta. Cuius participatio eius in id ipſuꝫ ſed regnum terrenum eſt diui ſum. Pſalmiſta. Uidi iniquitatem ⁊ contradictionem in ciuitate

Septimo propter iocunditatem. Pſalmiſta Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. ſed regnum terrenum eſt in merore. vnde dicit̃. primo Machabeorum. ij. In quan tam tribulationeꝫ deueni. ⁊ in quos fluctus triſticie in qua nunc ſum

Hoc regnum querere debemus orā do. Mathei. vi. Adueniat regnuꝫ tu um. Item bene operando. Iſaie. xxxi Si queritis querite ⁊ inſtanter cum ſollicitudine. quia tempus breue eſt. Deuteronomij vltimo. Adeſſe feſti nant tempora. Ezechielis. vij. Finis venit. venit finis.

Querendum eſt autem primum. ⁊ primo ante omnia: Pſalmiſta. Mane aſtabo tibi ⁊ videbo. ⁊c̃. Unde filij iſrahel mane ſurgebant ad colligen dum manna. Exodi. xvi. ⁊ etiam pri mum. i. principaliter per omnia que facimus. i. Corinthiorum. x. Omnia in gloriam dei facimus

Item ſuper omnia que deſideramꝰ Sapiencie. vij. Prepoſui illaꝫ regis ⁊ ſedibus. ⁊ diuicias nihil eſſe dixi ī comparatione illius

Sequitur. ⁊ iuſticiam eius. ecce bo num ſpirituale quod eſt via ad reg num. ⁊ ſumitur hic iuſticia pro ut ē ordo virtutum ad ſe. ad deum. ⁊ ad proximum. Ad ſe per peccati compū ctionem. Ad deum per diſcretioneꝫ Ad proximum per compaſſionem De hijs tribus. Michee. vi. Indica bo tibi. o homo quid ſit bonum. ⁊ quid dominus querat a te. vtiqꝫ fa cere iudicium ⁊ diligere iuſticiam ⁊ ſollicite ambulare cum deo tuo

De primo. i. Corinthiorum. xi. Si noſmetipſos dijudicaremꝰ Iſaie. xxv iij. Ponam iudicium in pondere ⁊ iuſticiam in menſura. qꝛ iudiciuꝫ q̄ſi ſtatera dijudicabit culpam. Juſticia vero ꝯmenſurat culpam pene. Job. xxxiiij Nonquid qui non amat iudi cium ſanari poteſt De ſcdo. Pſal miſta Mutuabitur peccator ⁊ non ſol uet. ſ. auarus qui mutuuꝫ negat. aut diuicias ſibi datas neccitatis tempore paupibus nō dicat. Juſtus aūt miſe retur ⁊ retribuet. Gloſa Precedit eñ mia in affectu. ⁊ ſequitur largitas ī effectu. ſemper eñ aliquid ē qd̕ det ſaltē orationē. Gregorius Plus eſt ꝯ pati de corde. quia qui ꝯpatitur ſeip ſum dat. De tercio Job. iij. Conſide rans eum tam benignum patrem tā diſcretum iudicem. timore ſollicitat̃ id eſt timore offenſe. ne ſeparetur a tam bono patre. ne expellat̃ a regno

glorie ne puniatur in igne iehenne. Job.xxiiij. Et nota ꝙ propter tria hijs oppoſita primus homo expulſꝰ fuit a paradiſo. negligenter em̄ ābulauit cum deo. vxoris voce plus obediens ꝙ diuine. crudelitatē exhibuit proximo. quia indignationē diuine obiecit mulierem. Judicium in ſe non fecit. quia peccatum proprium non damnabat. Contrarijs ergo gradibus redeundum eſt nobis in exilio conſtitutis. Mathe. i. Per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam

Sequitur. ⁊ hec omnia. temporalia que vltima ſunt ⁊ minima. adijcientur vobis. non ait dabuntur. ne putentur eſſe terminus vie. ſed adijcientur quodammodo adiectiue ⁊ non ſubſtantiue. Unde Criſoſtomus non dixit dabūtur. quia quaſi nihil ſunt ⁊ ita quere futura. ⁊ accipies preſencia. ſed quidam de adiectiuo faciunt ſubſtantiuum ⁊ econuerſo. De quibꝰ ait. Auguſtinus. Ve illis qui relinquunt te domine. ⁊ abierūt in veſtigijs tuis ⁊ nutus tuos pro ſe amant ⁊ obliuiſcuntur quid innuant nutus tui ſicut omne creaturarum genus. ex hijs videtur ꝙ eccleſia malefaciat orādo pro temporalibus. vt fructꝰ terre donare. ⁊c. Ad qd̄ dicendū ꝙ eccleſia non petit temporalia ſimpliciter. ſed inquantum ſunt neceſſaria ad hoc vt homo perficiat viam ſuā vt poſſit conſequi vitam eternam. ideo ſignanter dicit hic vt primo querat regnum dei. Secūdo iuſticia eius. Tercio abſolute dicitur. hec omnia adijcientur vobis. eterna enim ſimpliciter ⁊ obnixe petenda ſunt. Similiter bona ſpiritualia que ſunt gratū faciēcia quia ſimpliciter proſunt. cū finaliter ordinent ad vitam eternā ſed temporalia poſſunt obeſſe. ideo non ſunt petenda ſimpliciter nec obnixe. Unde beatus. Bernardus. In toto affectu ⁊ in omni tempore poſtulandum eſt. vt habeas graciam eius ⁊ placere poſſis in oculis pietatis ⁊ gloriā eius videre merearis

¶ Sed temporalia non nimis obnixe petuntur. quia i talibus oportet memeniſſe ſentencie apoſtoli Romanorum. octauo. ¶ Quid oremus ſicut oportet neſcimus. Unde ſuper illud. ſecundo. Corinthiorum duodecimo. Ter dominum rogaui dicit gloſa. Si petitis temporalia. cū modo petite. ⁊ deo cum timore committite. vt ſi proſunt det. ſi ſciat obeſſe non det. Sed vnde eſt ꝙ frequēter ſubtrahit bonis dominus neceſſaria. cum hic promiſerit illis hec adijcienda. Ad quod dicendum eſt ꝙ multis ex cauſis tribuit dominꝰ temporalia. Dat em̄ paruulis ad alliciendum eos ad ſe. ſic dedit iudeis vt traheret eos ad ſeruitium ſuum. Unde pſalmiſta. Dedit eis regionem gencium.

¶ Item dat ea perfectis ad remediū contra neceſſitatem famis ⁊ ſitis vt poſſit vacare deo. Unde dicitur Luce. xxij. Quando miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera nunquid aliquid defuit vobis: dicunt ei nihil. Sapiencie vltio In omnibus domine populum tuū magnificaſti

¶ Item dat ea infirmis ad ſolaciū cōtra tedium ⁊ triſticiam huius ſeculi Unde dicitur. Yſaie vltimo ¶ Quō ſicut mater blandiatur filio: ita ego

conſolabor vos beneficio temporali
um magna enim penuria facit. pu
ſillos peccare. Prouerbiorum.xxx.
Mendicitatem ⁊ diuicias ne dederis
mihi. ne egeſtate compulſus furer ⁊
periurem nomen dei mei.

¶ Item dat ea diuitibus ad erogandū
Unde ⁊ diuicie a diuidendo dicun
tur. Unde Luce.xvi. Facite vobis a
micos de mammona iniquitatis. i.
inequalitatis ſiue ſuperfluitatis. ⁊ hec
eſt negociatio ſpiritualis. De qua di
citur. Luce.xxi. Negociamini dum
venio. ⁊ i hoc melior eſt conditio di
uitis ꝙ pauperis. Unde dicitur Ec
cleſiaſtici. vij. Melior eſt ſapiencia cū
diuicijs. ⁊ hoc propter multa.

¶ Primo quia redimit animam ſuam
de captiuitate diaboli. Unde dicitur
Prouerbiorum.xiij Redemptio ani
me viri diuicie proprie
Scđo quia deuz obligat ad retribu
endum graciam ⁊ gloriam Unde di
citur Prouerbiorum. xix. Fenerat̄
domino qui miſeretur pauperis. ſed
dicitur. Prouerbiorum.xiij. Qui ac
cipit mutuum ſeruus eſt feneratis.
igitur quodammodo deus amore
pauperum ſeruus efficitur miſeran
tium

¶ Tercio quia preparant viam ad ce
lum. ⁊ patefaciunt hoſtium regni
Unde dicitur Prouerbiorum.xiij.
Donum hominis dilatat viam eius
⁊ ante principes ſpacium ei faciens.
Eccleſiaſtici.xv. Omnia miſericordi
a faciet locum vnicuiq; ſcđm nume
r um operum ſuorum. ⁊ ſcđm intel
lectum peregrinationis ipſius .ex q̄
patet ꝙ ipſa eſt paradiſi oſtiaria que
claudit oſtium auaris. ſ; aperiet mu

nificis.
Quarto. quia ſeminat in agro vite e
terne. Unde dicitur. Ozee quinto.
Seminate vobis in veritate iuſticiā
quod eſt contra ypocritas. qui ſemi
nant in ſimulatione. ⁊ metetis in die
miſericordie. cuz dicet Mathei.xxv.
Venite benedicti patris mei ij. Co
rinthiorum.xi. Qui ſeminant in be
nedictionibus. de benedictionibus
⁊ metent

¶ Quinto quia theſaurizat in celo Ma
thei. vi Theſarizate vobis theſauros
in celo. Ubi dicit gloſa. Criſoſtimus
Ibi ſubſtanciam colloca vbi patriaz
habes. Que ſtulticia eſt illic relinque
re vbi exiturꝰ es. ⁊ illuc non premit
tere quo iturus es. quicquid pro aīa
tua feceris: hoc tuum eſt. quod autē
relinquis perdidiſti

¶ Sexto quia habet arma ad defenſio
nem ⁊ impugnationem contra dia
bolum. Unde dicitur. Eccleſiaſtici.
xxix. Super ſcutum potentis ⁊ ſup
lanceam aduerſus inimicos pugna
bit. quia magis pugnat elemoſina q̄
ieiunium vel oratio ſine ea

¶ Septimo quia multiplicat ſibi ami
cos. Iuxta conſilium domini. Luce
xvi. Facite vobis amicos de māmo
na.

¶ Octauo quia conſeruat ei graciam.
Eccleſiaſtici.xvij Elemoſina viri q̄ſi
ſacculus cum ipſo. ⁊ graciam homis
quaſi pupillam conſeruabit

¶ Nono quia comitatur defunctum.
quando omnes amici deſerunt eum
Unde ſuper illud. Luce.xij. dicit be
atus Ambroſius. Non ſunt homis
bona que ſecum afferre non poteſt.
ſola miſericordia comes ē defūctorū

Apocalipſis.xiiij. ¶ Opera illorū ſe
quuntur illos.
¶ Decimo. ꝙ habet optimum aduoca
tum in curia ſummi regis. Unde nō
timet ſententiā damnationis. Eccleſi
aſtici.xxx. ¶ Conclude elemoſinā in
ſinu pauperis. ⁊ hec ꝓ te exorabit: ab
omni malo. De hijs verſus. Eſt pre
cium ſenus via ſemen ⁊ arma theſau
rus. Multiplicat ſeruat donum comi
tatur ⁊ orat Item dat dominus re
probis temporalia ad premium quo
dammodo remunerandi eos in hac
vita. quia fecerunt aliqua de genere
bonorum. nec eſt eis daturus eterna
Unde de nabugodonoſor dominus
ait ezech.xxix. ¶ Libro eo ꝙ ſeruiuit mi
hi aduerſus tyrum: dedi ei terrā egi
pti. Uberabit autē ea bonis aliqn̄
ꝓpter duas cauſas Una eſt ut magis
deſiderent eterna. Unde pſal. ¶ De9
auribus ⁊c. ad temporalia nō audit
deus: ut amplius deſiderētur eterna.
Alia cauſa eſt. quia temporalia men-
tem turbant. ⁊ frequenter ſunt occa-
ſio peccati. Unde ſuper pſal. Iniqui-
tatem meditatus eſt in cubili ſuo. di-
cit gloſa Nihil extrinſecum petamus
a deo. ꝙ ſi petamus: oſtiū cordis pa
tet. ⁊ turba malarum cogitationū vi
det atq; ſubintrat. Queramus igitur
eterna: ⁊ non incuruemur ad tempo
ralia. pri. Petri.iij. ¶ Omnem ſollici
tudinem noſtram ꝓijcientes in eum
quoniam ipſi cura eſt de nobis. Un
de petrus rauaneri. Quis rex deuotī.
militibus debitam nō ꝓcurat anno-
nam. quis dominus fidelib9 ſuis iu
ſta cibaria non miniſtrat. quis pater
nō dat libenter filijs. Si ergo deus
nobis ⁊ rex ⁊ dn̄s ⁊ pater eſt: quid ne
gabit. Deutro.xxxij. ¶ Nunquid nō
ipſe eſt pater tuus: qui poſſedit ⁊ fe-
cit ⁊ creauit te Stipendijs ſuis militās
derogat miles regi ſuis viuens ſump
tibus. dn̄m ſuum accuſat ꝓ ſe ſollicit9
filius culpat ſuperſtitē patrem. Noli
ergo homo exacerbare deum per te
taliter cogitando. q̄ ⁊ iuſticia regētis
⁊ dn̄antis ⁊ generantis affectu: in ſe
totam tui ſollicitudinem ⁊ curam re-
fundit cum ait. Nolite ſolliciti eſſe.

¶ Dominica decimaſexta.

Epiſtola. Ephes.iij.

FRatres. obſecro vos
ne deficiatis in tribulatōni
bus meis ꝓ vobis que ē glo
ria veſtra. Huius rei gratia flecto ge
nua mea ad patrem dn̄i noſtri iheſu
xp̄i. Ex quo oīs paternitas in celo ⁊
in terra noiatur. ut det vobis ſm̄ di-
uitias glorie ſue virtutem corrobora
ri per ſp̄m eius in interiori homie
habitare xp̄m per fidem in cordib9
veſtris. In caritate radicati ⁊ funda
ti ut poſſitis cōprehendere cū oibus
ſanctis que ſit latitudo. lōgitudo. ſub
limitas. ⁊ ꝓfundū. Scire etiā ſupere
minentem ſcīe caritatē xp̄i: ut imple
amini in oēm plenitudinem dei. Ei
autem qui potēs eſt oīa facere ſuper
abundanter quam petimus aut intel
ligimus ſm̄ virtutem que operat̄ in
nobis. Ipſi gloria in eccleſia ⁊ in xp̄o
iheſu in omnes generationes ſeculi
ſeculorum.

¶ Euangelium Luce.vij.

In illo tempore ibat ihesus in ciuitatatez que vocatur naym. Et ibant cum illo diſcipuli eius ⁊ turba copioſa. Cū autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur: filius vnicus matris ſue. ⁊ hec vidua erat. ⁊ turba ciuitatis multa cū illa. Quā cum vidiſſet dominus: miſericordia motus ſuper eam dixit illi. Noli flere Et acceſſit ⁊ tetigit loculum. Hij autē qui portabant ſteterunt. Et ait. Adoleſcens tibi dico ſurge. ⁊ reſedit qui erat mortuus. Et cepit loqui. Et dedit illum matri ſue. Accepit autē omnes timor ⁊ magnificabant deum dicentes. quia ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis. Et quia deus viſitauit plebem ſuam.

Eodem die.

Sermo. Ci. de euangelio.

Ibat Jheſus in ciuitatem que vocatur naym ⁊c. In officio precedentis dnīce oſtenditur affectꝰ ⁊ ſollicitudo ſancte matris eccleſie circa filios ſuos. ⁊ quoniam filiorum eccleſie alij moriuntur per mortale peccatum. alij infirmantur per defectum bonorum operum. alij ſani ſunt ⁊ fortes in fide ⁊ operibus bonis pro ſingulis gemit fideliter: ſollicita ꝓ mortuis: pulſans lacrimis ſaluatorem. ſicut in hoc euāgelio patet. Portat etiam dulciter onera infirmorum: leniter inſtruēdo. miſericorditer ſubleuando. Hortatur quoqꝫ fortes: ut humilia de ſe ſentiāt ne per ſuperbiam cadant. Sicut in epiſtola patet. orat pro ſingulis in collecta. Eccleſiam tuam queſumus domine miſeratio ⁊c. In qua petit ut ſcꝫ mundentur in peccato ſordentes. muniantur debiles. gubernent᷑ fortes. Clamat etiam pro hijs in introitu hodierno. Inclina domine aurē tuam: ⁊ exaudi me. In quo petit iuſtis ſalutem. peccantibus miſeratōem debilibus letificationem.

Notantur autem quatuor in hoc euangelio.

Primum eſt ſaluatoris itineratō. ibi Ibat ihesus in ciuitatem que vocat᷑ naym.

Secundum eſt vidue ɔſolatio. ibi. cū appropinquaret ciuitati.

Tercium eſt defuncti ſuſcitatio. ibi. ⁊ accedens tetigit loculū.

Quartū eſt turbe admiratio. ibi. Accepit autē omnes timor. Dicit ergo Ibat ihesus in ciuitatem que vocat᷑ naym ⁊c. Ad litteram naym ciuitas ē galilee ſecūdo miliario a thabor. Moraliter vero ciuitas hec eſt anima: cuius rex eſt ratio. princeps vero ſenſus Populus cogitatōnes ⁊ affectiones: quas ratio diſpoſuit ſuis legibus ⁊ refrenat. Eccleſiaſtici. x. Ve tibi terra cuius rex eſt puer. id eſt ratio puerilis. ⁊ cuius principes. id eſt ſenſus mane comedunt. id eſt preſentibꝰ delectantur. [illegible] Terra cuius rex nobilis eſt: nobilitate virtutū. de qua dicitur. Nobilitas ſola eſt que animum moribus ornat. cuius principes. id eſt ſenſus comedunt in tempore ſuo. id eſt in eterno conuiuio. ieiunantes in hoc exilio. Ciuitas hec vocatur naym. id eſt commotio. quia quatuor affectionibus ſemper mo-

B

uetur. Bene vel male. Male autem mouetur: anteq per gratiam xpriſtus accedat ad eam dum gaudet in pſperitate. triſtatur in aduerſitate. ſperat diu viuere. timet temporalia amittere. Unde poeta. Gaudeat an doleat. culpat metuat ve: quid ad rem. Si quicq videt melius peius ve ſua ſpe Sed poſtq xpus accedit dolet de cōmiſſis. timet de ſupplicijs. gaudet in iuſticia. ſperat de gloria Unde pſalmiſta ¶ Commouiſti domine terraꝫ et conturbaſti eam: ſana contritiones eius. quia commota eſt. Quid mirum ſi quando iuſticiarius venit in ciuitatem: turbatur reus offenſe conſcius: et preſcius pene. Criſoſtomus. Cū diem iudicij conſidero: totus mente et corpore contremiſco. Diſcipuli euntes cum illo ſunt virtutes que nos de doctrinis illius informant. et a paſſionibus viciorum curant. Math. x. ¶ Infirmos curate. mortuos ſuſcitate. leproſos mundate. demones eijcite. Curant igitur animam ab infirmitate praue delectationis. a morte cōſenſus. a lepra male operationis. a demone conſuetudinis. et contemptus. Turba copioſa ſunt motus compunctionis. ſcilicet timor et pudor. dolor et indignatio: que ſalubriter animā turbant. Bernardus. Cogita deum factorem tuum. cogita benefactorem. cogita patrem. cogita dominuꝫ ad omnia reus es: plange per ſingula. Ad primum et vltimuꝫ reſpondeat timor. ad duo media pudor. Pudeat te geſſiſſe opera indigna generi tuo in conſpectu tanti patris. Pudeat te reddidiſſe mala pro bonis et odium pro dilectione. Penſa ſi potes cuiuſmodi ſit fortitudinis et terroris. tuum atq omnium contempſiſſe factorem. offēdiſſe deum maieſtatis: qui poteſt corpus et animam mittere in gehennam

eſt vita eius Unde dicitur pſalmo quinquageſimonono. Iniquitates noſtre

C

Sequitur. Cum enim appropinquaret porte ciuitatis. Porta exterior quilibet ſenſus: per queꝫ homo interior ad exteriora egreditur. et peccatuꝫ ad animaꝫ ingreditur. Unde ſenſus carnales ſemper deberent eſſe clauſi. quoniam dominus noſter iheſus xpriſtus intrat ad nos ianuis clauſis. ut habetur Iohannis. xx. Porta interior eſt voluntas. et ad hanc xpriſtus accedit et pulſat: ut aperiatur ei. Unde dicitur apocalipſis. iij. ¶ Ego ſto ad oſtium et pulſo etc. Stat ad oſtium: expectans penitentiam. pulſat: excitans voluntatem. ut dicit galfridus. Mira dignatio ſtantis. pulſantis. preſtolantis: ut aperiamus ei. Mira etiam obſtinatio eius: quem benignitas et manſuetudo huius ad penitentiam non adducit. cui tamē oſtium obſtat dignanter aſtat et pulſat. pulſat beneficijs et flagellis. pmiſſionibus. cōminationibus et exemplis.

Sequitur ¶ Et ecce defunctus efferebatur: filius vnicus matris ſue. et hec erat vidua. Defunctus autem iſte ſignat animam mortuam in peccatis. ¶ Et notandum q anima primo diſtemperatur. primis motibus et ſuggeſtione. Languet in delectatione. Moritur in conſenſu. per quem primo interius conſummatur peccatum. et tunc ſeparatur a domino qui eſt vita

[illegible] Iniquitates noſtre

D

diuiſerunt inter vos ⁊ deum veſtrum
⁊ peccata veſtra abſconderunt faciez
eius a vobis ne exaudiret. Mors enī
nihil aliud eſt niſi priuatio vite. Pri
uatur enim homo per mortez corpo
ralem vita. dignitate. nomine. poſſeſſi
onibus ⁊ amicis. Ita ⁊ anima per pec
catum. primo amittit deuz qui eſt vi⸗
ta eius. Unde dicitur deuteronomij
xxx. ¶ Ipſe vita tua: ⁊ longitudo die
rum tuoꝝ.

Secundo amittit dignitatem. id eſt
ſimilitudinem dei. Unde pſalmiſta.
¶ Homo cum in honore eſſet: non in
tellexit. comparatus eſt iumentis inſi
pientibus. ⁊ ſimilis factus eſt illis.
quaſi diceret. diuinam ſimilitudinez
commutauit in beſtialem deformita
tem. Unde dicitur eccleſiaſtici .x.
¶ Quis honorabit exhonorantē ani
mam ſuam.

¶ Tercio amittit nomen. Unde dicitur
exo. xxxij. ¶ Qui peccauerit mihi: de
lebo eum de libro meo. Unde Luce
xvi. nomen diuitis tacuit. q2 non erat
ſcriptū in libro eternitatis.

Quarto amittit etiam nomen. id eſt
famam. quia ſicut dicitur Prouerbi
orum. x. ¶ Memoria iuſti cum laudi
bus. nomen impiorum putreſcet. Un
de eccleſiaſtici. xli. ¶ Curam habe de
bono nomīe. hoc enī magis ꝑderit tibi
ꝙ mille theſauri precioſi.

Quinto amittit poſſeſſiones ⁊ diuiti
as. id eſt virtutes ⁊ bonas operatiões
Unde dicitur trenoruz primo ¶ Ma
num ſuam miſit hoſtis ad omnia de
ſiderabilia eius. Item iohelis primo
¶ Quaſi ortus voluptatis terra coraz
eo. ⁊ poſt eum ſolitudo deſerti. neqꝫ ē
qui effugiet eum.

E

Sexto amittit amicos ⁊ conſanguine
os. id eſt preſidium angelorum. Un
de dominus ait yſaye quinto ¶ Aufe
ram ſepem eius: ⁊ erit in direptionez
Non putabitur ⁊ non fodietur ⁊ aſcē
dent ſuper eam vepres ⁊ ſpine. ⁊ nubi
bus mandabo ne pluant ſuper eam
ymbrem. Similiter ipſi angeli dicūt
Iheremie. li. ¶ Curauimus babilo⸗
nem ⁊ non eſt ſanata. derelinquamus
eam. ⁊ eamus vnuſquiſqꝫ in terram
ſuam. Deſerūt enim hominem quā⸗
tum ad hoc ut exponant eum debel⸗
lationibus ⁊ temptationibus ut ſic re
ſipiſcat: ⁊ ad deum redeat. Parati ſūt
tamen auxiliari ſi velit cōuerti. ⁊ quo
ad hoc non deſerunt.

Sed tunc defunctus effertur: cum
peccatum in corde conceptuz: perdu
citur ad noticiam plurimorum per
operationes membrorum. Unde di
cit͛ ozee. viij. ¶ Cū ſanare vellem iſra
hel. i. liberare aiam a peccato praue
cogitatōis: reuelata ē iniquitas effra
im. i. malicia operatōis: que eſt quaſi
fructꝰ male voluntatis. Effraym in
terpretatur fructificatio. Ex magna
igit͛ grā eſt ꝙ impedit͛ malū ꝓpoſitū
ne ꝓcedat in actū. Iob. xxxviij. Quis
ↄcluſit oſtijs mare q̄n erumpebat q̄ſi
de vulua ꝓcedens. Mare eſt cor pctō
ris. vulua cogitatio malicioſa. Et no
ta ꝙ iſte defunctꝰ erat adoleſcens. q2
in hac etate ꝓut frequenter ↄtingit:
incipit hō peccare. Unde gene. viij.
¶ Senſus ⁊ cogitatio humani cordis
in malum ꝓna ſunt ab adoleſcētia ſu
a. Eccleſiaſtici. xi. ¶ Adoleſcentia ⁊ vo
luptas. que ſcꝫ quaſi comes ē adoleſcē
tie vana ſunt. ⁊ valde felix ē qui in ea
ꝑt pctm̄ euaderc. Unī paulo ſuperiꝰ

Juuenis letare in adoleſcentia tua. ſcilicet ꝙ ita per adoleſcentiam tranſiliſti ꝙ non potes letari. ¶ Unde dicitur prouerbiorum. xxx. ¶ Tria ſunt difficilima mihi. ⁊ quartum penitus ignoro. Uiam aquile in celo. hec eſt cū quis proſperitatibus vite preſentis extollitur. Uiam colubris ſuper terraꝫ. hoc eſt cum quis in aduerſitate tabeſcit ⁊ cōſternatur. Uiam nauis in medio maris. ⁊ hoc eſt cum metus mentem agitat. ⁊ vana ſollicitudo conturbat. Et viam viri in adoleſcentia ſua. cum vadit poſt concupiſcentias ſuas. hec eſt via peruerſa non ſoluꝫ aliena ab eterna ſapientia: ſed vſqꝫquaqꝫ remota: ⁊ penitus ignorata. Huius defuncti mater ē eccleſia: iheſu xpriſto per fidem copulata. ⁊ ab eo per graciam fecundata: que ſingulos vnico amore diligit. quoniam apud illam non eſt acceptio perſonarum. Et dicitur vidua a viro ſuo. ſcilicet xpriſto diuiſa dum peregrinatur in terris. Unde prima Corinth. v. ¶ Quādiu ſumus in corpore: peregrinamur a domino. Inde eſt ꝙ a multis contemnitur ⁊ conculcatur. ⁊ bonis ſuis exheredatur. Sed dicit baruch. iiij. ¶ Nemo gaudeat ſuper me viduam deſolatam a multis. derelicta ſum ꝓpter peccata filioꝝ meoꝝ. ꝙ declinauerunt a lege dei.

¶ Turba que condolet ⁊ compatitur: ſunt fideles qui de peccatis infirmorum. turbantur ſicut apoſtolus qui dicebat ad Roma. ix. ¶ Triſticia magna eſt mihi. ⁊ omnis dolor cordi meo pro fratribus meis ⁊c̄. Item eccleſiaſtici. xxxv. ¶ Nonne lacrime vidue ad maxillam deſcendunt. id eſt ad doctores ⁊ prelatos. qui cibuꝫ ſpiritualem. ſcilicet ſcientiam ſcripturarum maſticantes trahūt in nutrimētum membrorum. Sequitur. A maxilla aſcendunt in celum. Unde petrus rabanus. Ecce nunc rigat terra celū immo ſuper celos ⁊ vſqꝫ ad ipſum iheſum imber humanarum proſilit lacrimarum.

¶ Sequitur. Quam cum videret. ſcilicet oculo pietatis. miſericordia motus ſuper illam. id eſt ſuper merita. quoniam tam grande miraculum ⁊ merita ſupplicum excedit et vota. Fides tamen recipit: quod oratio non preſumit. Ecce ꝙ miſericordia mouit illum: qui ſemper eſt ſtabilis ⁊ dat cuncta moueri. Quem igitur non mouebit. Unde dicitur eccleſiaſtici tercio. ¶ Cor durum male habebit in nouiſſimo. Dicit illi. Noli flere. Ecce verbum conſolatōnis. Unde dicitur Eccleſiaſtici decimoſeptimo ¶ Nonne ardorem refrigerabit ros ⁊ ſic verbum melius ꝙ datum. Nec eſt ei cōtrarium illud qđ dicit ſapiens. Quis matrem niſi mentis inops in funere nati flere vetat. non hoc illa monenda loco eſt. Quia ille loquitur de eo qui cauſam doloris remouere nō poteſt. ſed dominus noſter et fletum et dolorem remouit. quia puerum ſuſcitauit.

¶ Sequitur. ¶ Et acceſſit ⁊ tetigit loculum. Loculus iſte eſt conſciencia male ſecura. Unde dicitur Eccleſiaſtici octauo. ¶ Sunt impij qui ita ſecuri ſunt: quaſi iuſtorum facta habeant. Portitores illius ſunt quatuor.

Primus eſt fiducia viuendi. De qua
dicitur Luce.xij. Anima mea ha-
bes multa bona repoſita in ãnos plu
rimos &c.

Secundus leuigatio peccati. de qua
pu̇erbiorum.xxx. Mulier adulte-
ra.id eſt peccatrix aīa.comedit:pec
catum committendo.tergens os ſuuꝫ
ſe excuſando:dicens. Non ſum opera
ta malum.

Tercius eſt aliene vite conſideratio.
Contra quod dicitur eccleſiaſtici.vij.
Non pecces in multitudine ciuita
tis.id ē exemplo multitudinis. quia
non minus ardebit:qui cum multis
ardebit. Exo.xxiij. Non ſequeris
turbam ad faciendū malum.

Quartus eſt venie p̄miſſio. Contra
quod eccleſiaſtici.v. Ne dicas miſe
ratō dei magna eſt.multitudinis pec
catorum miſerebitur. Miſericordia e
nim & ira ab illo cito p̄ximāt.& in pec
catores reſpicit ira illius. Ex quo re
linquitur ꝙ miſericordia reſpicit iu
ſtos. Iuxta illud Math.v. Beati
miſericordes:quoniam ipſi miſericor
diam ꝯſequentur. Unde potius dicē
dum eſt illud Iohelis.ij. Quis ſcit
ſi conuertatur & ignoſcat deus & relin
quat poſt ſe benedictionem. Et nota
ordinem ſuſcitandi.

Primo accedit ad defunctum per ti
moris incuſſionē.

Secundo tangit loculū per compun
ctionis immiſſionē.& tunc ſiſtūt ma
li portitores:qui deferebant illuꝫ ad
ſepulchꝝ inferni

Tercio vocat per interne conſolatōis
inſpirationem.ſpem venie largiendo
dicens. Adoleſcens tibi dico ſurge.q.
diceret illō pſa.lij. Excutere de pul
uere peccatoꝝ.conſurge ad opera vir
tutum.ſede:peccata p̄pria diſcutiendo
ſolue vincula colli tui.confeſſiōis im-
pedimenta remouendo. Unde ſequi
tur. Et reſedit qui erat mortuus & ce
pit loqui.ꝯfitendo.laudando.orādo
gratias agendo. Et notandum ꝙ
tres mortuos legitur reſuſcitaſſe. ſci
licet filiam archiſinagogi. Luce.viij.
Et filium huius vidue. Luce.vij.&
Lazarum. Ioh.xi. In quibus notan
tur tria genera peccatoꝝ.ſcilicet cogi
tationis.operationis.& ꝯſuetudinis.
Differunt autem reſuſcitatōes iſtoꝝ
in quatuor. ſcꝫ in etate.in loco.in mo
do.& in circumſtantijs.&

Primo in etate. quia filia archiſyna
gogi erat puella fere annoꝝ.xij. ſed
filius huius vidue adoleſcens. Laza
rus vero in etate virili. Nam peccatū
cogitationis paruulū eſt. Unde pſal.
Beatus qui tenebit:& allidet par-
uulos ſuos ad petram. Iheronimus
Dum paruus eſt hoſtis interfice eū
Peccatum vero operis magnū eſt.ꝙ
per prauam cogitatōem nō nocet ho
mo niſi ſibiipſi.ſed per opus nocet p
ximo. Iteꝫ ipſo opere efficitur homo
deterior creſcente peccato. Sed pecca
tum ꝯſuetudinis maximū eſt.ꝙ ſicut
ait gregorius. Praua conſuetudīe fir
matur peccatum. Pſalmiſta. Inue
teraui inter omnes inimicos meos.
Job.xvi. Ruge mee dicūt teſtimo
nium ꝯtra me.

Secundo differunt in loco. quoniā
puella iacebat in domo.ſed iſte adole
ſcens iam efferebatur extra portam.
Lazarus vero ferebatur in monumē
tō. Nam peccatum cogitationis latet
in penetrabilibꝰ cordis ſoli deo notū

Quod ait yſa. l. Auferte malum co gitationum veſtrarum ab oculis me is. Peccatum vero operis manifeſta tur alijs ꝛ ita fit occaſio ruine cuilibꝫ cernenti ꝛ ſcienti. pſalmiſta. Interfi citis vniuerſi vos. Sed peccatum cō ſuetudinis corrumpit in remotos dif fundendo circumquaqꝫ fetorem Jo helis. i. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.

Tercio in modo. quia ad puellam a it. ſurge. ꝛ ſurrexit continuo. Sed in ſuſcitatione huius adoleſcētis primo miſericordia motus eſt. Deinde acceſ ſit: ꝛ tetigit loculum eius. ꝛ plura ver ba dixit: nec ſurrexit ſtatī: ſed primo reſedit. In ſuſcitatione vero lazari in fremuit ſpiritu. ꝛ turbauit ſemetipſū ꝛ lacrimatus eſt. ꝛ voce magna clama uit: nec ſurrexit ille nec reſedit: ſed tan tum prodijt ligatus manus ꝛ pedes. In quo notatur ꝙ facilis eſt curatio vel correctio male cogitatōis: ſed dif ficilis operis. difficilima vero conſue tudinis. Ezech. xxiij. Multo labo re ſudatum eſt: ꝛ non exiuit de eo ru bigo eius.

Quarto ꝛ vltimo differunt in perſo nis circumſtātibus. quia puellā pau cis aſtantibus ſuſcitauit. Sed adoleſ centem multa turba preſente: que ſe quebatur illū. ꝛ turba ciuitatis que erat cum vidua. Lazarum vero corā multis qui ex diuerſis locis venerant ad martham ꝛ mariam: ut conſolarē tur eas de fratre ſuo. Naꝫ ſicut dicit gloſa. Publica noxa publico eget re medio. leuis leuiori. ꝛ ſecreta ſecreta poteſt dilui penitentia. Unde verſus Mens mala: mors intus. malus actꝰ mors foris. vſus Tumba. puella pu er. lazarꝰ iſta notant. Hanc verbo. mo tu puerum. te lazare fletu Suſcitat. hic pauci. plebs. ibi teſtis adeſt.

Sequitur. Accepit autem omnes ti mor ꝛc̄. Quantus timor erit quando in voce virtutis. in clangore tube re ſurgent omnes mortui. quod huius adoleſcentis reſuſcitatio preſignauit. Unde petrus rauanen. doctor cariſ ſimi ac vnius reſurgentis exemplo cō citemur ad fidem reſurrectionis om nium noſtrum. ꝛ credamus ꝙ crux xpriſti noſtri corporis ſit aratrum. fi des ſulcus. ſepulchrum reſolutio. ger men expectatio temporis. ut cum di es dominici aduentus arriſerit: i cor porum noſtrorum natura: tunc viri ditas vitalem reſurget in meſſem. naſ cituram iam carnem: neſcituraꝫ finē. Non paſſuram falcem. non flagella ſenſuram. quaſi diceret. Depoſitis in morte vetuſtatis paleis: nouum glo rioſi corporis reſurget in fructum Unde dicit apoſtolus prima ad Co rinthios decimoquinto. Semina tur corpus animale: ſurget corpꝰ ſpi rituale. Sed timor iſtorum reueren tie fuit. Unde ſequitur. Et magni ficabant deū dicentes: quia prophe ta magnus ſurrexit in nobis. ꝛ quia dominus viſitauit plebem ſuam. In quibus verbis ↄmendant xp̄m ab v traqꝫ natura.

Primo commendant eum ab huma na ſcd̄m quam fuit propheta: ꝛ eter na immobili veritate populo denun cians.

Secundo commendant eum a diui na: ſcd̄m quam dignatus eſt viſitare

humanū genus ut redimeret ipſum
Et eſt hic ille propheta d̄ quo ait do
minus moyſi deuterono. xviij. ¶ Pro
phetam ſuſcitabo eis de medio fra
trum ſuorum ſimilem tui. in quo oſ̄
ditur ꝙ xpriſtus oriundus erat de ꝓ
genie iudeorum. ⁊ daturus legez xpi
anis. ſicut ⁊ moyſes dedit iudeis.
Sequitur. Et ponam verba mea in
ore eius. hoc eſt quod ipſe ait Johis
viij. Que audiui a patre meo hec lo
quor in mundo. Sequitur. Qui aūt
verba eius audire noluerit: ego vltor
exiſtam. quaſi diceret. Nō occidetur:
nec punietur temporaliter: ſicut in ve
teri lege: ſed miſericorditer expectabi
tur ad penitentiam. ſi vero perſeuera
uerit in contemptu: ſeruabitur ad pe
nam eternam Verba iſta nō poſſunt
intelligi de ioſue. non enim fuit ſimi
lis moyſi. immo dicitur de eo Nume
ri. xxvij. ¶ Dabo ei partem glorie tue
quaſi diceret. non omnem gloriam.
Nec de alijs prophetis. quia ſingula
riter ⁊ per excellentiam dicit ꝓphetaz
⁊ non ꝓphetas. Fuit autem magnifi
cus in tribus. In ſermone. In opera
tione. ⁊ in paſſione. In ſermone tri
pliciter.

Primo in exhortatione Unde math.
.vij. ¶ Erat docens ſicut poteſtatem
habens.

Secundo in ꝓmiſſione. Luc. vi. Be
ati pauperes. quia veſtrum eſt reg
num dei.

Tercio in cominatione. vnde ſequitur
ibi. Ve vobis diuitibus: qui habetis
hic ↄſolationes veſtras.

In operatione tripliciter.
Primo in operibus virtutū. Unde
Joh. xiij. ¶ Exemplū dedi vobis: ut
quemadmodum ego feci: ita ⁊ vos fa
ciatis.

Secundo in operib9 miraculoꝝ. Ac
de actuū. x. ¶ Pertranſijt benefacien
do ⁊ ſanādo oēs oppreſſos a dyabolo.
Tercio in operib9 ſignationum. ſicut
qn̄ maledixit ficulnee. Math. xxi.

In paſſione tripliciter
Primo eīm paſſus eſt dura verba. Jo
his. viij. ¶ Samaritanus es tu: ⁊ de
monium habes.
Secūdo duriora verbera. Unde ma
th. xxvij. ¶ Jheſum flagellatuz tradi
dit eis ut crucifigeretur.
Tercio duriſſima tormēta. Unde tre
norum pri. ¶ Uidete ſi eſt dolor ſicut
dolor meus. De hijs omnibus dicit
bernardus. O bone iheſu ꝙ dulciter
cum hominib9 ↄuerſatus es. ꝙ abū
danter multa ⁊ magna hominib9 lar
gitus es. ꝙ fortiter dura ⁊ aſpera pro
hoībus paſſus es. dura verba. durio
ra verbera. duriſſima ⁊ horrenda cru
cis tormenta. Ipſi ſit laus ⁊ gloria in
ſecula ſeculorum. Amen.

Dominica decimaſeptima.
Epiſtola. Ephes. iiij.

FRatres. obſecro vos
ego vinctus in domino. ut
digne ambuletis vocatione
qua vocati eſtis cum omni humilita
te ⁊ manſuetudine. cum patientia ſup
portantes inuicem in caritate. Solli
citi ſeruare vnitatem ſpiritus in vin
culo pacis. Unum corpus ⁊ vnus ſpi
ritus ſicut vocati eſtis in vnam ſpem
vocationis veſtre. Unus dominus.
vna fides. vnum baptiſma. Unus
deus ⁊ pater omnium: qui eſt ſuper

omnes. ⁊ per omnia. ⁊ in omnibus nobis. qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum

¶ Euangelium. Luce. xiiij

IN illo tempore cum intraret ihesus in domum cuiuſdam pricipis phariſeorum ſabbato manducare panem. ⁊ ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus erat aute illum. Et reſpondens ihesꝰ dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos dicens. Si licet ſabbato curare. At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit Et reſpondēs ad illos dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet ⁊ non continuo extrahet illum die ſabbati. Et non poterant ad hec reſpondere illi. Dicebat autem ⁊ ad inuitatos parabolaꝫ. intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens. ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias. ñ diſcumbas i primo loco. ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo. ⁊ veniens is qui te ⁊ illum vocauit dicat tibi. Da huic locum. ⁊ tunc incipias cum rubore nouiſſimuꝫ locum tenere. Sed cum vocatus fueris. vade recumbe in nouiſſimo loco. vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice aſcende ſuperius Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur. ⁊ qui ſe humiliat exaltabitur.

¶ Dominica decimaſeptima. Sermo centeſimuſſecundus

A

CUm intrarꝫ ihesus in domū cuiuſdā pricipis phe oꝝ. ſabbato manducare panem. ⁊c. In officio preſentis dominice agitur de conſeruatione gracie Unde agitur in epiſtola de conſtancia virtutum. In euangelio vero de humilitate que omnes virtutes conſeruat Et conſiſtit in duobus. ſ. in abiectione ſui. ⁊ in abdicatione rerum temporalium. Unde in prima parte euangelij diſputat dominus contra auariciam vt introducat illam partē humilitatis que cōſiſtit in abdicatione rerum In ſcđa parte diſputat contra ſuperbiam. vt introducat illā partem humilitatis que conſiſtit in abdicatione ſui. ⁊ reſpondet ordinatione congrua hec dominica precedēti dominice. Nam in illa dictum eſt ꝙ dominus appinquauit ciuitati In hac vero ꝙ intrauit domuꝫ. qđ plus eſt tanꝙ familiaris ⁊ notꝰ. Ibi ſuſcitauit defunctum. hic curat ydropicum. quia niſi prius anima ſuſcitetur per graciam. impoſſibile eſt inordinatum appetitum ipſius in ſuggeſtione rerum temporalium ſaturari Prouerbiorum. xxx. Tria ſunt inſaturabilia ⁊ quartum quod nunquā dicit ſufficit. Infernus. i. diabolus. qui nunꝙ ſaciatur deglutiendo peccatores. ⁊ os vulue. i. luxuria que nō ſaciatur voluptatibus. ⁊ terra. i. auaricia que nunꝙ ſaciatur aquis diuiciarum. ⁊ ignis. i. ambitio. cui nulla dignitas ſufficit. ꝙ ſemper gradum appetit altiorem.

Item in precedenti dominica. defunctus ſuſcitatus redditur matri

B

ſue. In hac vero pia mater nutrit eā
vberibus pietatis. inſtruēdo.exhor
tando.⁊ aſſidue pro eo orando .ſicut
oſtenditur in introitu miſſe. vbi dic
Miſerere mei domine quoniam ad
te clamaui tota die.⁊ aſſignat cauſaȝ
que monet eam ad clamandum cuȝ
ſubdit. Quoniam tu domine ſuauis
es ⁊ mitis ⁊ copioſus i miſericordia
inuocantibus te. Eſt enim ſuauis ad
ſe dulciter reuocando. Mitis ſpaciuȝ
penitencie indulgendo.⁊ copioſus i
miſericordia.peccata omnia condo-
nando Sequitur collecta in qua
orat graciam .preuenientem ⁊ ſubſe
quentem.⁊ dicit. Tua nos domine
gracia preueniat ⁊ ſequatur . Et eſt
gracia preueniens que purgat ⁊ illu
minat mentem ⁊ informat volūta
tem. vt boni ſimus ⁊ bonum velimꝰ
Subſequens eſt que facit coualeſce-
re.⁊ informat opus vt meritorie o-
peremur.⁊ eſt eadem gracia hec ⁊ il
la.ſed ſortitur diuerſo nomine prop
ter diuerſos affectus.ſeu propter di
uerſum modum.quia prima opera
tur in nobis.ſcda nobiſcum . Unde
dicitur.prima Corinthiorum deci-
moquinto. ¶ Habundancius omni
bus laboraui.non ego.ſed gracia dei
mecum. Et notantur in hoc euange
lio tria.

¶ Primum eſt humiliatio ſeu dignati
o diuine maieſtatis.⁊ hoc quo ad in
greſſum domus phariſei.quod nota
tatur cum dicit. Cum intraret ihesꝰ
ꝛc.

¶ Scdm eſt oſtenſio diuine virtutis.⁊
hoc quo ad curationem ydropici.cū
ſubditur. Et ecce homo quidā ydro

C

picus.ꝛc.

Tercium eſt doctrina humilitatis.⁊
hoc ſubiecta parabola cū additur.
Cum inuitatus fueris.ꝛc. Dignatio
diuine maieſtatis inſinuatur ex qua
tuor.

¶ Primo ex loco.quia intrauit domuȝ
alienam tanq̄ mendicus ⁊ pauper.
Unde dicitur. Mathei.viij. ¶ Filiꝰ
hominis non habet vbi caput recli
net. Non enim habuit propriuȝ ho
ſpicium in hoc mundo.ij. Corinthi
orum. viij. Propter nos egenus fa-
ctus eſt cum eſſet diues vt illius ino
pia diuites eſſemus. Nam per conſi
deratione altiſſime paupertatis quā
pro nobis aſſumpſit contempnimus
hic temporalia. ⁊ ſtudemus ditari
ſpiritualibus bonis.que vere diuici
e ſunt.⁊ ad eternas diuicias ducunt.
Scdo dignatio domini oſtenditur
ex perſona ad quam intrauit.non in
quancunq̄ domuȝ.ſed pricipis pha
riſeorum. vt eum argueret ⁊ ſanaret
ſpiritualiter. Phariſei nanq̄ ypocri-
te erant ⁊ ſuperſticioſi ⁊ ei ſpecialiter
aduerſabantur.⁊ hec eſt cauſa quare
frequentius legitur comediſſe in do
mibus peccatorum. Johannis.iiij.
¶ Ego cibū habeo manducare quē
vos neſcitis. Propterea intrauit i do
mum inimici tanq̄ amicus. vt eum
ad beniuolenciam traheret . Pſalmi
ſta. Cum hijs qui oderunt me paci-
ficus eram.

¶ Tercio dignatio domini oſtenditur
ex tempore.quia itrauit illuc die ſab
bati.miracula facturus.⁊ multitudi
nem inſtructurus. Principes nanq̄
iudeoȝ ſolebāt eo die conuiuiū celebrāre

D

propter quod multitudo cõfluebat ad eos. Et notandum ꝙ quatuor de cauſis miracula dominus operabatur in ſabbato

¶ Prima cauſa eſt vt oſtenderet ceſſationem litteralis obſeruancie illius ꝙ erat ceſſare ab operibus ſeruilibus. quantum enim ad hoc fuit cerimoniale. quia datum in ſignum. Unde dicitur. Ezechielis. xx. ¶ Dedi eis precepta mea. ⁊ iudicia mea oſtendi eis. que faciat homo ⁊ viuat in eis Inſuper ſabbata mea dedi eis. vt eſſet ſignum inter me ⁊ eos. ⁊ ob hoc aduenientem: debuit ceſſare obſeruatio illius. Fuit enim ſignum quadruplicis rei Primo fuit ſignum quietis domini ce paſſionis ⁊ ſepulture. qui ſexto die laborauit in opere redemptionis noſtre. ſed in ſabbato requieuit. Pſalmiſta. ¶ Caro mea requieſcit in ſpe. Scḋo fuit ſignum quietis ſanctorũ patrum. quos eadem die a doloribꝰ requieſcere fecit. Actuum. ij.

¶ Tercio fuit ſignum ſabbati ſpiritualis dandi a criſto per graciam que eſt ceſſatio a peccato. ⁊ ſic eſt morale ⁊ ligat ſemper. Unde ponitur in decalogo inter precepta moralia

¶ Quarto erit ſignũ perfecte quietis in ſeptima etate quã habituri ſumꝰ in patria. Iſaie. vltimo Erit ſabbatũ ex ſabbato. Item dicit auguſtinus Si a malis operibus ceſſando ſabbatiſamus ad futurã quietẽ peruenie mꝰ Scḋa cauſa quare operabatur dominus in ſabbato eſt vt oſtenderet ſe nõ teneri ad opera legis. Non enĩ erat ſubiectus legi ſed dominus legis. Unde dicitur. Luce. vi. ¶ Dominꝰ

E

eſt filius hominis etiam ſabbati. Tercia cauſa eſt vt ſe oſtenderet creatorem. quia opera creationis operibus creatoris insereret. ⁊ inde inciperet noua creatura vbi vetus deſijt. Iohannis. quinto. ¶ Pater meus vſqꝫ modo operatur ⁊ ego operor.

¶ Quarta ⁊ vltima cauſa eſt vt hoc facto doceret nullo tempore pretermittenda eſſe opera pietatis. Si enim licitum erat bouem vel aſinũ die ſabbati d̄ puteo extrahere. multomagis infirmum ſanitati reſtituere.

ſenſu. ⁊ efficitur inſenſibilis. vt non ſē
tiat defectus proprie infirmitatis.
nec incommoda fraterne neceſſitatꝭ.
neqꝫ dulcedinem diuine ſuauitatis.
De primo. Prouerbiorum. xxiij.
Vulnerauerunt me. ſed non dolui.
traxerunt me ⁊ ego non ſenſi. Bern
hardus. Membrum quod dolorem
non ſentit mortuum eſt ⁊ inſenſibilis
morbus incurabilis eſt. De ſcđo
Amos. vi. Nihil compaciebantur ſu
per contritionem ioſeph. i. pauperis
⁊ afflicti. De tercio. Pſalmiſta
Poſuerunt abhominationem ſibi.
Primaꝫ inſenſibilitatem facit ſuper
bia. Ecci. x. Quid ſuperbis terra. ⁊c̄.
Pſalmiſta. Si non humiliter ſencie
bam. ⁊c̄. Scđaꝫ auaricia Vnde cayn
ait. Geneſis. iiij. Nunquid cuſtos fra
tris mei ſum ego. Terciam carnalis
illecebra. Numeri. xi. Quis dabit car
nes ad veſcendum. nihil aliud reſpi
ciunt oculi noſtri. niſi manna.

Trenorum. iiij. Qui nutriebantur in
croceis amplexati ſunt ſtercora. Dei
de per conſequens priuatur motu. ⁊
efficitur immobilis. vt non moueatꝛ
ad ſe per humilitatem. Michee. vi
humiliatio tua in medio tui. ꝙ cau
ſam humilitatis habemus in corpo
re. ſed contemptionem. nutritionem.
defectionem. deformitatem. inquie
tationem. ſordium emiſſionem. quo
tidianam debilitatem. extremam diſ
ſolutionem. Similiter ⁊ in anima. ſ.
tarditatem perficiendi. pronitatem
deficiendi. aſſiduitatem iacendi. Im
poſſibilitatem reſurgendi. difficulta
tem permanendi. ignoranciam ſtatꝰ
proprij. Item non mouetur ad pro
ximum per pietatem. Exodi. x. Tri
bus diebus. i. dum ratio eſt ceca vo
luntas ſine affectione. operatio remiſ
ſa. Nemo videt fratrem ſuū oculo ɔ
paſſionis. nec mouet ſe de loco in q̄ ē
per opera ſubuentionis. i. Johanis.
iij. Qui viderit fratrem ſuum neceſ
ſitatem habere ⁊ clauſerit viſcera ſua
ab eo quomō caritas dñi manꝫ in eo
Item non mouetur ad deum ꝓpter
timorem ⁊ amorem. Pſalmiſta. Nō
eſt illis ɔmutatio. ⁊ non timuerunt
deū. ꝙ ſine timore peccant Ecci. viij
Ecce ꝙ non profertur cito contra
malos domini abſqꝫ timore ſniā. filij
hominum perpetrant mala. Nota
ꝙ qñ tremor eſt in membro paraliti
co ſignuꝫ ē ꝙ ſpiritꝰ vitalis aſcendit
ad illud licet non libere. ita ⁊ qñ hō
peccat cum timore ſignum eſt ꝙ tan
gitꝛ a ſpū gracie. timor eñ ſeruilis. li
cet non ſit cum ſpiritu ſancto. ſꝫ eos
qui ſine timore peccant Sequitur
Extendit manum ſuaꝫ. ⁊c̄. vt ea am
plius facit que magna expectat. Fit
autē paraliſis maxime tribus d̄ cau
ſis. Quandoqꝫ ex frigiditate ɔſtrin
gente. qñqꝫ ex humore oppilante qñ
qꝫ ex neruí inciſione. eodē mō pecca
tū hꝫ aliqñ fieri ex frigiditate auari
cie. vñ Ecci. xliij. Frigidus ventꝰ

L

aquilo flauit.i. temptatio cupidita
tis ⁊ gelauit criſtalus ab aqua.i.aua
rus induratus eſt ex congregata pe
cunia. ¶ Aliquando fit ex humore
carnalis concupiſcencie. vnde ⁊ ipſa
corporal' paraliſis fit ex nimio cibo
ac potu. vel ſomno fertur accidere
Seneca. Ipſe voluptates in tormen
ta vertuntur. Epule crudelitatem
offerunt. Ebrietates neruorum tor
porem ⁊ tremorem libidines pedu
manuumq ⁊ omnium articulorum
deprauationem. vnde dominus Lu
ce.xxi. Attendite ne grauentur corda
veſtra.⁊c.

Aliquando fit ex vulnere ſuperbie.
que ſeparat hominem ab vnitate.
Unitas eſt vinculum membrorum
ſpiritualium. ſicut ⁊ nerui vinculum
membrorum corporalium. Epheſi
os.iiij. Solliciti ſeruare vnitatem ſpi
ritus in vinculo pacis. Amos.vi.
Ue qui ſeparati eſtis i diem malum
Bernardus. Uideant in quanto pe
riculo ſunt. pro quibus eccleſia pala
orare nõ audet. que fidenter pro iu
deis. pro hereticis. p gentilib9 orat
cum enim in paraſceue nominatim
oratur pro quibuſlibet malis. nulla
tñ fit mentio de excõicatis. vnde offe
rentes domino paraliticum ſunt pa
ſtores ⁊ doctores eccie quorũ ſollici
tudo plenius exprimitur. Mathei.ij
⁊ Luce.v. vbi dicitur Ecce quatuor
viri portantes nec paraliticũ. ⁊ que
rebãt eum inferre ⁊ ponere ante ihe
ſum. ⁊ cum non poſſent pre turba a
ſcendrunt ſuper tectum ⁊ per tegu
las ſubmiſerunt illum ante iheſum
ſcʒ miſerum ante miſericordeʒ. infir

M

mum ante omnipotẽtem In quib9
verbis notantur ſex.

¶ Primum eſt ꝙ debent eſſe viri per
virilem operationem. qꝛ ſic ait Gre
gorius Tantum dʒ actionem popu
li actio prelati tranſcendere quantũ
diſtat a grege vita paſtoris. Pſalmi
ſta Viriliter agite ⁊ confortetur cor
veſtrum. econtra de malis dicitur. I
ſaie.iij. Dabo pueros principes eoꝝ
⁊ effeminati dominabuntur eis.

¶ Secundum eſt vt ſint quatuor per
perfectionem virtutum. De quib9
Sapiencie.viij. Sobrietatem ⁊ ſapi
enciam docet. ⁊ iuſticiam ⁊ virtuteʒ
quibus vtili9 nihil eſt in vita homi
nis.

¶ Tercium eſt vt portent peccatorem
per pacienciam ⁊ compaſſionem.
Romanos.xv. Debemus nos firmi
ores inbecillitates.⁊c. Exodi.xxviij.
Portabit aaron iniquitates filiorũ
iſrahel.

¶ Quartum eſt vt querant inferre eũ
ante iheſum per ſollicitudineʒ exqui
rendo modum ⁊ actionem ſalutis il
lius. Prouerbioꝝ.vi. Fili mi ſi ſpo
ſpõderis pro amico tuo dfixiſti apd
extraneum manum tuam.

Quintum eſt vt aſcendãt ſuper tectũ
per carnis mortificationem. tectum
nãqꝫ eſt caro q̃ tegitur aĩa Galatas.v
Qui autem ſunt criſti carnẽ ſuã.⁊c.

¶ Sextum eſt vt ponant illũ ante ihe
ſum per interceſſionem. Exodi.xxvi
ij. Portabit aaron noĩa filiorum iſ
rahel coram domino ſuper vtrunqꝫ
humerum ob recordationem. Iaco
bi vltio. Multũ vʒ oratio iuſti ⁊c. Ui
dẽs aũt iheſ9 fideʒ illoꝝ dic paralitico

N

confide fili remittuntur tibi peccata tua. In hijs verbis oſtendit duplex ſignum deitatis. vnū quia nouit occultū. quod ſoli deo poſſibile erat ſcire. ſ. infirmitatem ex peccatis paralitico accidiſſe. Aliud quia cauſam infirmitatis deſtruxit. ſ. peccatū. quod etiam teſtimonio prophetarum ſoli deo eſt poſſibile. qui ait Iſaie. xliij Ego ſum qui deleo iniquitates veſtras. ꝛc. Dicit hic gloſa. Quantum valet apud deum fides propria. apud quem ſic valuit aliena. vt in corpore ſanaret ⁊ in anima. quod ſane itelligendum eſt. quia propter fidē offerentium non dedit deus homi remiſſionem peccatorum. quoniam propria fides exigitur in adulto. ſed fides portanciam meruit fidem paralitico. qua habita in fide ſua dominus ei peccatum dimiſit. Is ergo eſt ſenſus. ſi aliena fides huic meruit g̃ciam: multum valet fides propria. que meretur gloriam

Hic habetur euidens argumentum contra hereticos qui dicunt ꝙ paruuli non poſſunt ſaluari. quia non poſſunt credere vel diligere qm̄ ſaluantur in fide parentum. vel in fid̄ eccleſie. ſi parentes ſint infideles. Sicut fide deferencium curatus eſt ꝑaliticus iſte. Eodē modo fides mulieris chananee meruit ſanitatem filie ſue. Mathei. v. Agit autem dominus more periti medici expellendo. Primo cauſam morbi. ſcꝫ peccatum quod erat cauſa infirmitatis illius. docens in hoc ꝙ quando medicꝰ viſitat egrum. Primo debet monere ipſum ad penitenciam ⁊ confeſſionem ne peccato manente tanꝗ̄ ferro in

O

vulnere fruſtra ſit malagma apponere. Notandum tamen ꝙ diuerſis de cauſis infligit deus corporales infirmitates

Primo ad probationem ſiue ad cumulum meriti. ſicut beato iob ⁊ thobie. ⁊ ſanctis martiribus. De quibꝰ legitur ſapiencie. iij. Tanꝗ̄ aurum i fornace probauit eos.

Scd̄o ad cuſtodiam humilitatis. ſic apoſtolo cui datus eſt ad repreſſionē ſtimulus carnis. ne magnitudine reuelationum extolleret. i. Corinthiorum. xij.

Tercio ad manifeſtationem glorie dei. ſicut lazaro. De quo Johannis. xi. Infirmitas hec non eſt ad mortē Similiter de ceco. De quo Johannis. ix. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parentes eius.

Quarto ad correctionem peccati p̄teriti. ſicut huic paralitico. Similiter ſorori moyſi marie. que percuſſa ē lepra propter detractionem. Numeri xij. Quinto ad penam tm̄ ſiue vltionem. ſicut de Anthiocho. de quo ij. Machabeorum. ix. Hos deus puit etiam in hac vita propter obſtinationem vt in eorum pena alij corigantur. Prouerbiorum. xxi. Mulctato peſtilente ſapiencior erit paruulꝰ. ꝛc Sexto ad ſollicitudinem. ſic remiſſis religioſis. pſ. Virga tua ⁊ baculꝰ. ꝛc Septio ad excitationē ꝑparentur ad exitum. Luce. xij. Et cum venerit ⁊ pulſauerit. ꝛc. De primis. quiqꝫ verſus. Ut iob inclinat paulum ſeſe maifeſtat. In ceco purgat mariam puit herodem. Expulſa cauſa morbi. conſequenter expellit morbum cum ait. Surge tolle lectū tuum. ꝛc. In quo

per ſignum viſibile.ſ.peccatorum re
miſſionem. Et notantur hic tria.
Primum eſt peccatorum diletõ.cuȝ
dicit.fuge a peccatis recedendo
Scḋm eſt penitencie aſſumptio. cuȝ
ſubdit.tolle lectum tuum. Delectati
onem peccati in vſus penitencie con
uertendo

Tercium eſt intentionis directio. cũ
ſubdit.⁊ vade in domum tuam.id ẽ
in celum.per iugem meditationem
Philipenſes.iij.Poſteriorum obli-
tus ad anteriora me extendo. id eſt
ad celeſtia per rectam intentionem.
De hijs tribus dicit pſalmiſta.Decli
na a malo.ecce primum.⁊ fac bonuȝ
ecce ſcḋm. inquire pacem ⁊ perſeque
re eam.pacem.ſ.eternitatis.ecce terci
um. Et nota ꝙ ſurge ſolemus dicere
ſedenti.iacenti.dormienti. Sedet au
tem anima per conſenſum quando ñ
reſiſtit temptationi. Unde dicitur Je
remie.viij.qualiter ſedemus. Jacet
per operationem ſicut porcus in lu-
to.igitur. Jacuerunt in terra foris
puer ⁊ ſenex. Joſue.vij. Surge cur
iaces in terra pronus.dormit per cõ
ſuetudinem. Unde dicitur. Epheſi-
os quinto. Surge qui dormis ⁊ ex
urge a mortuis.⁊ recede a peccatis.
Geneſis.iiij.alia littera. Peccaſti.qui
eſce. Debet ergo euigilare peccator ꝑ
contritionem.ſurgere per confeſſio-
nem.exurgere per.ſatiſfactionem. ⁊
hoc eſt ꝙ ait. Surge a peccato conſẽ
ſus.operationis ⁊ conſuetudinis.

Tolle lectum tuum. Item nota ꝙ
triplex eſt lectus.dicitur enim lect9
ſenſualitatis. Pſalmiſta. In cubilib9
veſtris compugimini. De hijs que
voluiſtis in delectatione carnis.in
q̃ua captiua verſatur ratio vt fera ĩ
cubili

Item proſperitas temporalis. Pſal
miſta. Dominus opeȝ ferat.illi ſuper
lectum dolori eius. Gloſa.quaſi le-
ctus quietis ſunt hic bona tempora
lia.ſed deus fecit ea doloribus plẽa.
ne in eis ſpes habeatur.
Item ſuperbia. Deuteronomij.iij.
Lectus Og regis baſan erat ferre9.
habens noueȝ cubitos longitudinis
Hic lectus diaboli qui ſuper nouem
angelorum ordines extendere ſe vo
luit dicens Iſaie.xiiij Supra aſtra ce
li exaltaui ſolium meum. ⁊ de qua-
tuor ſuperbiuit.⁊ vltra ſe ſe extendit
ſcȝ nobilitate nature.preeminẽcia po
tencie.ſubtilitate intelligencie.⁊ arbi
trij libertate.
Item auaricia.iiij. Regum.i. De le
ctulo ſuper quem aſcendiſti non de
ſcendes. Hoc dictum eſt ezechie. qui
interpretatur retinens deuȝ.⁊ ſignat
auarum qui bona domini retinet.
quaſi incarcerata.
Item luxuria. Prouerbiorum.vij.
Intexui funibus lectum meum. Fu
nes ſunt carnis delectationes. capita
ſunt rerum affluencium varietates.
ij. Paralipome. xij. dicitur de ſeſac.
Poſuerunt eum ſuper lectum ſuum
plenum aromatibus ⁊ vnguẽtis me
retricijs que erant pinguentarioruȝ
id eſt demonum arte confecta
Item pena temporalis. Apocalipſis
ij. Ego mittam eum in lectum
Item pena eterna. Iſaie.l. In dolori
bus dormietis. Exodi.xiiij. Subter
te ſternitur tynea ⁊ operimentum tu
um erunt vermes. In hijs lectis ia
cet peccator. Sunt ⁊ alij in quib9

R

Quieſcit iuſtus. ſcilicet conſcientia. De qua pſalmiſta. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lacrimis meis ⁊c. id eſt per ſingula peccata mundabo conſcientiam. Item pax mentis. Canticoꝝ primo ¶ Lectulus noſter floridus ¶ Item quies contemplationis. Math. xxiiij. ¶ Duo erunt in lecto vno: vnus aſſumetur ⁊ alter relinquetur ¶ Item meditatio dominice paſſionis. Hic eſt lectus helie. in quo ſuſcitatur defunctus. iiij. Regū. xviij Item beatitudo. De qua Luce. xi. ¶ Pueri mei mecum ſunt in cubili. Euade in domū tuam que ſumitur multipliciter. Et primo in ꝓpriam ↄſcientiam per ſollicitam diſcuſſionē Sapientie. viij. ¶ Intrans in domū meam conquieſcam in illam. Pſalmiſta. ¶ Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee.

Secundo in corpus proprium: per vilitatis ac fragilitatis conſiderationem. Iheremie. xviij. ¶ Surge ⁊ deſcende in domum figuli. ⁊ ibi audies verba mea. Numeri vltimo ¶ Intra in lutum ⁊ calca: ⁊ ſubigens tene laterem ⁊c.

¶ Tercio in eccleſia per ſacramentoꝝ perceptionem. Amos. v. ¶ In cūctis que foris ſunt. ſ. extra vnitatē eccleſie dicet̄ ve ve. Unde qui extra archam inuenti ſunt diluuio perierunt Gen. vij. Similiter quicquid fuit i agris grandine percuſſum interijt. exo. ix. Similiter quicquid extra domū raab fuit inuentū gladio peribat. ioſue ſexto.

¶ Quarto in celum per deſiderium et iugem meditationē. Hebre. vltimo. ¶ Non habemus hic manentē ciuitatem: ſed futuram inquirimus. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos carpit. ⁊ immemores non ſinit eſſe ſui.

¶ Dominica viceſima.

Epiſtola Ephe. v.

Fratres videte quomodo caute ambuletis. nō quaſi inſipientes ſed ut ſapiētes. redimentes tēpus. qm̄ dies mali ſunt Propterea nolite fieri imprudentes ſed intelligentes que ſit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo ē luxuria. Sed impleamini ſpiritu ſancto: loquētes vobiſmetipſis in pſalmis ⁊ ymnis ⁊ canticis ſpiritualibus. Cātantes ⁊ pſallētes in cordibus veſtris domino: grās agētes ſemper ꝓ oībus In nomine domini noſtri ihesu xpī deo patri ſubiecti inuicem in timore xpiſti.

Euangelium. Math. xxij.

In illo tempore. Loquebatur ihesus cū diſcipulis ſuis in parabolis dicens. Simile factum eſt regnum celoꝝ homi regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocaē inuitatos ad nuptias. ⁊ nolebant venire. Iterū miſit alios ſeruos dicens Dicite inuitatis. Ecce prandiū meum paraui. Thauri mei ⁊ altilia mea occiſa ſunt. ⁊ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt ⁊ abierunt. alius in villā. alius vero ad negociationē ſuā. Reliqui vero tenuerūt ſuos

A

eius. ⁊ ꝯtumelia affectos occiderunt
Rex vero cū audiſſet iratꝰ eſt Et miſ
ſis exercitibꝰ ſuis perdidit hoīcidas
illos. ⁊ ciuitatem illoꝝ ſuccendit Tūc
ait ſeruis ſuis. Nuptie quidē parate
ſunt: ſed qui inuitati erant nō fuerūt
digni. Ite ergo ad exitus viaꝝ ⁊ quoſ
cun ꝗ inueneritis vocate ad nuptias
Et egreſſi ſerui eius ꝯgregauerunt
omnes quos inuenerūt bonos ⁊ ma/
los. Et implete ſunt nuptie diſcūben
tium. Intrauit autē rex ut videret diſ
cumbentes. ⁊ vidit ibi hoīem non ve
ſtitum veſte nuptiali ⁊ ait illi. Amice
quō huc intraſti non habens veſtem
nuptialem. At ille obmutuit. Tunc
rex dixit miniſtris. Ligatis manibꝰ
eius ⁊ pedibus: mittite eum in tene/
bras exteriores. ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor
dentium. Multi autem ſunt vocati.
pauci vero electi.

Sermo. Cv. de euangelio.

Simile eſt regnuꝫ ce
lorū homini regi qui fecit
nuptias filio ſuo. In officiō
preſentis dominice agitur de renoua
tione vetuſtatis humane. ſicut hodi/
erna epiſtola docet: ut homo renoua
tus ⁊ quaſi nuptiali habitu decoratꝰ
dignus ſit regali conuiuio ⁊ electorū
cōſortio. quia vero renouatio hec ha
bet fieri per labores ⁊ ieiunia: que vi
dentur inſipientibus dura: ne formi
det homo illaꝫ aſſumere: ponitur au
xilium gratie contra omnia impedi/
menta in introitu miſſe cum dicitur
Salus populi ego ſum ⁊c̄. Orat quo
ꝗ eccleſia in collecta: ut vniuerſa no/
bis aduerſantia propiciatus excludat

B

Notantur aūt in hoc euangelio tria
ſcꝫ Celebritas nuptiarum. Nobilitas
dapum. Diuerſitas perſonaꝝ.
Primū notatᷓ cū dr̄ Simile ē regnū
celoꝝ hoī regi qui fecit nuptias fili
o ſuo. Nuptie iſte ſpirituales ſunt: nō
carnales. ⁊ ideo euangeliſta premiſit
ꝙ loquebatur deus in parabolis.
Parabola eñ eſt rerum genere diſſi
milium comparatio. Et dicitur a pa
ra quod eſt iuxta. ⁊ bole quod eſt ſen
tentia quaſi iuxta ſententiam. ꝙ intro
ducitur ad ſentētiam rei ꝓpoſite com
probandam. Frequenter aūt loque/
batur iudeis deꝰ in parabolis. ⁊ hoc
quatuor de cauſis.
Primo ut manifeſtius eis intentōeꝫ
ſuam exprimeret quaſi in quadā pic
tura vel formula.
Secundo ut ipſi facilius intelligerēt
ꝙ rudes erant ⁊ hebetes.
Tercio ut enarratio ſua dulcoraretᷓ.
Quarto ut meliꝰ ab eis retineretur.
Pſalmiſta. Aperiam in parabolis
os meū. Rex ergo iſte eſt deus pater
qui creaturā quam ꝯdidit gubernat
⁊ regit. Filius eius dominus Iheſus
xp̄s. De quo pſalmiſta Deus iudi/
cium tuū regi da ⁊c̄. Huic pater tri
plices nuptias fecit. ſcilicet Perſona/
les. Sacramentales. ⁊ Spirituales.
Perſonales ſunt ꝯiunctio diuine ⁊ hu
mane nature ſcḋm quam ſunt due na/
ture in vna xp̄i perſona. Unde Ioh.
pri: Uerbū caro factū eſt ⁊ habita
uit in nobis. Haꝝ nuptiaꝝ thalamꝰ
extitit vterus virginalis. De quo pſal.
Tanꝙ ſponſus ꝓcedens de thalamo
ſuo Hoc coniugium ſignatū eſt gene.
xxviij. vbi yſaac ait ad iacob. id eſt pa
ter ad filium Noli accipere ꝯiugē

Dñ̄ 2o

C D

de genere chanaan ſed vade ꝛ ꝓficiſce
re in meſopotamiã ſyrie. Chanaã in
terpretatur poſſidens domum. ꝛ ſig
nat angelos qui ſunt in gratia cõfir-
mati. quorum naturã non aſſumpſit
filius dei. hebreos. ij. ¶ Nuſꝗ ange
los apprehendit: ſed ſemen abrahe ap
Meſopotamia interpretatᷣ eleuatõ vo
cationis. ꝛ ſignificat humanam natu
ram: que eleuata eſt ꝛ vocata ut veni-
ret ad vnitatem perſone filij dei. Un
de quidam. Maritari voluit verbum
patris. altius nubere nõ potuit caro
glorioſius. Hoc matrimoniũ iniciatũ
fuit in patriarchis ſc̄m ꝓmiſſionem
ꝛ per figurationẽ. ratificatuꝫ per an
gelicam ſalutationẽ. ꝯſummatuꝫ per
carnis aſſumptionem.

¶ Sacramentales ſunt ꝯiunctio xp̄i et
eccleſie: ſc̄m quas ſunt duo. ſciꝫ caput
ꝛ membra in vno corpore. Unde ro-
ma. xij. ¶ Multi vnum corpus ſum9
in xp̄o. Ephe. v. ¶ Sacramentũ hoc
magnũ eſt. ego aũt dico in xp̄o ꝛ eccle
ſia. quod ſignatum eſt Iudi. xiiij. vbi
dicitᷣ ꝙ ſamſon deſcendit in thamna
tha. i. xp̄us in mundum videnſqꝫ mu
lierem de filiabus philiſtijm. i. eccle
ſiam de gentib9: aſcendit ꝛ nunciauit
hoc patri ſuo ꝛ matri ſue. i. ſynagoge:
ut acciperet eam ſibi in vxorem. Un-
de ait Ihere. xxxi. ¶ In caritate per-
petua dilexi te ideo attraxi te miſerãs
tui Hoc matrimonium iniciatum fu
it in paradiſo: quando de latere ade
dormientis: formata eſt eua. Ratifi-
catum in cruce: vbi de latere xp̄i mo
rientis ꝓceſſerunt duo ſacramenta. ſ.
ſanguis ꝛ aqua: quib9 formatur ꝛ di-
tatur eccleſia. Aqua em̄ mundatur vt
ſit ſine macula. ſanguie ornatur vt ſit
purpurata ut regina. Conſummatuꝫ
erit poſt diem iudicij qñ introducetᷣ
ſponſa in thalamum ſponſi: ut bonis
eius plenarie perfruatur ꝛ nunꝗ ab
eius amplexibus euellatᷣ.

¶ Spirituales ſunt coniunctio xp̄iſti
ꝛ fidelis anime que quotidie celebrã
tur in peccatorum conuerſione. Nec
ſunt paruipendende: cuꝫ tota celeſtis
curia in eis letificetur Unde dicitur
Luce. xv. ¶ Gaudium erit angelis in
celo ſuper vno peccatore penitentiam
agente. In hoc coniugio ſunt duo in
vno ſpiritu. Unde dicitur prima ad
Cor. vi. ¶ Qui adheret deo vnus ſpi
ritus eſt. Hoc matrimoniuꝫ deſcribit
Ozeas. ij. dicens ¶ Sponſabo te mihi
in fide. ꝛ ſponſabo te mihi iudicio et
iuſticia ꝛ in miſericordia ꝛ in miſerati
onibus. ꝛ ſponſabo te mihi in ſempi-
ternum. Ter dicit ſponſabo: ut oſten-
dat hoc matrimonium iniciatum. ra
tificatum ꝛ conſummatũ.

¶ Iniciatur autem in fide per quam
anima ſponſa dei efficitur. ꝛ anulo fi
dei ſubarratur. De quo dicitur Ihe
remie. ij. ¶ Nunquid obliuiſcetᷣ vir
go ornamenti ſui. ſcilicet anuli deſpõ
ſationis ſue. aut ſponſa faſcie pectora
lis ſue. ſcilicet timoris. quo debet ꝛ cor
reſtringere ne defluat in peccata. Ar
guit hic dominus animam que con-
iugij fidem non ſeruat: cum mulie-
res conſueuerunt ſeruare anulum de
ſponſationis toto tempore vite ſue
Ratificatur vero in iudicio ꝛ iuſticia
ꝛ in miſericordia ꝛ miſerationib9
Iudicium eſt in diſcuſſione ſui.
Iuſticia in punitione peccati. Multi
enim ſunt qui iudicant: ſed non ſunt
boni iuſticiarij. quia nõ bene puniũt

E

quod ſe deliquiſſe cognoſcunt. Unde
dicitur yſaye.xxviij. ¶ Ponam iudici
um in pondere ⁊ iuſticiam in menſu
ra. quia iudicium quaſi in ſtatera cul
pam ponderat. Juſticia vero penam
culpe menſurat. Miſericordia eſt in
cordis compaſſione. Miſeratio in be/
neficij exhibitione. Et precedit miſe
ricordia miſerationem. quia ſicut ait
beatus gregorius. Plus eſt compati
ex corde. quia qui compatitur ſeipſuꝫ
dat. ¶ Conſummatur autem in eter
nitate. ⁊ hoc eſt quod ait. In ſempi/
ternum. Sed nō dicit. in quo fiat cō
ſummatō. innuens ꝙ ineffabilis erit
beata delectatio matrimonij conſum
mati. Math.xxv ¶ Simile eſt regnū
celorum decem virginibus: que acci/
pientes lampades ſuas exierūt obui/
am ſponſo ⁊ ſponſe. In quibus nupti
is quatuor erūt que in humanis nu
ptijs reperiuntᷣ.

Primum eſt frequentia hominum.
quia ibi erit magna ſocietas electoꝝ.
Apocalipſis.vij. ¶ Uidi turbam ma
gnam ⁊c̄

Secundum eſt opulentia rerum. qꝛ
ibi erit abundantia omnium delicia
rum. pſalmiſta ¶ Replebimur in bo
nis domꝰ tue.

Tercium eſt exultatio animorum. qꝛ
ibi erit gaudium ſine fine. Unde yſa.
li. ¶ Gaudiuꝫ ⁊ leticia inuenietur in
eo. gratiaꝝ actio: ⁊ vox laudis.

Quartum eſt concentus organorum
quia ibi erunt ineffabilia cantica an
gelorum ⁊ electorum. Apocalipſ. iiij
¶ Cantabant quaſi canticum nouuꝫ
ante ſedem dei ⁊c̄. Coniugati canunt
in nota graui. ɔtinentes in acuta. vir
gines in ſuperacuta. Apocalipſis.xix.

F

¶ Beati qui ad cenam nuptiarū ag
ni vocati ſunt. Nobilitas dapum de/
terminatur cum dicitur. Dicite inui
tatis. Ecce prandium meum paraui.
Simile prouerbiorum.ix. ¶ Immo
lauit victimas ſuas. miſcuit vinum: ⁊
ꝓpoſuit menſam ſuam.

In hoc prandio primo ponitur pa/
nis delicatus ſcilicet verbum dei. De
quo dicitur deutero. ¶ Aſer pinguis
panis eius prebebit delicias regibus
Aſer interpretatᷣ beatus. ⁊ ſignat cri
ſtum: qui delicias ſpūales fidelibus
prebet. Populo autem veteri datus ē
panis ordeaceus tanꝗ̄ ſeruis. Johis
.vi. ¶ Eſt puer vnus hic qui habet
quinqꝫ panes ordeaceos. Iſte panis
debet maſticari: ⁊ in ventrem trahici
Unde criſoſtomus. Sicut qui non
maſticat cibum non ſentit eius ſapo/
rem. Ita niſi maſticauerimus verbū
quod audimus: tractantes. nō intelli
gemus virtutem verbi. Ideo manna
maſticatum eſt. quod interpretatur
quid eſt hoc. Item quod maſticatur
mittitur in ſtomacho. id eſt memori
a: aliter nō ꝓdeſt. Animal quod non
ruminat immundum eſt. Leuiti.xi.
Et ille homo immundus eſt apud
deum: qui non recordatur aliquādo
nec retractat quod audit: nihilominꝰ
ſimplicibus qđ retinere non poſſunt
vtile eſt audire verbum dei. Unde
legitur in vitaſpatrum ꝙ quidaꝫ ſim
plex frater: cum frequenter audiret
verbum dei quod proponebat qui/
dam frater: nihil retinebat ex eo. vn
de accedens ad illum: conqueſtus eſt
de ſimplicitate: ⁊ labilitate memorie
ſue. Tunc ille frater precepit ei: ut
imponeret aquam in vnam ollam

Que manebat ibi. ⁊ iteruȝ precepit ei
ut ꝓijceret inde aquam. Secundo ite
rum precepit ut mitteret ⁊ ꝓijceret. ⁊
tercio ſimiliter. Deide queſiuit ab eo
que olla eſſet mundior. verum illa in
qua miſit aquam: licet minus reman
ſiſſet ibi de aqua. an alia vbi nō miſit
aquam. Cui cum reſponderet ꝙ illa
mundior eſſet vbi aquam miſerat: ait
Ita ⁊ ille mundior eſt qui audit ver/
bum dei: licet nihil inde retineat: ꝙ̄
ille qui non audit. Johis. xv. Jam
vos mundi eſtis ꝓpter ſermonē queȝ
locutus ſum vobis.

¶ Secundo ꝓponuntur carnes thauro
rum ⁊ altilium. id eſt exempla patrū
noui ⁊ veteris teſtamenti. de quibus
ſpecialiť ait Thauri mei ⁊ altilia mea
occiſa ſunt. Thauri ſunt patres vete
ris teſtamenti: qui vtroqȝ gladio. ſcili
cet ſpirituali ⁊ materiali quaſi duob9
cornibus ventilabant inimicos. Pſal
miſta. In te inimicos noſtros venti
labimus cornu. Iſti occiſi ſunt ꝓpter
nos. utpote yſayas ſectus. Jheremias
lapidatus. Ezechiel tractus ⁊ excer
batus. Amos vecte ferreo per tympo
ra tranſforatus. Occiſus eſt propter
nos vitulus ſaginatus. id eſt xpriſtus
ex nimia caritate ꝓ nobis immolat9
in cruce. Luce. xv. ¶ Altilia ſunt pa
tres noui teſtamenti: adipe caritatis
pingues. penna contemplationis ſuꝑ
na petentes Unde ⁊ altilia dicta ſunt
quaſi alitilia. ſcilicet ab alendo. ſiue ꝙ
petunt alta volando. Philippenſ. iij.
Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Op
timum altile fuit beatus laurentius
primo deplumatus. id eſt veſtib9 nu
datus. deinde decoct9. id eſt innume
ris tormentis expoſitus. tandem poſi
tus in craticula ⁊ prunis aſſatus. ⁊ re
uera multam habuit pinguedinem:
qui per tot decoctiones nō decreuit
ſed magis ac magis fluxit adipe cari
tatis. Tot itaqȝ nobis ꝓponuntur fer
cula: quot legimus ſanctorum exēpla
Sed nunquid xpriſtus martires ſu
os potuit ſine effuſione ſanguinis co
ronare. Potuit vtiqȝ ſed voluit eos oc
cidi: ut tanta nos caritate cibaret. ⁊ e
orum exemplo nos in fide ⁊ caritate
firmaret.

¶ Tercio apponitur etiam ſalſamentuȝ
Optima ſalſa conficitur de duob9 cla
uis xpriſti. ⁊ de gariophilis paradiſi
⁊ de dulci ligno crucis quaſi ď ligno
cinamomi. Et de aceto quod ipſe gu
ſtauit. Hui9 ſpecies ſi in mortario cor
dis piſtillo diligentiſſime meditatio/
nis bene fuerint trite omnia quantū
cunqȝ amara efficientur ſapida. Job
vi. Que prius tangere nolebat ani
ma mea pre anguſtia: nunc cibi mei
ſunt. ¶ Legitur ꝙ quidam adoleſ/
cens cum eſſet in probatiōe apud cla
reuallen̄. recolens paternas diuitias
videnſqȝ rigorem ordinis: propoſuit
redire ad ſeculum. ſed dum tempus
ydoneum expectaret ei ad menſam ſe
denti: ⁊ cibi inſipiditatem abhorren
ti: apparuit deus in latere vulneratus
⁊ apponens manum proprio vulneri
vnde ſanguis effluebat: ait ad eum.
Quotiens inueneris panem durum
intinge eum in iſto vulnere: ⁊ ſapid9
erit. ⁊ hoc dicto diſparuit. Ille vero
conterritus ⁊ contritus: in religione
remanſit.

¶ Quarto apponitur etiam vinum de
taberna celi allatum. ſcilicet gratia ſpi
ritus ſancti: quo principes eccleſie. ſcȝ

I

apoſtoli primo fuerūt inebriati. vn de illud. Muſto madere deputant quos ſpiritꝰ repleuerat. Hoc vino ni hil vilius cum emitur. nihil dulcius cum guſtatur. nihl ſalubrius cū po tatur De primo pſa. lv. ¶ Venite emi te abſqꝫ argento ⁊ abſqꝫ vlla ɔmutatō ne vinum ⁊ lac. ſcilicet vinum ſuaue ⁊ potabile ad modum lactis.

De ſecundo ꝓuerbi. vltimo ¶ Guſta uit ⁊ vidit qm̄ bona eſt negociatō eiꝰ. Pſalmiſta ¶ Quā magna multitudo dulcedinis tue domine. Item Guſta te ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s.

De tercio pſalmiſta ¶ Vinum letifi cet cor hoīs. quoniam expellit omnē amaritudinem culpe. Ecce ꝙ omnia parata ſunt. Qui ergo nō venit: iuſtū eſt ut reddat ſumptus ⁊ expenſas prā dij. quia ſancti ſanguinē ſuum fude runt: ut nos ad fidem deuotionis vo carent. Cum igitur nos precium de uotionis nō rependimus clamant cō tra nos Apoca. vi. ¶ Vindica domie ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt. Proinde valde dolendum eſt de mi ſeris qui fercula tam precioſa cōtem nunt. Vnde ſequitur. Et abierunt a liꝰ in villam ſuā. aliꝰ in negociatōem ſuam. Criſoſtomus. Honeſtum quid eſt ville cultura. Vnde eccleſiaſt. vij. ¶ Non oderis laborioſa opera. Nec eſt peccatum ſi impedimentū religi onis nō facit. ſi impedit fuit peccatū. Non ergo ipſa peccatū eſt: ſed tu fa cis eſſe peccatum: preferendo eā deo Vnde dominus increpat martham licet eſſet circa hoſpitalitatis officiū occupata. Lu. xij. ¶ Martha martha ſollicita es ⁊c̄. quaſi diceret. Ego do ctrinans acceſſi: tu autem relinquens

k

audientiam circa pulmentum ſtudu iſti. Inhoneſta vero res eſt negocia cio. ſcilicet ambitio dignitatis Ezech. xxviij. ¶ Iniquitate negociatōis tue polluiſtiſti ſanctificationem meā. id eſt baptiſmum. in quo renunciat ho mo dyabolo ⁊ pompis eius Item cri ſoſtomus. In villa intelligitur eſſe o pus terrenum. ſiue in agro. ſiue in li gno. ſiue in ferro ⁊ quicquid laboris manuum ſit. quod autem nō labore manuum: ſed alijs lucris ɔſequimur aut in mercatione aut in milicia: aut in honoribus permanēdo: hoc nego cium appellatur. Aliter ſm̄ galfredū Villa eſt caro noſtra. villa porcorū villa libidinis. plena ſpurcicijs. In hanc vero vadit: qui celeſtia ꝓmiſſa diſſimilans corporeis voluptatibus indulgere diſponit. Negociatio ē oc cupatio peſſima. ſcilicꝫ ſollicitudo ter rena. que ꝙ et ea ocium nobis nega tur: eo ipſa negociū appellatur. Ozee xi. ¶ Circumdedit me in negociatio ne ſua effraim. Eccleſ. xxvi. ¶ Diffi cile exuitur negocians a negligentia ſua. Sequit̄. Reliqui vero tenuerūt ſeruos eius ⁊ contumelia affectos oc ciderunt.

¶ Eſt triplex infelicitas.

Prima eſt venire nolentium ſcilicꝫ in fidelium. quia verbum dei recipere nolunt.

¶ Secunda eſt negligentium. ſ. eorum qui fidem ſpecietenus tenent ſed ope ra filij dei nō habent.

Tercia eſt perſequentiū. Peius em̄ ē ſeruos dei perſequi: ꝙ nō ſequi. Rex autē cum audiſſet iratus eſt Ecce ꝙ manifeſta nō indigēt ꝓbatōe. Augꝰ Euidentia patrati ſceleris nō indigꝫ

L
clamore accuſatoris. Et miſſis exerci
tib9 ſuis: perdidit homicidas illos. i.
aias eoꝝ eterna perditiōe damnauit.
Et ciuitates eoꝝ ſuccēdit. qꝛ corpora
in quibus hītauerunt gehenne igni
bus tradidit. Exercitus eius ſunt an
geli per quos vindictā exercet. vnde
deus ſabaoth. i. exercituū. Math. xiij.
¶ Mittet filius hois angelos ſuos: ⁊
colligēt de regno eius oia ſcādala ⁊c̄.
Diuerſitas perſonaꝝ deſignat᷑ cū di
citur. Intrauit aūt rex ut videret diſ
cumbentes. hoc erit in iudicio qn̄ il
luiabit abſcondita tenebraꝝ: ut appa
reant merita ſinguloꝝ. Intrat tn̄ quo
tidie: cū querit ɔſcientias ſingulorū.
Unde galfridus. Miranda eſt hui9
regis maieſtas incōprehenſibilis ⁊ di
gnatio amabilis. ⁊ indignatio valde
terribilis. Maieſtas que penetrat oīa
vniuerſa diſcernit. Unde. Uidit ibi
hoiem non veſtitū veſte nuptiali. Hebre. iiij. ¶ Oīa nuda ſunt ⁊ aperta ocu
lis eius. Dignatio. qꝛ ante iudicium
ad pniām ꝓuocat: dum miſericordit᷑
ɔuenit quē reū inuenit dicens. Ami
ce quō huc intraſti non hn̄s veſtem
nuptialem. Indignatio qua eundē
tacentem tenebris adijcit ⁊ ſupplicijs:
cū ait. Ligatis manibus ei9 ⁊ pedib9
⁊c̄. Ueſtis nuptialis eſt caritas: ſine
qua fides nō ſaluat.
Duplex eñ eſt veſtis.
Prima eſt ſacramentū fidei. De quo
galath. iij. ¶ Oēs qui in xp̄o baptiza
ti eſtis: xp̄m induiſtis. ⁊ ſufficit par
uulis qꝛ ſaluant᷑ in fide eccleſie.
Secūda eſt caritas que mouet ad bo
na opera. Unde neccāria eſt adultis.
Prouer. vlti. ¶ Omnes domeſtici e9
veſtiti ſunt duplicibus. hec eſt veſtis

M
regia. de qua pſal. ¶ Aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato circū
data varietate. Regina eſt ſponſa. i. ec
cla. veſtimenta ſunt opera. aurū cari
tas que omnes virtutes ornat. varie
tas eſt diuerſitas meritoꝝ: que ꝓ ſin
gulis operib9 bonis meret᷑. Talis ve
ſtis eſt hn̄da in nuptijs. Criſoſtom9.
Si quis cū nigra veſte inueiatur in
nuptijs: ſordidat gloriam nuptiarū.
Ita qui hꝫ tenebroſa inter xp̄ianos: opa
xp̄ianitati facit iniuriā. Aut igit᷑ ſm
locū eligat veſtem. aut ſm veſtē eligat
locū. i. aut ſm opera eligat ꝓfeſſionē
aut ſm ꝓfeſſionem faciat opera. Alio
quin audiet. Amice quō huc intraſti
Idem. Audite mulieres. nō opus eſt
aureis indumētis: dū hic habemus
difficile illa circūponimus. Non ɔue
nit ſimul ornare aiam ⁊ corp9 dom̄
aie. i. corpus ornas aureis velis. illam
autē dimittis ſedere in cilicijs. neſcis
qꝛ magis oꝫ regē ornare q̄ꝫ ciuem. i.
intellectū q̄ꝫ carnē. cui9 eſt purpura
vel dyadema: nō me regis. Monachi
induti cilicijs pre ceteris hn̄t hic in
dumenta nuptiaꝝ.
Sequit᷑. At ille obmutuit. qꝛ ſicut a
it beatus grego. In illa diffinitione
vltime increpatōnis omne argumen
tum ceſſat excuſatōis. quippe qꝛ ille fo
ris increpat. q̇ teſtis ɔſcientie intus
aiam accuſat. i. Regū. ij. ¶ Impij in
tenebris ɔticeſcent. Nota qꝛ infiniti
accuſatores ſiue teſtes ꝓducēt᷑ aduer
ſus peccatores. ⁊
Primo creator quē offendim9. Ihe
re. xxix. ¶ Ego ſum iudex ⁊ teſtis.
Scdo ſancti quos imitari noluim9.
Iſa. xliij. ¶ Uos teſtes mei dicit dn̄s
Item angeli quib9 reuerentiam non

exhibuimus. Ecci.x. ¶ Aues celi poꝛtabunt vocem tuã.

Tercio dyabolus ipſe cui ↄſenſimus. Job.xvi. ¶ Suſcitatur pħus ↄtradicens mihi. pſal. ¶ Inſurrexerunt in me teſtes iniqui: ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi.

Quarto ſcriptura quã tranſgreſſimꝰ Joħ.v. ¶ Scrutamini ſcripturas in quibus vos putatis fidẽ habere. ⁊ ille ſunt que teſtimonium perhibent de me.

Quinto ↄſciencia quã polluimꝰ Ro. ij. ¶ Teſtimoniũ reddente illis ↄſciẽtia ipſoꝛum.

Sexto opera que geſſimꝰ Jere. ¶ Arguet te malicia tua ⁊c̃. Sap.iiij. Ex iniquis omnes filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequicie aduerſus parentes in interrogatõe ſua.

Septimo etas quã in pctõ ↄſumpſimus. Job.xvi. ¶ Ruge mee teſtimoniũ dicunt ↄtra me.

Octauo tempus qđ negligenter amiſimus. Treno.i. ¶ Uocauit aduerſum me tempus. Bernar. Sicut nõ peribit capillus de capite: ſic nec momentum de tempoꝛe.

Nono diuitie quas auare tenuimꝰ. Jaco.vlti. ¶ Diuitie veſtre putrefacte ſunt. ⁊ veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt ⁊c̃

Decimo creature quibꝰ abuſi ſumꝰ. Abbac.ij. ¶ Lapis de pariete clamabit: ⁊ lignũ qđ inter iuncturas edificioꝝ eſt rñdebit. Sapien.v. ¶ Armabit creaturas ad vltionem inimicoꝝ: ⁊ pugnabit cũ illo oꝛbis terraꝝ ↄtra inſenſatos. Criſoſtomꝰ. In die illa celum ⁊ terra. ſol ⁊ luna. dies ⁊ noctes. ⁊ totus mundꝰ ſtabit aduerſus nos in

teſtimonium peccatoꝝ noſtroꝝ. Et ſi omnia taceãt cogitatões noſtre ⁊ ipſa opera noſtra ſtabunt ante oculos noſtros accuſantes nos coꝛam dño Job x. ¶ Inſtauras teſtes tuos contra me. Anſelmus. heu quot accuſatoꝛes ſunt ſuper miſeꝝ. ꝙ graues ſuper imbecillem. ꝙ diſtincti ſuper manifeſtũ.

Sequitur. Tunc ait rex miniſtris ſuis. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibus eius: mittite eũ ⁊c̃. ¶ Pedes peccatoꝛis ligant̃ ꝓpter quatuoꝛ.

Primo. ꝙ noluit fugere occaſiones peccatoꝝ. Ecci.xxi. ¶ Quaſi a facie colubꝛi fuge peccatũ. i. luxuriã. de qua ꝑ.coꝛ.vi. ¶ Fugite fornicatões. Uerſus. Perſequitur ſi tu ſequeris. fugiẽdo fugatur. Si cedis cedit. ſi fugis: illa fugit.

Scđo. ꝙ noluit ire in paradiſum: cũ dñs dicat Joħ.xij. ¶ Ambulate dum lucẽ habetis.

Tercio. ꝙ fuit ad opera obie tardus cũ dicatur ecci.xxx. ¶ In oĩbus operibus tuis eſto velox.

Quarto. ꝙ fuit inſtabilis ⁊ inquietꝰ. Ihere.xx. ¶ Populꝰ hic dilexit mouere pedes: ⁊ non quieuit: ⁊ deo non placuit. ¶ Manus pctõꝛis ſimiliter ligantur ꝓpter quatuoꝛ.

Primo ꝙ noluit ſe defendere contra dyabolũ: cũ dicatur Jaco.iiij. ¶ Reſiſtite dyabolo: ⁊ fugiet a vobis.

Scđo. ꝙ noluit opari: cũ dicat̃ Joħ. vi. ¶ Operamini nõ cibũ qui perit

Tercio. ꝙ nõ extendit eas ad pauperẽ per largitatẽ: cũ dicat̃ ꝓuer.vlti. ¶ Manũ ſuã aperuit inopi ⁊c̃.

Quarto. ꝙ nõ leuauit eas ad deum: per gratiaꝝ actões. Tre.iij. ¶ Leuemus coꝛda noſtra cũ manibus ad de

um in celum. Unde Galfridus. Ligātur pedes: ut nunꝗ͂ mutet affect9 confirmatus in malo ligantur manus vt ceſſet actio. Eccl. ix. Quodcūꝙ poteſt manus tua inſtanter operare. quia nec opus nec ratio. nec ſciencia nec ſapiencia erit apud inferos q̄ tu properas. Proĳcite in tenebras exteriores. vbi erit fletus ꝛ ſtridor. ꝛc. Propter vermez ↄſciencie. Bernhardus. Fletus ab igne qui non extinguitur. Stridor ob vermen qui non moritur. Yſaie vltimo. Vermis eorum non morietur ꝛ ignis eoruz non extinguetur. Galfridus. Hoc erit totum conuiuium reprobe multitudinis. ſ. panis doloris. ꝛ pot9 amaritudis. pſa. xxiiij. Amara erit potio bibentibus illā. nec tn̄ potus ille lacrimarum ardentem in flammis linguam refrigerabat quam ſtridor dēcium lacerabit. Apocalipſis. xvi. Cōmanducauerunt linguas ſuas p̄ dolore ꝛ blaſphemauerunt deum celi pre doloribus ꝛ vulneribus ſuis Quid enim ſtridor dencium niſi ire furoris. nequicie malignitatis. in dictum ſiquidem vt ego arbitror nullum tormentum erit grauius maluz ꝙ malicia cordis ꝛ iniquitas ipſa ꝑuerſe voluntatis. ni miruz paſſiones paciencia ſubleuat. ſic ipaciencia quālibet leuem aggrauat. Fletus ergo erit ex dolore. ſtridor dencium ex rancore. Sequitur. Multi em̄ ſūt vocati pauci vero electi. Si vnus ſolus crederetur de toto humano genere periturus. pro ſe quilibet formidare deberz. ne ipſe eſſet ille vnus. ſicut cū dominus diſcipulis ſuis ait. Mathei xxiij Unus veſtrum me traditurus ē ceperunt ſinguli dicere. Nunquid ego ſum domine. multo ergo magis qui omnia nouit. Multi ſunt vocati pauci vero electi timere debēt ꝛ tremere vniuerſi ſicut in diluuio de tot milibus tm̄ octo ſaluati fuerunt. ꝛ ſicut de multis milibus hominuz qui exierunt de egipto tm̄ duo peruenerunt in terram promiſſionis. ita pauci erunt electi reſpectu multitudinis dampnatorum. Galfridus. Nemo miretur ꝙ in multis vocatis inueniēda ſit paucitas electorum. cuz in meſſe ad quantitatez ſtipule palee furfuris parua eſt quātitas ſimile prioris

¶ Epiſtola ad Ephesis. vi

FRatres confortamini in domino ꝛ in potencia virtutis eius. Induite vos armaturam dei. vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diabali. qm̄ non ē vobis colluctatio aduerſus carnem ꝛ ſāguinem. ſ; aduerſus pricipes ꝛ poteſtates aduerſus mundi rectores harum tenebrarum Contra ſpiritualia nequicie in celeſtibus. ꝓpterea accipite armaturaz dei vt poſſitis reſiſtere in die malo. ꝛ in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos vr̄os in veritate. ꝛ induti lorica iuſticie. ꝛ calciati pedes in preparatione euangelĳ pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. in quo poſſitis oīa tela nequiſſimi ignea extinguere Et galeam ſalutis aſſumite. ꝛ gladium ſpiritus. quod eſt verbum dei

¶ Euangelium. Johannis. iiij.

In illo tempore erat quidā regulus cuius filius infirmabatur capharnauz. hic cum audiſſet. q̄ ihe ſus aduenirer a iudea in galileam a bijt ad eum ⁊ rogabat vt deſcenderz ⁊ ſanaret filium eius. incipiebat enīz mori. Dixit ergo ihesus ad eum. Ni ſi ſigna ⁊ prodigia videritis non cre ditis. Dič ad eū regulus. Domine de ſcende priuſq̄ moriatur filius me9 Dicit ei ihesus. Uade filius tuus vi uit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei ihesus ⁊ ibat. Iam autem eo deſcendente ſerui occurrerūt ei ⁊ nū ciauerunt dicentes. q̄ filius eius vi ueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixe runt ei. quia heri hora ſeptima reli quit eum febris. Cognouit ergo pa ter. quia in illa hora erat in qua dix it ei ihesus. filius tuus viuit. Et cre didit ipſe ⁊ domus eius tota

Dominica. viceſimaprima
Sermo centeſimuſſextus

Erat quidam regul9 cuius filius infirmabatur. capharnaum In officio preſentis dominice monemur ad cu rationez anime quod ſignatur in pu ero infirmante ⁊ febricitante. De q̄ agitur in euangelio hodierno. Labo rat enīz febre concupiſcencie qua ca ro concupiſcit aduerſus ſpiritum. ⁊ ī flicta eſt pena lege iuſticie ex hoc e nim q̄ anima non obediuit ſuo ſupe riori iure ſuum inferius repellat ei. ⁊ hoc confitemur in introitu miſſe. Omnia que feciſti nobis domine. Conſequenter petimus in collecta d̄ o recōciliari indulgenciam criminis ⁊ pacem pectoris poſtulantes cuz di cimus. Largire domine queſumus. fidelibus tuis indulgenciā placatus ⁊ pacem. Iob. ix. Quis reſtitit ei ⁊ pacem habuit.

Qualiter autem infirmus iſte cuſto diendus ſit. ⁊ a noxijs cohibendus. in epiſtola docemur. vbi monet nos apoſtolus. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. quia ſicut ait Jeroni mus. Uenter mero eſtuans defacili ſpumat in libidinem

Conſideranda igitur ſunt in hoc eu angelio quinq̄

Primo quis ſit regulus a quo domi nus rogatur

Scd̄o quis eius filius pro cuius ſaī tate dominus rogatur

Tercio quis ſit locus vbi īfirmatur. Quarto quis ſit morbus a quo gra uatur.

Quinto que hora ſeptima in qua li beratur Regulus iſte eſt ſpiritus rationalis cui regnum anime ⁊ etiaz rerum temporalium eſt commiſſum Ecci. xvij. Dedit dominus homini poteſtatem eoruz que ſunt ſuper ter ram. poſuit timorem illius ſuper om nem carnem. ſ. motum carnalem. ⁊ dominatus eſt beſtiarum ⁊ volucrū id eſt motuum carnalium ⁊ ſpiritua lium.

Tria queruntur in rege ad hoc vt bene regat regnū ſuum. ſ. ſapiencia. potencia ⁊ bonitas. Et primo ſapien cia qua nouerit inter iuſtū ⁊ iniuſtū diſcernere. vnicuiq̄ iura ſua tribue re. vrī. iij. Regum. iij. Petijt ſalomō a deo. dabis dn̄e ſeruo tuo cor docile vt iudicare poſſit populum tuum ⁊ diſcernere inter bonum ⁊ malum

¶ Scdo potencia qua rebelles ⁊ contu
maces valeat cohercere ⁊ hoſtes vi
riliter expugnare. Ecci. vij. Noli q̄
rere fieri iudex niſi valeas virtute i
rumpere iniquitates. Prouerbiorū
xxv. Rex ſedet in ſolio iudicij ⁊ diſſi
pat omne malum intuitu ſuo.
Tercia bonitas qua valeat ſubditos
benigne fouere. ⁊ ſe illis amabilem
reddere. Ecci. xxxij. Rectorem te po
ſuerunt noli extolli. eſto in illis quaſi
vnus ex illis. Ad hoc deſignanda ſūt
tria ornamenta regalia. ſ. dyadema.
in deſignatione ſapiencie. ſceptrum i
deſignatione potencie. purpura in d̄
ſignatione bonitatis. Job. xxix. Juſti
cia indutus ſum ⁊ veſtiuit me ſicut
veſtimento. ⁊ quaſi dyademate iudi
cio meo. hec tria ſimiliter inquirunt̄
in quolibet homine. vt habeat ſapiē
ciam in rationabili. qua diſcernat ve
rum ⁊ falſum. inter bonum ⁊ maluꝫ
potenciam in iraſcibili. qua reſpuat
malum. bonitatem in vi concupiſci-
bili qua appetat bonū. Hec oīa perfe
cte poſſidet hō in ſtatu gracie. amit-
tit vero in ſtatu culpe. Caret em̄ pec
cator ſapiencia. vn̄. Eccleſiaſtes. x.
Ve terre cuius rex puer eſt. i. ratio
puerilis ſeq̄ns puerilia ⁊ vana. ⁊ cu
ius principes. i. ſenſus mane come-
dunt. i. in temporalibus delectantur
Ecci. ix. Rex inſipiens diſperdet po
pulum ſuum. ſ. bonas cogitationes ⁊
affectiones quas deberet fouere.
Caret etiam potencia. Yſaie primo.
Erit fortitudo veſtra vt fauilla ſti
pule. q̄m modica concupiſcencia ſu-
peratur ⁊ inflammatur. ⁊ tunc acci
dit illud quod ibidem dicitur. Regi

D

onem veſtram coram vobis alieni d̄
uorant demones vel mot9 carnales
Caret etiam bonitate. vnde Ozee. vi
ij. Proicit iſrahel bonum. i. criſtian9
rem ſiue virtutem nominis criſtiani
Nam denominatio eſt participatio
rei ⁊ nominis. Unde ⁊ ſi habemus
rem nominis. ⁊ ipſum nomen. tunc
a criſto denominamur criſtiani.
Si autem ſolum nomen non denoīa
mur ſed nominamur. Apocalipſis. iij
Nomē habes quod viuas ⁊ mortu
us es. Talis merito non rex. ſed regu-
lus eſt cenſendus. immo potius ſer
uus. quoniam qui facit peccatum ſer
uus eſt peccati. Filius eius eſt anima
ſiue ſenſualitas. cuius ſollicitudinem
ratio debet gerere quo ad quatuor.
Primo quo ad educationem. vt pa
ſcat eam ſpiritualibus. Sed dicitur.
Trenorum. iiij. Lamie nudauerunt
mammam lactauerunt catulos ſuos.
filia populi mei crudelis quaſi ſtru
tio in deſerto. De quo dicitur. Job.
tricesimonono. Induratur ad filios
ſuos quaſi non ſint ſui
¶ Scdo quo ad inſtructionem. vt in
ſtruat eam doctrinis ſalutaribus ⁊
exemplis. Unde dicitur. Eccleſiaſti
ci. xxx. Qui docet filium ſuum in ze
lum mittit inimicum.
¶ Tercio quo ad correctionem. vt per
diſciplinam corrigat ⁊ emendet. Un
de dicitur ad hebreos. ij. Quis filiꝰ
quem non corrigit pater
¶ Quarto quo ad acquiſitionem. vt ac
quirat ei theſauruꝫ gracie. ⁊ heredi
tatem vite eterne. Un̄ dicitur ſecūdo
Corinthiorum duodecimo. ¶ Non
debent filij parentibus thezauriſare

E

3 ſed parentes filijs theſauriſant. Lo
cus infirmitatis fuit capharnaaum
quod interpretatur villa conſolatio
nis ſiue pinguedinis. ⁊ ſignat affluē
ciam temporalium que multis eſt
cauſa morbi. Ecci. xi. Si diues fue
ris non eris immunis a delicto
Triplex eſt pinguedo. ¶ Prima eſt
temporalis affluencia. Deuterono
mij. xxxij Incraſſatus ⁊ delectat9. pā
Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eo
rum. quod eſt quando ex habundan
cia temporalium augmentum pro
uenit viciorum du3 ea que domin9
tribuit ad conſolationem ⁊ graciarū
actionem homo ſibi vertit in perni
ciem ⁊ corruptionem ¶ Scda eſt in
terior nequicia. Pſalmiſta. Adipem
ſuum concluſerunt. i. peccatū in cor
de conceptum. ōīs eijcientes a ſe per
penitenciam ¶ Tercia eſt ſpiritualis
gracia. Pſalmiſta. Mons pinguis. ſ.
criſtℓ donis gracie ſaginat9. qui mōs
coagulatus dicitur propter paruu
los quos lacte nutrit. mons pinguis
propter maturos quos pane cibat.
Pſalmiſta. Sicut adipe ⁊ piguedīe
repleatur aīa mea. Johannis. prīo.
De plenitudine eiꝰs nos omnes ac
cepimus ¶ Prima ergo pinguedo
infirmitatem infert Scda mortē
4 Tercia ſanitatem Morbus quo in
firmatur eſt febris. ſ. calor immode
ratus. Febris eñ eſt calor innaturalꝰ
ſupergrediens curſum nature. proce
dens a corde in arterias ſuoq3 ledēs
affectu. ⁊ ſignat feruorem concupi
ſcencie. que reuera nō eſt a natura. ſ3
vicium nature procedens a volun
tate ad ſenſum. ⁊ inde in actum qui
eſt leſio ⁊ corruptio anime Jacobi. i.

F

Concupiſcencia cu3 conceperit parit
peccatum. Peccatum vero cum con
ſummatum fuerit generat mortem.
Sicut igitur ſunt tres ſpecies febris
ſcilic3. effimera. ethica. putrida. ita ⁊
tres concupiſcencie. De quibus. Jo
hannis. Omne quod eſt in mundo
aut eſt concupiſcencia carnis. aut cu
piditas oculorum. aut ſuperbia vite
Effimera eſt ex diſtemperancia ſpi
rituum. ⁊ ſignat ſuperbiam vel ira3.
Unde. Jſaie. xix. Diſrumpentur ſpi
ritus egipti in viſceribus eius. ⁊ om
ne coſilium eius precipitabo. Job. x
v. Quid tumet contra deum ſpirit9
tuus. vt proferas de ore tuo huiuſce
modi ſermones. Effimera parūm
durat. non eñ protenditur vltra q̄r
tum diem. vñ ⁊ dicitur a quoda3 pi
ſce qui eo die quo naſcitur moritur.
ſimiliter ⁊ ſuperbia cito cadit. vnde
de ſuperbo dicitur. ij. Mach. ij. hodi
e extollitur. ⁊ cras. ⁊c̄. pſalmiſta. Vi
di impium ſuperexaltatum. ⁊c̄. Poe
ta. Tolluntur in altum vt lapſu gra
uiore ruant. ¶ Ethica ex conſumpti
one humoris. qm̄ fundatꝰ in ſolidis
membris ⁊ ſignat auariciam que ō
nem humorem compaſſionis ⁊ miſe
ricordie deſiccat in hoīe. ⁊ non ſolu3
in laycis. ſ3 etiam in clericis ⁊ maxie
in religioſis qui ſolida mēbra eccīe
dicūtꝰ. ꝙ ſic ait apoſtolus Ro. i. Sūt
ſine affectione. abſq3 fidē. ⁊c̄. Amos.
vi. Nihil ɔpaciebanꝰ ſuper ɔtritio
nem ioſep. i. pauperis Ecci. x. Auaro
nihil eſt ſceleſtius qm̄ in vita ſua ꝓ
iecit intima ſua. ſ. viſcera mie. ⁊ dicitꝰ
ethica ab ethis qd̄ eſt mos. ꝙ ɔſuetu
dinalis uel habitudinalis. ꝙ poſtꝙ̄
calor ſolidis mēbris īfunditur vix

H

aut nunꝙ̄ remouet̄.ſed q̄ſi inhabitū
vertitur. Simile eſt de auaricia. q̄
ſicut ait Jeronimus. Cum cetera vi
cia ſeneſcant in homine ſola auaricia
iuueneſcit. q̄ a nullo etiā in ſenectu
te recedit. Ecci.xxxi. Qui aurum di
ligit non iuſtificatur. q̄ male acquiſi
ta non reſtituit. neq̄ bene acquiſita
pauperibus tribuit. ¶ Putrida eſt
ex putrefactione humorū. ⁊ ſignat
luxuriam. Johelis.i. Cōputruerunt
iumenta.⁊c̄. Michee.ij. Propter im
mundiciā eius corrumpetur putre
dine peſſima. Huius febris multe ſūt
ſpēs quamadmodū ⁊ luxurie. Eſt e
nim alia ſimplex. alia ꝯpoſita. Sim
plici febre laborat qui vnico vicio
moleſtatur. ſicut ſunt multi qui a cete
ris abſtinentes fornicatione ſimplici
inquinantur. Sed dr̄ Jacobi.ij. qui
in vno offenderit. i. vnum de mādā
tis dei tranſgreſſꝰ fuerit factꝰ ē omni
um reus. ⁊ hoc tribus modis. Primo
q̄ peccat contra eum qui eſt dator ō
nium ⁊ ſic patitur detrimentum bo
noꝝ operū precedentium. q̄ non va
lēt ei ad vitam eternam. Scđo. q̄ ca
ritatem amittit ſine qua cetera non i
plentur. i. Thymothei. i. finis prece
pti eſt caritas. i. perfectō. ⁊ ſic patit̄
defectum obſeruancie oīm precepto
rum. q̄ ſine caritate non poſſunt im
pleri. Tercō. q̄ omnes virtutes amit
tit. virtutes eñ conexe ſunt. ⁊ ſic qui
vnam habet omnes habet. ita qui v
nam non hꝫ nullam hꝫ. Ecci.ix. qui
in vno peccauerit multa bona perdꝫ
Quoſdam tñ ſimplex febris affligit
continue illos. ſ. qui in vitio perſeue
rant. Johannis.viij. Morīemi in pec

h

catis veſtris. Quoſdā vero interpo
late illos. ſ. qui ad tempus continent
⁊ poſtea recidiuant. ij. Petri.ij. Canis
reuerſus ad vomitum ſuū. ⁊ ſus lota
in volutabro luti. ſic imprudēs qui i
terat ſtulticiam ſuam. ⁊ talis febris
eſt quandoq̄ quotidiana. quādoq̄
terciana. quandoq̄ quartana. ſcđꝫ q̄
penitēs citius vel tardius relabitur
in peccatum.

¶ Compoſita febre laborat qui multis
vicijs innectitur. ſicut peccatrix illa
de qua eiecerat dominus ſeptem de-
monia. Luce.viij. Non tamen intel
ligendum eſt q̄ qui habet vnum vi
ciū habeat vniuerſa. ſicut qui habet
vnam virtutem habet omnes. ſecus
enim eſt in inuio q̄ invia. quod ideo
eſt qui virtutes ſibi connexe ſunt
Sed quedam vicia ſibijnuicem ad-
uerſantur. vt prodigalitas. ⁊ auarici
a. deſperatio ⁊ preſumptio. In quibꝰ
ſathanas ſathanam eiecit. quia vnū
vicium aliud expellit.

¶ Accidencia que febrem precedunt
ſunt quatuor. ſ. Rigor ⁊ tremor. fri
gus ⁊ horripilatio. ¶ Rigor eſt pū
ctio que generatur in cute ex fumo
ab ipſa materia precedente. ⁊ ſignat
punctionem conſciencie. que ſemper
contradicit peccato. etiam ī diabolo
Unde poeta. Exemplo quodcunq̄
mali committitur ipſi diſplicet au-
ctori. Prima eſt hec vltio q̄ ſe iudi
ce nemo nocens abluitur. Eccleſiaſti
ci.xviij. Beatus qui non eſt ſtimula
tꝰ ī triſticia delicti

¶ Tremor fit ex motu neruoꝝ q̄s fu
moſitas reſoluta īpellit. ⁊ virtꝰ regiti
ua ad ꝓpriū locū reducit. ſicut patet

I

in corda tenſa quando impellitur. ⁊ ſignat motus contrarios rationis ⁊ ſenſualitatis. qm̄ ſenſualitas impellit hominem ad peccatum proponēdo carnalem delectationem ſeu temporalem vtilitatem. ſed ratio retrahit a peccato proponendo diuinaꝫ offēſionem ⁊ eternam dampnationem. ⁊ hoc modo fit tremor in aīa Sapiencie. ij. Cum ſit timida nequicia dat teſtamentum dampnationem. ſemper enim preſumit ſeua conturbata conſciencia. i. anticipat futura ſupplicia. Prouerbiorum. ix. Pauor hijs qui operantur malum.

